







Conflat. t. granularis ligustrum
Cinnamomea habita

GEORGII ADAMI STRUVII

JCTI

JURIS-*GG*
PRUDENTIA
ROMANO-GERMANICA
FORENSIS

EDITIO DECIMA SEPTIMA
DENUO REVISA
CUM PRIVILEGIO CÆSAREO.



BAMBERGÆ,
APUD MARTINI GÖBHARDI HÆREDES.
ANNO 1759.

278 343



8455



PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

NOs FRANCISCUS Divinâ favente Cle-
mentiâ Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac
Germaniae & Hyerosolymarum Rex, Dux Lotharingiae & Barri,
Magnus Hetruriae Dux, Princeps Caropolis, Marchio Nome-
nei, Comes Falkensteini &c. &c. Agnoscimus & notum facimus te-
nore præsentium universis, quod cum Nobis HÆREDES quondam
MARTINI GÖBHARD Bibliopolæ Universitatis Bambergensis,
humillimè exponendum curârint, quem in modum statuerint, GE-
ORGII ADAMISTRUVII JURISPRUDENTIAM ROMANO
GERMANICO - FORENSEM in Octavo de novo in lucem dare,
typisque publicis edere, vereri autem debeant, ne emulorum sua dun-
taxat commoda, alieno cum dispendio & jacturâ seellantium invi-
dia & cupidine, impendii & laboris sui sperato fructu priven-
tur, ideoque Nobis demississimè supplicârint, ut Privilegio No-
stro Cesareo indemnitat eorum clementer consulere dignaremur.
Nos attenta bujus Operis singulari utilitate, justis bujusmodi
precibus benignè annuendum censuerimus, ut & vigore præsentium
annuimus. Mandantes proinde omnibus & singulis Typographis Bi-
liopolis aliisve quibusunque rem Librariam aut Literariam
negotiationem exercentibus, serioque ac distictè inhibentes, ne
quisquam eorum prefatam STRUVII JURISPRUDENTIAM
ROMANO-GERMANICO-FORENSEM, quocunque charactere
modi, aut formâ, sive integrâ sive aliquam ejus partem citra me-
moratorum quondam MARTINI GÖBHARDI HÆREDUM,
eorumque successorum expressam voluntatem & consensum intra
annos decem ab hodiernâ die computandos recudere, aut alio
recudendum dare, sive alibi impressam intra Sacri Romani
Imperii fines importare publicè privatimve vendere aut distrabe-
re præsumat: Quatenus omnibus Exemplaribus à sâpè dictis Hæ-
redibus, eorumque successoribus sive Authoritate propriâ, sive
Magistratus ope & auxilio, ubi ejusmodi Exemplaria reperta fue-
rint, quotiescunque huic Mandato Nostro Cesareo contravenerint,
vindicandis, in quod ipsis facultatem omnimodam Authoritate
Nostre Imperiali concedimus planè privari atque insuper multam
sex marcarum auri puri, pro semisse Fisco Nostro Imperiali, &

) () (

par-

*altero semisse damnum passorum usibus applicandam incurre
noluerint, dummodo tamen tenor hujus Nostri Privilegii in
fronte Libri impressus reperiatur, & consuet a quinque Exempla-
ria Consilio Nostro Imperiali Aulico exhibeantur.*

*Mandamus porro universis Nostris & Sacri Romani Imperii
subditis, cujuscunque statu, gradu, ordinis, conditionis, aut
dignitatis fuerint, imprimis vero Magistratum gerentibus, &
suo, vel alieno Nomine Justitiae administrationem exercenti-
bus, ne quenquam hoc Mandatum & Privilegium Nostrum te-
merè aut impunè transgredi patientur, quin potius contraven-
tores præscripta pena mulctent, aliisque idoneis remediis coe-
cent, quatenus & ipsi eandem mulctam evitare voluerint.
Harum testimonio Literarum manu Nostra subscriptarum, &
sigilli Nostri Cæsarei appressione munitarum que dabantur Vien-
nae vigesima septima Maji Anno millesimo septingentesimo quin-
quagesimo octavo, Regni Nostri decimo tertio.*

FRANCISCUS m ppr.

(L.S.)

Vt. F. COMES COLLOREDO m ppr.

*Ad Mandatum Sac.
Cæsar. Majestatis
proprium.*

**Matth. Wilhelmus Nob.
D. de Haan m ppr.**

INDEX

LIBRORUM ACTITULORUM.

Discursus Præliminaris.

LIBER I.

DE JURE PERSONARUM.

Tit. I.

DE jurisprudentia, ejusque fine, justitia.

Tit. II. De jure in genere.

Tit. III. De jure personarum, seu statu hominum, indeque veniente prima divisione.

Tit. IV. De secunda personarum divisione, & de potestate dominica.

Tit. V. De patria potestate.

Tit. VI. De sponsalibus.

Tit. VII. De nuptiis sive matrimonio.

Tit. VIII. De jure dotium & donatione propter nuptias it. de dotalitio.

Tit. IX. De divortiis.

Tit. X. De legitimatione.

Tit. XI. De adoptione.

Tit. XII. Quibus modis patria potestas solvitur.

Tit. XIII. De tertia divisione personarum.

Tit. XIV. De capitibus diminutione.

Tit. XV. De actionibus præjudicialibus in specie ita dictis.

Tit. XVI. De tutelis in genere.

Tit. XVII. De testamentaria tutela.

Tit. XVIII. De legitima tutela.

Tit. XIX. De tutela dativa.

Tit. XX. Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur.

INDEX LIBRORUM

- Tit. XXI.* De administratione & periculo tutorum vel curatorum.
Tit. XXII. De autoritate tutorum, & consensu curatorum.
Tit. XXIII. De curatoribus in specie.
Tit. XXIV. Quibus modis tutela vel cura finiatur.
Tit. XXV. De excusationibus tutorum & curatorum.
Tit. XXVI. De suspectis tutoribus & curatoribus.
Tit. XXVII. De actionibus ratione tutelæ curæve competentibus.
Tit. XXVIII. De aliis curatoribus.

LIBER II.

DE JURE RERUM IN GENERE, ET IN SPECIE DE JURE IN RE, SEU DOMINIO LATE DICTO.

Tit. I.

- D**E rerum divisione & acquisitione.
Tit. II. Derebus corporalibus & incorporealibus, item mobilibus & immobilibus.
Tit. III. De servitutibus.
Tit. IV. De servitutibus urbanorum prædiorum.
Tit. V. Communia prædiorum tam urbanorum, quam rusticorum.
Tit. VI. De ipsa servitute constituta, & inde oriente actione.

Tit.

AC TITULORUM.

- Tit. VII.* Quemadmodum servitutes amittantur.
- Tit. VIII.* De servitutibus personalibus, nimirum usufructu, usu & habitatione.
- Tit. IX.* De usu capionibus & præscriptionibus.
- Tit. X.* De donationibus mortis causa & inter vivos.
- Tit. XI.* De personis, quæ possunt transferre dominium, sive de iis, qui alienare possunt vel non: & per quas personas cuique acquiritur.
- Tit. XII.* De dominii natura & effectu, ejusque divisionibus, ac in specie de emphyteusi & superficie.
- Tit. XIII.* De actione ex dominio singulari fluente, seu rei vindicatione.
- Tit. XIV.* De actione ad exhibendum.
- Tit. XV.* De dominio universali s. jure hereditario, ac in specie de testamentis & ultimis voluntatibus.
- Tit. XVI.* De testamento militari, & aliis minus solennibus s. privilegiatis testamentis.
- Tit. XVII.* De heredum institutione in genere, & in specie de liberis & posthumis, ut & parentibus & fratribus sororibusve instituendis vel exheredandis.
- Tit. XVIII.* De heredibus extraneis instituendis, & de conditionibus institutionum.
- Tit. XIX.* De substitutionibus.
- Tit. XX.* Quibus modis testamenta infirmentur.
- Tit. XXI.* De inofficiosis testamentis, ut & de legitima.

INDEX LIBRORUM

- Tit. XXII.* De his , quibus ut indignis hereditas aufertur.
- Tit. XXIII.* De heredum qualitate & differentia; ut & de acquirenda vel omittenda hereditate, ejusdemque transmissione , nec non de jure accrescendi & apertura testamenti.
- Tit. XXIV.* De legatis.
- Tit. XXV.* De lege Falcidia.
- Tit. XXVI.* De fideicommisso universali , seu fideicommissariis hereditatibus & SCto Trebelliano.
- Tit. XXVII.* De fideicommissis particularibus seu singularibus.
- Tit. XXVIII.* De codiciliis.
- Tit. XXIX.* De executoribus testamentariis.
- Tit. XXX.* De hereditatibus ab intestato.
- Tit. XXXI.* De bonorum possessionibus.
- Tit. XXXII.* De divisione hereditatis & collatione bonorum.
- Tit. XXXIII.* De hereditatis petitione , querela inofficiosa, & actione fam. hercisc.
- Tit. XXXIV.* De successione extraordinaria anomala ex pactis , seu successione conventionali.
- Tit. XXXV.* De jure pignoris.
- Tit. XXXVI* De jure possessionis.
- Tit. XXXVII.* De interdictis seu remediis possessoriis.

LIBER III.

DE JURE AD REM ET OBLIGATIONE.

Tit. I.

DE Jure ad rem & obligatione in genere.

Tit. II. De pactis in specie.

AC TITULORUM.

- Tit. III. De contractibus in genere.*
Tit. IV. De contractibus propriis , iisque nominatis in genere, ac in specie de mutuo.
Tit. V. De commodato.
Tit. VI. De deposito.
Tit. VII. De contractu pignoris.
Tit. VIII. De stipulatione.
Tit. IX. De fidejussoribus.
Tit. X. De duobus reis.
Tit. XI. De contractibus consensualibus in genere , & in specie de emt. vend.
Tit. XII. De locatione conductione.
Tit. XIII. De contraetu emphyteutico.
Tit. XIV. De societate.
Tit. XV. De mandato.
Tit. XVI. De contractu chirographario.
Tit. XVII. De contractibus innominatis,
Tit. XVIII. De quasi contractibus.
Tit. XIX. De actionibus ratione gestorum ab aliis contra nos competentibus.
Tit. XX. De quibusdam pluribus contractibus communibus.
Tit. XXI. Quibus modis tollatur obligatio ex contractu.
Tit. XXII. De integrum restitutione.
Tit. XXIII. De delictis in genere , & in specie de delictis privatis.
Tit. XXIV. De extraordinariis criminibus.
Tit. XXV. De criminibus popularibus.
Tit. XXVI. De quasi delictis.
Tit. XXVII. De noxalibus actionibus.

INDEX LIBRORUM.

Tit. XXVIII. De publicis judiciis.

Tit. XXIX. De remissione pœnarum & abolitione delictorum.

LIBER IV.

DE RATIONE ET MODO JUS SUUM PERSEQUENDI IN JUDICIO.

Tit. I.

DE transactionibus.

Tit. II. De judiciis.

Tit. III. De actore & reo.

Tit. IV. De Judice, ejusque Jurisdictione.

Tit. V. De foro competente.

Tit. VI. De Judicis habilitate.

Tit. VII. De causa in Judicium deducta.

Tit. VIII. De forma procedendi, seu ipso ordine procendi in judicio.

Tit. IX. De iis, quæ fiunt in judicio.

Tit. X. De exceptionibus peremptoriis.

Tit. XI. De probatione.

Tit. XII. De jurejurando.

Tit. XIII. De conclusione causæ.

Tit. XIV. De sententia judicis.

Tit. XV. De quibusdam intervenientibus in iudicio.

Tit. XVI. De processu arresti.

Tit. XVII. De processu summario.

Tit. XVIII. De processu executivo.

Tit. XIX. De processu secundæ instantiæ.

Tit. XX. De executione sententiæ.

Tit. XXI. De processu criminali.

DIS-

DISCURSUS PRÆLIMINARIS.

Anæquam Juris civilis cognitionem specialem investigemus , inter illius generalia originem referre convenit, quæ secundum triplicem Reipublicæ Romanae Statum , Regium nempe , Popularem & Monarchicum repetenda est.

Regius Status ad A. Mundi 3200. ante Christi nativitatem refertur , in quo omnia manu & potestate Regum gubernabantur L. 2. §. 1. ff. de O. J. Ferebanturque Leges Regiæ L. 2. ff. de mort. inf. & curiatæ L. 2. §. 2. ff. h. tit. duravit hic status per annos 245.

Popularis maximâ ex parte status , qui post Regifugium cœpit , conimodè per tres Epochas recensetur , quarum *prima* est Juris certi , stetitque per annos 60. *secunda* *Epocha* est Juris stabiliti , dum nominatis decemviris Leges à Græcis aliisque gentibus finitimis petitæ , atque in decem tabulas redactæ sunt , quibus , sequenti anno duæ tabulæ accesserunt . *Tertia Epocha* est Juris aucti 1. per Interpretationem Prudentum & Disputationem fori , 2. per legis actiones , 3. per leges novas , 4. per plebis-

biscita , Lege hortensia pro legibus habita , 5. per Senatus Consulta , 6. per Magistratum Edicta , 7. per Ictorum Responsa
Gothofr. Hist. Jur. civ. Rom. c. 2.

In Statu Monarchico prima fuit *Epocha gentilium* Imp. usque ad Constantini M. Initia sive annum 306. secunda Principum Christianorum usque ad Theodosium Juniores , qui Codicem Theodosianum edidit A. 435. Tertia Imp. subsequentium usque ad Justinianum sive A. 527.

Justinianus laudatissimus Imperator immensa Jurisprudentiae volumina septennio in ordinem redigit , dum 1. ex Gregoriano , Hermogeniano & Theodosiano codice additis subsequentium Imp. constitutionibus codicem *Justinianeum* colligi jussit , editique A. 529. 2. Post compositionem Digestorum *Institutiones* componi voluit , easque promulgavit A. 533. Mens. Novembr. 3. *Digesta* eodem anno mens. Decembris publicavit 4. *Codicem repetitæ prælectionis* , quo hodie utimur A. 534 edidit , & denique 5. pro re nata *Novellas* & 13. Edicta ad Reipublicæ salutem emisit. *Gothofred.* cit. c. 8.

Jus Justinianeum renatum est sæculo XII. dum Imperio Lotharii , consilio Irenæ & desiderio Mathildæ committisse Tusciae ,
Pisis

Pisis hoc Jus doceri cœpit. Ex Italia illud in Germaniam &c. sensim translatum est. *Gothofred.* cit. cap. 9.

Jus Justinianeum hodie in Imperio Romano-Germanico magnæ authoritatis, adeo quidem, ut in ordinationibus Imperii, Juris communis nomine vulgo gemeine Rechten denotetur & in supremis in Imperio Judiciis, aulico nimirum & Camerali à Consiliariis & Aulicorum professoribus ad illud juramento devinctis observetur. *Ordinatio Jud. Imp. aulici. tit. I. §. 15. item Ord. Camer. P. 2. tit. 31. §. I. Recess. Imp. nov. de anno 1654. §. 105.*

Cum demodernâ Juris Justinianei auctoritate actum sit, monendum non nihil venit de *Jure Canonico* præcipue in materia Juramentorum, Matrimoniorum & Processuum &c. usu frequentissimo, quod in volumen *Decreti* & *Decretalium* dispescitur.

Decretum privata auctoritate à Gratiano Mon. Bonon. circa A. 1150. collectum, 3. partes complectitur, quarum prima 101. distinctiones, secunda causas 36. tertia Tract. de Conse. 5. distinctionib⁹ cōprehensum tradit.

Decretalium volumen Constitutiones Pontificum complectitur & quatuor partibus absolvitur. *Prima Pars* 5. libris constat, quorum singuli suos habent Titulos & Capitula.

pitula, collegit eos *Raymundus Mandato Gregorii IX. Pontificis*, quoniam extra decretum sunt, allegari solent (extra) X. Ordinem librorum autem vulgo notus docet versiculus I. *Judex* 2. *Judicium* 3. *Clericus* 4. *Sponsalia* 5. *Crimen*.

Pars secunda à Bonifacio VIII. congregata, eodemque ordine disposita sunt, quia verò *sexti Decretalium libri nomen* habet allegatur in 6to.

Pars tertia eundem servans ordinem *clementinarum* vocabulo denotatur citaturque ab Auctore *Clemente V.*

Pars quarta 20. constitutiones *Ioannis XXII.* complectitur & sub *extravagantium* appellatione adducitur. Præterea verò diversorum Pontificum constitutiones recensent, quæ *communes* dicuntur, eundemque cum Decretalibus ordinem habent. His partibus in fine accessit cum *liber Institutionum Juris Canonici* Pontificis mandato à Joh. Paulo Lancelloto conscriptus, tum lib. VII. *Decretalium*, de cuius confirmatione nondum satis constat. *Menckii additiones* ad *Struvii Juris prudentiam Romano-Germanicam Forum* §. I. usque 10. pag. 7. usque 12.

Cùm autem Jus Justinianeo-Romanum peregrinum & in Germania tantummodo in sub-

subsidium receptum sit, hinc de Juribus Germaniae propriis, sive de Jure Germanico, tam civili, quam criminali, (quod complexus morum, consuetudinum, legum & statutorum Germaniae est) præprimis quæramus, regulamque observemus, existente more consuetudine aut Lege Germanicâ uti in materia communionis Bonorum, unionis Prolium &c. ad Jus Romanum subsidiarium non esse recurrendum, unde universalis loco regulæ serviat axioma: Will Kühr bricht Stadt-Recht, Stadt Recht-bricht Land-Recht, Land-Recht bricht Kaiser-Recht, Kaiser-Recht bricht gemein Recht primò enim Lex specialissima loci vel civitatis est inspicienda, hac deficiente Provincialis, illâ etiam non existente ad Leges universales & Recessus Imperii præcipue novissimum de A'o 1654. recurrendum est, his verò omnibus in Casu emergente non extantibus suus Juri Justinianeo - Romano vigor ac robur (quod cæteroquin in plerisque Germaniae foris passim obtinet) integrum & illæsum manet. Schmidt Principia Juris Germanici §. I3.* pag. I2. *Reces. Imp. nov. de A'o 1654.* §. I05. ibi neben sollen Cammer-Richter Præsidenten und Besitzer bey administrirung der heylsamen Justiz so wohl die statuten und Gewohnheiten als die Reichs-Abschiede und

gemeine Rechten vor Augen haben. sc.

Ast hisce Jurium Partibus Institutionibus scilicet Pandectis, Jure Canonico & Germanico privato Jurisprudentia nondum est absoluta, cum illa non tantum æque necessarias, sed & cultiores partes, nempe præter Jus naturæ Historiam Sac. Rom. Imp. & Criticam diplomaticam, Jus Gentium sive publicum Universale, & particulare Imp. Rom. Ger., nec non Feudale tum Germanicum, tum Longobardicum, & tandem Praxin in se contineat.

Methodum autem studendi Collegia quod attinet, sequens ordo observandus est: *Primo año* Historia Juris Romani & Germanici, Institutiones, Jus naturæ & Germanicum privatum tam civile, quam criminale. *Secundo* Pandectæ, Jus Canonicum & Historia S. R. I. cum Critica diplomatica audiantur. *Tertio año* Jus Gentium sive publicum Universale, Particulare S. R. I., feudale Germanicum & Longobardicum & cum his Judicialis & Cancellariæ Praxis vulgo der Canzley-Ethyl, dann der gemeine und Reichs-Proceß & sic universa Jurisprudentia absolvatur, quod Præfationis loco dictum ac præmissum sit.



I. N. I.

JURISPRUDENTIAE
ROMANO - GERMANICAE
FORENSIS

LIB. I.

DE

JURISPRUDENTIA ET
JURE IN GENERE, AC IN
SPECIE.

DE

JURE PERSONARUM

TIT. I.

DE JURISPRUDENTIA, EJUSQUE FINE,
JUSTITIA.

A P H O R. I.

Jurisprudentia, secundum Ulpianum, est *jurisprudens* divinarum atque humanarum rerum *dentia defensio*. notitia, justi atque injusti scientia. l. 10. *nitio*.
§. 2. *de just. & jur. h. e.* Est prudentia, jus ad actiones, *circa divinas & humanas res* in civili societate obvenientes, applicandi, ut æquum ab iniquo separetur, licitum ab illiscito discernatur. l. 1. §. 1. *de just. & jur.* Vel A jux-

juxta eundem Ulpianum: *Jus (seu disciplina, doctrina juris) est ars boni & æqui l. i. pr. eod.*

Finit.

II. Finis hujus prudentiæ in eo consistit, ut justitia in actionibus hominum, quæ in civili societate obveniunt, observetur, & istæ actiones secundum normam legum & juriū dirigantur. *l. i. §. i. v. justitiam, de just. & jur.*

*Justitia
definizio.
L. i. ff. t. i.
de just. &
jur.
Divisio in
universa-
lem.*

III. Justitia in genere est habitus, quo ad agendum justa homines sunt idonei, & ex quo justa agunt, volūntque *Arist. V. Eth. i.*

IV. Dinstingui hæc solet in justitiam universalem & particularem. Illa comprehen- dit in se omnes virtutes alias, quando nimirum homo virtutibus secundum leges in- cumbit, eum in finem, ut in societate civili bene ac feliciter cum aliis vivatur, & Repub. fit beata. vid. *Arist. d. V. Eth. 3.*

V. Justitia particularis, definiente Ulpiano in *l. 10. de just. & jur.* est constans & per- petua voluntas suum cuique trahiendi, h. e. Justitia est habitus voluntatis, seu virtus moralis, servandi æqualitatem inter plus & mi- nus, in iis, quæ alteri in societate civili tri- buenda & irroganda. vid. *Arist. V Eth. 4. & 9.*

*& particu-
larem.*

*Qua du-
plex.*

VI. Quoniam vero ea, in quibus dam- num alteri inferri potest, ita se habent, ut vel cives, quatenus tales, seu quatenus conside- rantur, ut cives unius Reip. concernant: vel propria sint, & ad cives tanquam singulos, pecu-

peculiariter spectent: ideo duæ species justitiae particularis constituuntur; nimirum distributiva & correctoria seu commutativa.

VII. Justitia distributiva est, qua illa, *Distributiva.* quæ civibus in societate civili communia sunt, ut honores, munera & onera ipsis secundum cujusque qualitatem & conditionem deferuntur, ita, ut secundum proportionem Geometricam seu respectivam æqualitas inter eos observetur.

VIII. Justitia commutativa seu correctoria est, quæ æqualitatem servat in iis, quæ *mutativa.* ad cives singulos peculiariter in societate civili spectant, nimirum quoad personas & res civium proprias, & in contractibus inter cives celebratis, de rebus singulorum, nec non in pœnis ob delicta infligendis, vel etiam damnis resarcientis. vid. *Arist. 5. Eth. 4.*

IX. Ut vero justitia in actionibus hominum rite observetur, & justum ab injusto bene discernatur, in genere sciendum est, quod qualibet actione, & quolibet obveniente casu, circumstantiae diligenter sint considerandæ. l. 52. §. 2. ad L. Aquil. l. 1 §. 3. ad L. Cornel. de Sicar. l. 13. C. de Transact.

X. Cum primis vero attendendum est, an ex proposito, vel saltem sponte, paciente & volente; an vero ex negligentia, culpa & errore quid contigerit vel admissum sit; an vero casu fortuito, quem hominum diligentia avertere nequit, quid evenerit. Qua de

re inferius in materia contractuum, & delictorum uberioris agendum.

TIT. II.

DE

J U R E I N G E N E R E.

*Juris in
genere de-
scriptio.*

*Divisio in
publicum
& priva-
tum.*

*In natura-
le.*

*Cui similes
sunt incli-
nationes na-
turales bru-
torum.*

I. Jus est regula seu ordinatio & principium a superiori præscriptum, secundum quod actiones hominum instituendæ, ut sint justæ; vel secundum quod actionum bonitas & malitia, æquitas & iniquitas æstimatur.

II. Dividitur jus in publicum & privatum.
l. i. §. 2. de Just. & Fur. Illud concernit statutum Reipubl. hoc vero dirigit actiones ci-vium privatas, ut sint juri & justitiæ confor-mes. *§. ult. I. de just. & jur.* de quo posterio-ri hic agimus.

III. Porro dividitur jus in naturale, gen-tium & civile *dicit. text.* Jus naturale est, quod DEUS cuilibet homini indidit, ut jux-ta dictamen rationis sciat, quid honestum & faciendum sit, quidve turpe & omittendum. v. g. DEUM colere & timere: honeste vi-vere, parentes venerari; neminem lèdere; suum cuique tribuere; vim vi repellere.

IV. Huic naturali juri quodammodo simi-lies sunt naturales istæ inclinationes, quæ etiam in brutis animalibus reperiuntur, ut maris & fœminæ conjunctio, prolis procrea-tio

tio & educatio, quo spectat definitio Ulpiani l. I. §. 3. ff. d. I. & I.

V. Atque haec naturalia & quasi innata jura tolli vel mutari nequeunt, §. pen. I. de I. N. G. & C.

VI. Jus gentium est, quod communiter *Gentium*, homines ex ratione, propter communem necessitatem ac utilitatem, in societate civili agendum esse, colligunt. §. I. & 2. I. de I. N. G. & C. l. 9. ff. de just. & jur.

VII. Hoc commune gentium jus vel 1.) *Distinctio juris gentium.* concernit singulos homines quoad eorum personas & res seu bona: & adscribuntur huic distinctio dominiorum, contractus, constitutio Magistratum & judiciorum l. 4. & 5. de I. & I. vel 2.) concernit gentes inter se consideratas, & illos, qui uni genti sunt addicti, ratione alterius gentis: quo pertinent jura commerciorum inter gentes, transitus per terras alterius gentis. Similiter etiam eo spectant belli jura. Cum enim istae diversae gentes communem judicem in terris non habeant, per bella damna & injuria vindicantur, vel etiam vis & injuria avertitur: unde victori cedunt personae & bona devictorum d. l. 4. & 5.

VIII. Jus denique civile seu positivum *Juris ci- lis seu possi- tivi descri- psio.* est, quod Majestas peculiariter ad Reipubl. cui praeest, commodum & salutem constitu- it & promulgat, ut iecundum istud actiones

flas subditi instituant. *l. 9. de just. & jur. §. 1. & 2. I. de I. N. G. & C.*

Eius divis.

Juris scri-

pti definit.

In statu po-

pulari Ro-

mano aliud

civile stri-

cte dictum.

Aliud pre-

dorium. In

statu Mo-

narchico.

cessit con-

futatio

Principis

L. 1 ff. t.

3. de Le-

gibus Se-

natusque

Consultis

& longa

Confucetu-

dine. L. 1.

ff. t. 4. de

Constit.

Princi-

pum.

Confuciu-

dis de-

scriptio.

Requisita.

Probatio.

IX. Hoc civile jus dividitur in jus scriptum & consuetudinem. Illud est, quod Majestas per expressas sanctiones subditis præscribit. *l. 9. C. de LL.*

X. Apud Romanos in politia seu statu populari aliuderat jus civile stricte dictum: aliud honorarium seu prætorium. Illud ex legibus, plebiscitis, Sætis, & autoritate prudentum constat, vid. §. 3. & 4. *I. d. I. N. G. & C l. 7. pr de I. & I.* Hoc ex edictis Prætorum & Ædilium curulum venit. *vid. l. 7. d. tit.*

XI. Illi sc. iuri civili stricte dicto accessit in Statu Monarchico Constitutio Principis.

XII. Consuetudo est jus subditorum usu introductum, tacitoque summæ potestatis consensu approbatum *§. 11. I. de I. N. G. & C. l. 32 §. 1. de LL.*

XIII. Requiruntur igitur ad consuetudinem 1.) actus plures apti, ut ex illis ita celebratis fiat jus. *l. 1. l. 2. C. quæ sit. long. consu.* 2.) approbatio tacita summæ potestatis *d. l. 32 de LL* Communiter hæc requisita ita recenseri solent, ut desideretur 1.) rationalitas 2.) actuum frequentia 3.) diurnitas temporis. *dict. text.*

XIV. Constat igitur hinc, quod si consuetudo non sit notoria, ista sit probanda, ex plu-

pluribus nimirum actibus, & quidem in specie in hoc loco & casu, de quo agitur, celebratis, vid. tract. Roch. de Curte it. Petrus Salazar. *de usu & consuet.*

XV. In nostro Imperio in usu sunt jura Imperii communia, quæ continentur in jure Civili & Canonico, quatenus sc. sunt recepta Recessibus Imperii & variis consuetudinibus. Porro obtinent jura particularia, quæ continentur in jure Saxonico, Ordinationibus, Principum Constitutionibus, item particularibus, consuetudinibus.

XVI. Sæpius & in civitatibus sunt certa statuta, quæ tum demum plenum vigorem habent, si vel civitas singulariter privilegiata sit, ut possit jus condere; vel superior ejusmodi statuta confirmaverit. Pertinent etiam huc opificum seu collegiorum statuta, quæ etiam confirmatione opus habent.

XVII. Illud itaque jus, quod in loco servatur, quo jus dicendum venit, probe est cognoscendum. *l. I. §. I. verb. boni & æqui notitia d. I. & l. l. 2. §. 43. vers. turpe d. O. I.* & deinde, exploratis singulis facti observantis circumstantiis, legitime ac prudenter applicandum *d. l. I. §. I. verb. discernentes, separantes, d. I. & I. vid. d. l. 2. §. 13. de O. I.*

XVIII. In qua juris accomodatione præ- primis æquitas est observanda. *d. l. I. pr. verb. æqui & boni l. placuit. 8. C. de judic.*

l. 18. de LL. l. 90. de R. I. quippe quæ definitore Aristotele, est ἐπανόρθωμα juris legi-
timi, ea parte, qua deficit ob universale, non sec.
legem 55. Eth. 10. h. e. est commoda seu re-
cta conformatio juris, generaliter ac inde-
finite lati, ad casus in lege non expresse
seu non sigillatim decisos. vid. Aristot. 6.
Etb 8 & 1. Khet 13. ald. l. 3. 4. 5. & 6. de LL.

XIX. Ut vero hæc æquitas observari pos-
sit, 1.) verba 2.) mens & 3.) ratio legis re-
cte est perpendenda *l. 7. d. LL. l. 24. eod.*

Arist. d. 1. Rhet. 13. Si itaque aperta & cla-
ra verba & sententia legis fuerint, ista per
simplicem interpretationem applicanda.
*Conf. l. 7. §. ult. de supell. leg. l. 60. §. 1. de le-
gat. 3.* Sin autem sententia & ratio legis sit
generalior verbis, ad casus similes ea exten-
denda: *l. 12. l. 13. l. 24. d. LL. l. 32. pr. ad.
L. Aquil. l. 7. §. 2. de Idist.* si denique sen-
tentia & ratio legis sit restrictior, lex quo-
que restringenda erit *l. 32. de pact. l. 2. §. 3.
ad Sct. Vell. l. 7. C. d. LL.*

XX. Aliquando etiam lex dubia determi-
natur inde, ut spectetur. Quid retro in ejus-
modi casibus sit observatum & judicatum
*l. 37. l. 38. ff. de LL. l. 2. §. 24. d. O. I. verb.
quod vetustissima juris observantia.* Ubi hæc
inter alia adnotat Anton. Mornacius: gra-
vissimus hic est textus in id, ut a vetustis-
sima juris observantia nunquam, si fieri pos-
sit, discedi debeat. Jung. *l. 24. ad munici-
pal.*

*Ex modos
interpretan-
tandi.*

*Nea non
usum seu
observanti-
onis.*

*pal. in cuius fine hæc habentur; cui consè-
guens est, ut ne in furtum a forma observata
discedatur.* Tanti esse docet Joh. Faber.
ad pr. tit. de offic. jud. in Inst. insistere vesti-
giis vetustissimæ hujus juris observantiae,
ut dicat, nullam esse irritamque sententi-
am, quæ contra statum notumque juris
confueti ordinem lata est &c.

XXI. Cæterum omnes hominum actiones *Jus vel
& negotia, de quibus jura ordinantur, vel
personas & statum seu conditionem perso-
narum; vel res & bona ipsarum concer-
nunt; hinc aliud est JUS PERSONARUM,
aliud JUS RERUM.* De utroque 1.) scien-
dum, quid secundum jus personarum vel
rerum competit, 2.) qua ratione & modo
i. l. iudicium sibi competens quis ab altero, qui
sponte non tribuit, per actiones & judicia
consequi possit,

TIT. III.

*Utriusque
tractanda
cognitio &
persecutio.*

DE

J U R E P E R S O N A R U M
SEU STATU HOMINUM, IN-
DEQUE VENIENTE PRIMA
DIVISIONE.

I. Persona hic significat hominem in so-
cietaate civili viventem arg. rubr. *I. de jur. Personæ, seu
personæ, junct. rubr. & l. 3. ff. de stat. homi. L. 1.
Habet vero homo aliquem statum seu condi-
tionem attributam vel ab ipsa natura, vel a
iure.*

A. 5

II.

Juxta statum naturalem ratione sexus est vel masculus vel femina.

II. Juxta statum naturalem distinguuntur homines ratione sexus l. 9. l. 10. ff de stat. hom. quod scil. alii sint masculi, alii feminæ (quarum virtus, ait Aristoteles, corporis est pulchritudo & magnitudo; animi vero temperantia & φιλεργία α'νευ ἀνελευθερίας, b. e. ut sit amans laboris, absque tamen sortibus & avaritia) vel etiam Hermaphroditi seu androgyni, de quibus sciendum, quod ejus sexus sint aestimandi, qui in iis praevalet. l. 10. ff. de stat. hom. l. 15. §. 1. ff. de test. vid. Alphons. a Caranza tr. de part. legitim. c. 17. n. 66. & seqq. item Paul. Zach. in question. Medico-Legal. L. 7. tit. 1. quest. 8. 2.) Alii sunt jam nati, alii nascituri, seu in utero; de quibus notandum, quod in iis, quæ ad commodum eorum spectant, perinde habeantur, ac si jam nati essent. l. 7. l. 26. de stat. hom. & quod eorum gratia prægnantibus parcatur, & pœna vel etiam tortura differatur, usque dum partus sit editus, & sex septimanæ præterlapsæ l. 18. d. stat. hom. l. 3. de pœn.

Tempus justum nativitatis.

III. De natis sciendum est, quod septimo vel octavo mense nati, a die nuptiarum celebratarum, pro legitimis liberis secundum communem Medicorum & Jctorum sententiam habeantur, imo quod etiam ob favorem partus decimo, vel etiam initio undecimi mensis admittatur. l. 12. de stat. hom. l. 3. §. pen. & ult. de suis & legitim. hered. add.

add. arg. Nov. 39. c. 2. vid. Alphons. a Caranz d. tr. Carpz. p. 4. def. for. Confl. 27. def. 15. Richter. Decis 89. num. 2. 3. & ult. Porro etiam partus, in quo aliquid præter naturam supereft, vel deest, nihilominus inter liberos est numerandus arg. l. 10. §. 2. *de ædit. Edict.* Monstra vero, quæ contra formam humani generis procreantur, non sunt liberi. l. 14. *de stat. hom.*

IV. Juxta jus, propter diversum statum *Juxta le-*
& conditionem civilem, summa & absolu- *gem alii*
ta seu generalis ac prima divisio de *Jure liberis.*
 personarum hæc est, quod omnes homines
 aut liberi sunt, qui habent naturalem facul-
 tam ejus, quod cuique facere libet, nisi
Si quid vi aut jure prohibetur, § 1. I. de jur.
perf. l. 4 pr de stat. hom. aut servi, qui domi- *Alii servi*
 nio alieno sunt subjecti, juribus civilibus
 non fruuntur *l. 4. §. 1. de stat. hom.*

V. Liberi homines rursus distinguuntur
 in ingenuos & libertinos. Illi sunt, qui a *Illi vel in-*
 liberis parentibus liberi nati sunt: hi vero *genui vel*
 sunt, qui ex justa servitute manu missi sunt *libertini.*
tot tit. I. de libertin.

VI. Quamvis vero hodie inter Christia- *Hodiernus*
 nos e jusmodi homines servi non habeantur, *Ufus.*
 nisi quod a Turcis aliisque barbaricis genti-
 bus capti pro servis inter Christianos cente-
 antur, eo quod istæ etiam nationes Christianos
 captivos pro servis habeant: sunt tamen
 in quibusdam locis homines proprii, *eigene*
Leute,

*Leute, qui affinitatem cum servis habent,
de quibus commodius cap. seq. agetur.*

*Subjungatur text. Instit. Lib. I. Tit. III. de
Jure personarum & seqq. usque ad Tit. VIII.*

TIT. IV.

DE

SECUNDA PERSONARUM DIVISIONE, ET DE POTESTATE DOMINICA.

*Quædam per one lunc
sui juris. Quedam
alieno iuri
subj. à L.
p. ff. t. 6.
de his qui
sui vel
aleni juris.
Nim. do-
minica pa-
testatis.* I. Sequitur de jure personarum alia di-
fīo: nam quædam personæ sui juris sunt,
quædam alieno juri subjectæ: rursus earum,
quæ ieno juri subjectæ sunt, aliæ sunt in
potestate parentum, aliæ in potestate domi-
norū, pr. I. de his qui sui vel al. jur.

*hodie opera
liberorum
hominum
conducun-
tur.* II. In potestate dominorum apud Roma-
nos erant servi, & consistebat hæc pote-
stas dominica in eo, quod servus f.) domi-
no proprius, adeoque hic istum vendere, in
vincula conjicere, vel, attamen absque fæ-
vitia, castigare potuerit, l. I. §. 2. de his, qui
sui vel al. jur. §. 1. & 2. I. eod. tot. tit. C. de
emend. serv. 2.) quod domino operas præ-
stare debuerit, vid. tot. tit. de oper. serv. &
3.) quodcumque per servum acquirebatur,
id domino acquirebatur. pr. & §. 3. I. per
quos person. cuique acquir.

III. Hodie operas liberorum hominum
certa mercede conducimus, ad quos tamen
hæc

hæc jura quodammodo applicari possunt.
vid. Hermann. Stamm. tr. de serv. person. lib.
2. per tot.

IV. Sunt etiam in nonnullis locis proprii *Alicubi esti-*
homines, quorum status & conditio secun- *am sum*
dum cujusque loci consuetudinem discer- *proprii ho-*
nenda venit. vid. Frieder. Husan. tr. de *mines.*
pr. homin. Joh. Hermann. Stamm. dict.
tr. de servit. person. Speidel. in notab. hi-
storico - polit. voce *Leibeigen*, it. voc. *Wild-*
fangen, & novissime Autor. *defensionis cau-*
sæ Palatinæ: nec non Philipp. Andr. Bur-
goldensis notit. rer. illustr. imper. Part. 3. *Dif-*
curs. 2. §. 5.

V. Hisce in terris rustici quidem liberi *Rustici non*
homines sunt: nihilominus tamen dominis, *str. præstans*
quibus subjecti, operas præstare debent, *operas.*
(*Frohdienste*) quæ varii sunt generis. Sic
aliæ præstantur jumentis, ab iis, qui agros
possident, & dicuntur *Anspanner*, *Pferdner*,
Hüfner, aliæ manibus vel alias corpore (*mit*
Handfrohnen, *Getreyde schneiden*, *Hew machen*, *Botschafft lauffen*, *Wachen*, *Jagen &c.*
ab illis, qui nullum agrum, vel non mul-
tum agri habent, & nominantur *Hintersæt-
ler*, *Handfræner*, *Kotsassen*. Istiusmodi ope-
ræ sunt vel determinatæ, quæ nimirum *Sive deter-*
certis diebus præstantur, vel certo modo, *minatas.*
gewisse, *gesetzte* oder *gemessene Dienste*, vel
indeterminatæ, quæ, quoties & quomodo-
cunque opus est, debentur. Non tamen in
inf.

infinitum sunt extendendæ, sed boni viri arbitratu definiendæ, ac de solitis & consuetis intelligendæ. vid. Constit. Elect. p. 2. Const. § 1. & 52. ibique Carpz. ut & in Respons. Elect. lib. 1. tot. tit. 6. & 7. & dec. 33.

*Legatur d.Lib. I. Instit. Tit. VIII. de his, qui
sui vel alieni juris sunt.*

TIT. V.

DE

PATRIA POTESTATE.

Patria potestati subiecti sunt liberi.
Eius effectus. I. In patria potestate sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus.

II. Consistit autem patria potestas potissimum in eo, 1.) quod patri filius sit subiectus, & ipsi concedatur in transgressorem moderata castigatio, & jus terminandi controversias domesticas. l. 3. & 4. C. de patr. pot. l. 17. ff. pr. de furt. 2.) quod quidquid acquirunt liberi ex re patris, patri acquiratur; quod vero aliunde liberis obvenit (extra peculium castrense) in eo pater usum fructum habet. §. 1. I. per quas person. cuique acquir.

Jura patri & matri communia L. 25. ff. t. 3. de agnosc. & alend. III. Præterea in genere liberi parentibus, tam patri quam matri, obedientiam & reverentiam exhibere debent; parentes vero, tam pater, quam post mortem hujus mater, liberos alere & sustentare debent vid. tot. tit. de

de agnoscend. vel alend. lib. Hinc & matri, ^{lib. vel par-} quia liberos alere tenetur, ususfructus bo- ^{vel patron} norum, quæ ad liberos pertinent, secun- ^{vel lib.} dum jus Saxon. commune conceditur. vid. Richter. *Decis.* 18. add. Carpzov. *tr. de jure fœmin.* Aliud obtinet in Elektoratu Saxon. vid. *Decis. Elect.* novis. 62. Inopes vero parentes liberi alere tenentur.

IV. Patriæ potestatis tres sunt causæ: 1.) *Causa pna-* Justæ nuptiæ, 2.) Legitimatio, 3.) Adoptio. ^{triæ potestat}

Adde *Lib. I. Instit. Tit. IX. De Patriæ tis sunt.*
Potestate.

TIT. VI.

DE SPONSALIBUS.

I. Nuptias præcedere solent sponsalia, ^{I. Nuptia,} ^{quas pra-} quæ secundum Jus Romanum sunt mentio ^{cedunt.} & re promissio futurarum nuptiarum. *l. i. ff.*

de Sponsal. Ex jure Canon. autem sponsalia ^{Sponsalia.} distingui solent in sponsalia de præsenti & ^{qua defini-} de futuro. *c. pen. x. de sponsal.* Hæc vocan- ^{untur &} tur, quando sub conditione promissio con- ^{distinguun-} jugalis celebratur. Illa vero sunt, ubi jam ^{ff t. i. de} adest præsens conjugium absque ulla dilati- ^{Sponsali-} one: ita ut solum solennis benedictio facer- ^{bus.} dotalis seu copulatio sequatur in Ecclesiis.

II. Ut sponsalia subsistant, non solum ^{Sponsalia} cesebrantur personarum, quæ sibi invicem desponsantur ^{inter spon-} *L. 4. ff. de sponsal. c. 23. x. de sponsal.*) ubi de mu- ^{sum & sponsa-} to) sed etiam parentum consensus requiri- ^{sam adhibi-} tur; attamen parentes non debent liberos ^{to paren-} ^{tum consen-} ^{con- sensu.}

contra ipsorum voluntatem, ad hanc vel illam personam, matri oratione sibi jungendam, cogere. l. 21. & 22. de ritu nupt. Neque etiam sine justa causa consensum facile denegare. l. 19. d. t. de ritu nupt. Adde Carpz. l2. *Jurisp. Consist. tit. 3. def. 52. 53. 57. Richter. dec. 8. n. 49. & 52.*

III. Prohibita verò sunt, & nullū effectum habent spontalia clandestina, sed publica solū obligant. Dicuntur verò publica, quæ consensu parentum inita, vel si parentes non sint in vivis, in præsentia saltem duorum testium celebrata. Add. tot. tit. *Decretal. de clandest. spnsal.*

Nisi Clandestinis accesserit concubitus. IV. Si tamen clandestinis sponsalibus accesserit concubitus, tunc illa regulariter sunt consummanda, licet parentes vitiatoris disenserint: non quod concubitus clandestina sponsalia reddat licita, sed quod ita succurratur vitiæ, quæ spe matrimonii promissi ad concubitum adducta censemur: ex qua ratione apparet, quod, si vitiæ parentes causas justas habeant, ob quas vitiatori filiam denegare in matrimonium persistant, ejusmodi clandestina sponsalia etiam hoc casu effectum non habeant, v. g. si inferioris cujusdam conditionis juvenis viri cujusdam nominis magni filiā induceret dolo ac persuasionibus ad connubium secum ineundum, & postmodum etiam ad concubitum; parentes inviti haud tenentur filiam in matrimonium

ipſi collocare. Vid. eleganter Joh. a San-de *Decis. Fris. l. 2. tit. 1. def. 4.* Add. Carpz. *Jurisprud. Confift. l. 2. def. 6. n. 9.* Richter. *dec. 8. num. 55. 94. & 95.* Dedecken. *Conf. Theolog. vol. 3. l. 2. ſect. 4. Num. 21. 22. 23. & 24.* Kitzel *Syn. Matrim. c. 4. theor. 5. lit. d.*

V. Notandum porro est, quod quædam personæ propter propinquitatem, vel ratione cognationis, vel ratione affinitatis, sponsalia inter ſe celebrazione prohibeantur, nimirum ratione cognationis 1.) prohibentur *sponsalia* & nuptiæ in linea recta inter ascen-dentes & descendentes in infinitum. Ita in linea ascendentē filius interdicitur ſibi matrimo-nio jungere 1. matrem, aviam maternam & paternam 2. proaviam &c. Similiter filia, patrem, avum &c.

Eadem ratione in linea descendente pa-ter non potest ſibi jungere filiam, neptem. Similiter nec mater, filium, nepotem.

VI. 2. Propter cognationem in linea collaterali conjugium prohibetur inter perſo-nas, quæ ſe, quodam reſpectu, ut parentes & liberi habent. Habet ſe vero inſtar paren-tis, qui ſtipiti (e. g. avo) a quo uterque (e.g. *pater meus, ejusque frater*) originem trahit, im-mEDIATE ſubeft; (e.g. *patruus meus.*) Ejusmo-di perſonæ ſunt avorum vel parentum fra-tres fororesve, quippe quæ in propinquita-te proximum a parentibus occupant locum.

Hinc propter cognationem, in linea colla-terali ſurſum computando, interdicitur ma-

B

trimo-



trimonium, ut quis non possit illud celebra-
re 1.) cum amita, vel matertera 2.) amita
magna, vel matertera magna. Similiter fœ-
mina non potest nubere 1.) patruo, vel a-
vunculo. 2. patruo magno, vel avunculo
magno. Similiter deorsum quis non potest
ducere in uxorem, quæ est ipsi instar filiæ,
nimirum 1. fratri sororisve filiam. 2. fratri
sororisve neptem. 3. fratri sororisve pro-
neptem. Eodem modo fœmina non potest
nubere 1. fratri sororisve filio 2 fratri soro-
risve nepoti 3. fratri sororisve pronepoti.

*Præter istas etiam inter alias perso-
nas prohibentur sponsalia & nu-
ptia in linea æquali &
inequali.*

VII. 3. Præter personas, quæ dicto modo
se habent, in specie in linea collaterali æqua-
li prohibentur nuptiæ in primo & secundo
gradu consanguinitatis, secundum computa-
tionem canonica. Nimirum 1.) inter fra-
tres & sorores, tam geranos, quam con-
sanguineos, seu uterinos, §. 3 *I. de Nupt. l. 8.*
l. 14. §. 2. l. 54. ff de rit. nupt. 2. inter conso-
brinos sec. jus canon. c. 8. x. *de cons. & affin.*
& hodiernas constitutiones: *secus ac jure civi-*
li l. 19. C. de nupt. §. 5. I. de nupt. Porro in li-
nea inæquali usque ad tertium gradum, hoc
incluso, nuptiæ prohibentur. Ita quis non
potest in uxorem ducere patrui vel avuncu-
li filiam, vel fœmina non potest matrimo-
nium inire cum patrui vel avunculi filio,
nepoteve &c. In tertio vero gradu lineæ
æqualis matrimonium admittitur: v. g. per-
missum est inter fratum & sororum nepotes
&

& neptes. In nonnullis tamen locis hujusmodi casibus dispensatio a principe est impetranda

VIII. Ratione affinitatis hodie prohiben- Ratione
affinitatis
1. in linea
recta.
tur nuptiae 1.) inter eas personas, quæ se quo-
dam respectu habent in linea recta ut paren-
tes & liberi: seu quæ alterutrius conjugis
sunt ascendentes & descendentes in dicta li-
nea recta. Respectus enim iste venit ex ana-
logia cognationis. Sic in linea ascendentia-
un in primo gradu, in quocunque genere
affinitatis filius, vel potius privignus, non
potest in matrimonium inire 1. cum noverca,
cum uxoris suæ matre aut noverca, nimi-
rum vidua loceri sui, 2. cum socrus, 4. cum
patris sponsa, futura scil. noverca. 5. cum
sponsæ uxorisve suæ matre. Porro in secun-
do gradu non potest quis nuptias celebrare,
1. cum novercæ suæ matre, cum 2. vitrici sui
matre, si iliter 3. itidem in secundo gradu,
cum protocru seu uxoris suæ avia, 4. cum
patris matrisve noverca. Eadem ratione in
tertio gradu 1. cum novercæ avia, 2. vitrici
avia, nec non in quarto eodem gradu, 3. cum
uxoris proavia, vel etiam 4. cum proavi vi-
dua, seu aviæ noverca, 5. cum avi noverca.

IX. Si iliter fœmina non potest propter
affinitatem matrimonium inire 1. cum vitri-
co, 2. cum defuncti mariti vitrico, 3. cum
socero, 4. cum defunctæ matris relicto spon-
so, vel etiam 5. sponsi patre, cuius nimis unum
filio hæc fœmina erat desponsata. Sic etiam

in secundo gradu 1. cum novercæ patre, 2. vitrici patre, 3. & quidem in eodem gradu, cum defuncti mariti avo, seu paterno seu materno, 4. cum aviæ relieto viduo h. e. patris matrisve ipsius vitrico. Perro in tertio gradu etiam prohibentur nuptiæ 1. cum novercæ avo, 2. cum vitrici avo, 3. cum mariti proavo, & etiam in eo gradu 4. cum avi aviæve vitrico.

X. Sic etiam in linea descendente propter superius traditam regulam, nuptiæ prohibitæ sunt ita, ut vitricus non possit duce-re in uxorem in primo gradu 1. privignam, 2. privigni viduam, 3. nurum vel sponsam filii defuncti. In secundo gradu 1. privigni privignæve filiam, 2. nepotis viduam. Ut & in tertio gradu 1. privigni privignæve neptem. 2. nepotis viduam.

XI. Ex eadem ratione fœmina non potest nubere in primo gradu 1. privigno, 2. privignæ viduo, 3. genero vel etiam sponso defunctæ filiæ. In secundo gradu 1. privigni privignæve filio, 2. filii filiæve genero. In tertio gradu 1. privigni privignæve nepoti, 2. neptis nepotisve genero. Omnes enim hactenus enarratæ personæ affines sunt loco filiarum filiorumve, adeoque, ipsa recta ratione dictante, a carnali commixtione cum his abstinentum est.

XII. 2.) Ob similem respectum prohibentur nuptiæ inter affines in linea collaterali inæquali: quando nimirum personæ, quæ marito uxorive consanguinitate sunt junctæ, qui se habent ut parentes & liberi. Nam qua conjux suis consanguineis consanguinitate jungitur, eadem & alter conjux iisdem affinitate *l. 4. §. 3. ff. de gradib.* Hinc masculus in linea ascendentे non potest ducere uxorem 1. saceri, socrusve sororem; vel etiam patrui viduam, vel avunculi viduam, 2. patrui magni viduam. Similiter in linea descendente quis non potest ducere in uxorem 1. fratri sui sororisve filii viduam, 2. uxoris suæ fratri sororisve filiam; vel etiam fratri sororisve filii viduam. 3. nepotis ex sorore viduam; vel etiam nepatem ex uxorius fratre sororeve.

Similiter fœmina non potest matrimonio jungi mariti patruo avunculove. It. amitæ viduo: vel fratri sororisve genero: item mariti fratri sororisve filio; aut fratri filii filiæve genero &c.

XIII. 3.) Prohibetur propter affinitatem in lin. collaterali æquali matrimonium inter personas, quæ se habent ut fratres & sorores, v. g. uxoris meæ soror est mihi instar sororis, & mariti mei frater est mihi instar fratri. Unde quis in uxorem ducere nequit defuncti fratri viduam sponsamve relictam: Similiter fœmina non potest jungi sororis viduo

<sup>2. in linea
collaterali
inæquali.</sup>

<sup>3. in linea
collaterali
æquali in
primo affi-
nitatis
gradu.</sup>

sponsore relieto. Et quidem hæc prohibi-
tio plerisque in locis solum de primo gene-
re affinitatis in lin. collaterali intelligitur;
in quibusdam vero locis ista etiam ad secun-
dum genus affinitatis quodammodo extendi-
tur, (*v. g. secundum genus affinitatis est inter me,*
& uxoris meæ fratriis uxorem: vel etiam inter
me, & mariti mei sororis maritum) ita nim. ut
si res adhuc sit integra, h. e. matrimonium
non sit per benedictionem sacerdotalem
consummatum, vel copula carnalis non-
dum intervenerit, Magistatus ejusmodi per-
sonas, affinitate junctas, ne ejusmodi ma-
trimonium perficiant, dehortari debeat.

que prohibi-
bitio non
extenden-
da ad co-
gnatos ma-
rati & co-
gnatos uxo-
ris inter se
invicem;

XIV. Potest vero quis in uxorem duce-
re fratrii sui uxoris sororem; vel fœmina
potest jungi sororis suæ mariti fratri. Quam-
vis enim hujusmodi personæ in primo ge-
nere affinitatis & loco fratum & sororum
esse videantur: affinitas tamen solum dici-
tur intercedere inter conjugem & alterius
conjugis consanguineos: non vero proprie-
affines dicuntur consanguinei duorum con-
jugum inter se. Hinc igitur, ut jam dictum,
duæ sorores possunt conjungi duobus fra-
tribus c. 5. x. de consin. Similiter & inter
comprivignos nuptiæ celebrari possunt. §. 8.
I. d. nupt. l. 34. §. 2. ff. d. rit. nupt.

4. in secun-
do affinita-
tis gradu. XV. 4.) Propter affinitatem prohibetur
matrimonium in secundo gradu lineæ æqua-
lis, *v. g. non potest quis in uxorem ducere*
I. de

I. defunctæ uxoris amitæ, patruive filiam, linea collateralis aequalis;
vel etiam 2. patrui sui, amitæve sua filii vi-
duam. Similiter nec fœmina potest matri-
monio jungi I. defuncti mariti patrui ami-
tæve filio, filiæve viduo.

XVI. Tandem 5.) in Electoratu Saxon. s. jure Elec-
torali Sa-
xonico eti-
am tertius
gradus est
prohibitus.
licet inter personas non intercedat aliquis respectus parentum & liberorum, tamen, propter venerationem affinitatis, tertius quoque gradus in linea collaterali inæquali est prohibitus. Hinc igitur I. quis non potest matrimonium inire cum defunctæ uxor patrui magni, amitæve magnæ filia. Similiter fœmina non potest nuptias celebrare cum patrui magni, amitæve magnæ filio. Item 2. quis non potest in uxorem ducere patrui magni, amitæve magnæ filii viduam. Et fœmina non potest nubere putrui magni, amitæve magnæ filiæ viduo. Vid. ulterius hac de re Johan. Bechstadium *in collat. iurium connubial. & Carpzov. in tr. de consangu. & affinit.*

XVII. Potest vero certis casibus Princeps In casibus
seu superior dispensare, & veniam concede. humano,
re Non autem licita est dispensatio circa eas non divino,
conjunctiones, quæ jure divino prohibitæ, jure prohi-
sed solum in illis, quæ jure humano Ecclesi-
astico ulterius interdictæ. Sunt vero jure bitis licita
est dispen-
satio.
divino prohibitæ, quoad consanguinitatem I.) inter ascendentés & descendéntes. Lev. 18. v. 7. 2.) inter fratrem & sororem Lev. 18.

v. 9. 3.) inter ulteriores collaterales, quæ parentum vel liberorum loco habentur: *Lev. 18. v. 12.* Nam ibi non personæ solum enarratæ, sed similis quoque respectus inspicciendus, ita scil. ut quæ personæ eodem plane modo sibi consanguinitate sunt junctæ, quo ibi enarratæ, etiam prohibeantur inter se matrimonium contrahere Quoad affinitatem vero jure divino prohibentur nuptiæ inter personas 1.) quæ parentum aut liberorum loco sunt, sive quæ alterius conjugis sunt ascendentæ & descendentes, in linea recta. *Lev. 18. v. 8. it. v. 15. v. 17. c. 20. v. 12. Deuteron. 27. v. 20. 1. Cor. 5. v. 1. 2.)* quæ se habent ut frater & soror *Levit. 18. v. 16. & seqq. it. cap. 20. v. 21.* Præterea 3.) communiter Dd. statuunt, quod jure divino etiam inter istas personas affines sint interdictæ nuptiæ, quæ conjugi defuncto, aut defunctæ, in linea collaterali, fuere loco parentum aut liberorum, per. text. *Levit. 18. vers. 14. it. cap. 20. v. 20* vid. Bechst. d. tr. c. 7. Carpz. IP. Consist *Lib. 2. tit. 7.* Alii vero, non ita simpliciter, ac in genere, inter hujusmodi affines prohibitas esse nuptias, statuunt; cum de aliis affinitatibus; de quibus in hoc aphor. n. 1. & n. 2., plura exempla enumerentur, ex quibus generalitas prohibitionis colligi possit; de hujusmodi autem affinitate, de qua in hoc n. 3. solum inventiatur hæc unica prohibitio, ne quis patrui sui

sui viduam ducat. *d. Lev. 18. v 14. & cap. 20. v. 20.* unde etiam adhanc unicam prohibitonem textum restringunt nonnulli, & admittunt dispensationem in nuptiis cum defunctæ uxoris sororis filia. Item ut vidua possit nubere defuncti mariti sororis filio, seu quis possit ducere in uxorem avunculi sui relictam viduam. Richter. *Decis. 11. n. 13. 17. 29. & seqq. & part. 2. conf. 15.*

XVIII. Sponsalibus rite celebratis, non licet ab iis recedere, ne quidem mutuo sponsatorum consensu, cum jam adsit consensus conjugalis *c. pen. x. de sponsal. c. 1. de inde contra sponsal. duor.* Operantur nimirum hæc sponsalia, quæ de præsenti vocantur, obligatio-*actio.* nem ad matrimonium, per solennitates Ecclesiasticas, & in sequente cohabitationem, consummandum. *d.c. pen. de sponsal.* Ad quod obtainendum actio inde oriens a sponso sponsave, nec non illorum parentibus, institui, & aliis quoque modis contra absentem, vel refractarium sponsum sponsamve procedi potest. add. Beustius *de matrim. ff. c. 58. Carpzov. 3pr. Constit. L. II. de 132. n 8.*

XIX. Sunt tamen urgentes & gravissimæ quædam causæ, ob quas, non quidem privata autoritate a sponsalibus recedere licet, sed a Magistratu Ecclesiastico ista, si prius tentata reconciliatio locum non inveniat, dissolvuntur, nim. 1.) si sponsus sponsave, 2. de diante vel post sponsalia, cum alia persona

*A sponsali-
bus non li-
cet recedera,
& datur*

de inde contra

sponsal. duor.

refractarios

actio.

Aliquando

tamen illa,

ob urgentes

causas, dis-

solvuntur.

L. 24. ff. 2.

2. de di-

vort. &

repud.

concubuerit; (2) si impotentia cōpertā fuerit; (3.) si de furore constet; (4.) si atrox delictum commissum fuerit; Add. Carpz. *resp.* 115. (5.) si altera pars morbo contagioso vel desperato laboret; & (6.) si inter sponsum & sponsam intervenerint ini- micitiae irreconsiliabiles. Carpzov. *Jpr. Consist. Lib. 2. d. 176.*

Bina sponsalia celebra trans puni- tur; prorsa tamen regu- lariter sunt servanda.

XX. Denique notandum, quod cum duobus sponsalia celebrans pœna afficiatur, de qua, ut *& incestarum nuptiarum pœna, a. getur Lib. 3. t. 28. §. 21. seqq.* Quoad obligationem vero ipsam, prima sponsalia præferuntur posterioribus, etiamsi ad posteriora concubitus accesserit, modo primus sponsus vel sponsa, sponsam vel sponsum talem admittere velit *c. 1. c. ult. x de sponsal. duor* Sin vero posteriora Be- nedictione Sacerdotali confirmata fuerint, subsistunt. Carpzovius *d. l. d. 66. n. 4.* Cæterum clandestinis, vel etiam prioribus de futuro, uti nominant, initis sponsali- bus, publica & de præsenti, licet posteri- ora; semper præferuntur. *c. 3. pr. X. de clandesft. despōnſ. c. 12- x. de. spons.*

TIT. VII.

DE

NUPTIIS SIVE MATRIMO-
NIO.

I. Nuptiæ sive matrimonium est viri & *Nuptiarum
mulieris legitima conjunctio, individuam
vitæ consuetudinem continens. §. 2. I. de
patr. pot. l. 1. ff. de rit. nupt. vel: Conjugum nupt.
est unius maris & fœminæ legitima & indis-
solubilis conjunctio, mutuo utriusque con-
fensi inita, ad generis humani propagatio-
nem & mutuum vitæ adjutorium.*

II. In personis requiritur, ut sint habiles: *Personæ
quæ habilitas consistit (1.) in facultate ge-
nerandi naturali. Qui ē. non potest gene-
rare, sive ob ætatem, sive ob vitium cor-
poris, nec matrimonium contrahere potest;
nimis ob ætatem vel nimis teneram, pr.
I. de nupt. c. 3. x. despons. impub. vel nimis pro-
fectam: non tamen prohibetur sexagenari-
us cum juvencula inire matrimonium Carpz.
Jpr. Conf. Lib. 2. def. 13. Ob vitium corpo-
ris prohibentur castrati, arg. §. 9. I. de adopt.
frigidi & maleficati, tot. tit. Decretal. de fri-
gid. & malefic. add. Paul. Zachias in quæst. me-
dico leg. 1. L. 3. tit. 1. q. 5. seq. Sciendum
quoque hic de hermaphroditis, quod iis non
permittendum matrimonium, nisi ex inspe-
ctione de sexu prævalente constet, arg. l. 10.
ff. de*

ff. de stat. hom. Carpz. dict. Lib. def. 16. (2.)
ut lege non prohibeantur nuptias inire;
nim. propter consanguinitatem & affinitatem,
qua de re Tit. praeced. *aph. 5. & seq.*
late actum est.

*Modus ce-
lebrandi
nuptias.*

III. Inter personas habiles, & non prohibitas, solenniter hodie ita celebrandæ sunt nuptiæ, ut præcedente parentum consensu, vel testibus adhibitis, promissione facta, ut sub priori tit. *aph. 3.* monitum, ante festivitatem nuptialem fiat publica ex suggestu proclamation, ut plurimum trina. c. 3. pr. X. *de clandest. desponsi. c. 27. de sponsal.* Cujus effectus est, ut post trinam proclamationem, amplius impediturus matrimonium, non audiatur. Berlich. *Decis. 76.* Deinde ipso die nuptiarum sequatur in Ecclesia, seu cœtu fidelium, sacerdotalis copulatio & benedictio.

*Prepropo-
rus concu-
bitus pœ-
na coercere-
tur.*

IV. His non observatis, si desponsati concubuerint, poenam incurront. Attamen si alterutra parte forte mortua, sponsalia inita benedictio sacerdotalis, propter mortem intervenientem, non potuerit insequi, partus ex præmaturo concubitu editus, admittitur pro legitimo, Carpz. P. 3. c. 14. d. 12. vid. noviss. *Decis. Elect. 49.*

*Polygamia
est prohibi-
bita;*

*non vero
sec. nuptia.*

V. Ineunt nuptiæ inter unum marem & unam fœminam; polygamia enim prohibita est.

VI. Non autem prohibitæ sunt secundæ nuptiæ, modo non sint nimis maturæ & fe-

stina-

stinatæ. Debet etiam vidua annum expe-
ctare, usque dum secundo nubat. viduo ^{rite suscep-}
vero conceditur aliquando, ut post lapsum ^{pta.}
seimestris secundas nuptias celebret. Porro
si ex priori matrimonio liberi extent, his
bona defuncti patris matrisve, seu successio
in illa bona, debetur: adeoque, si impu-
beres fuerint, minoresve, tutores vel cura-
tores ipsis sunt constituendi. Plurimis etiam
in locis prudenter statutum est, ne conjux
secundas nuptias ineat, nisi prius prioribus
liberis satisfecerit. Licitæ quoque sunt se-
cundæ nuptiæ, quamvis uxor promiserit
priori marito, quod non velit denuo nu-
bere. Carpz. *Jpr. consit. de Lib. 2. def. 172.*

VII. Notandum & hoc est, quod non ^{modo de}
permittendæ sint secundæ nuptiæ, prius ^{morte con-}
quam de morte prioris conjugis fatis con- ^{jugis satis}
stet; quæ mors aliquando, v. g. si in acie, ^{conficit.}
mari, morbove contagioso peregre obierit
conjux, uno etiam teste probari potest.
vid. Carpz. *d. l. d. 166. 168.* Cum autem
mors plane probari nequit, conjux, qui quæ-
ve secundas nuptias celebrare constituit,
contra absentem conjugem desertionis pro-
cessum instituere debet. Idem *def. 170.*

VIII. Ex legitimo conjugio oritur jus *Ex conju-*
personarum inter conjuges, quod est vel *gio jus per-*
mutuum, & consistit. 1.) in mutuo amore *sonarum*
ac perpetua vitæ consuetudine 2.) in exhibi- *oribus.*
tione debiti conjugalis, & liberorum pro-
crea-

creatione, 3.) in aliquali bonorum communione, vel alterutri conjugi proprium. Et quidem marito propria est maritalis potestas arg. l. 14. §. 1. ff. *solut. matrim. Nov. 117. c. 14.* & secundum Jus Saxon. competit ipsi ususfructus omnium bonorum uxoris, *Land. R. Lib. 1. art. 31.* & 45. Tenetur vero uxorem alere. eamque defendere l. 2 ff. *de injur.* Jura propria, respectu uxoris, consistunt in convenienti subjectione, unde fluit 1.) quod debeat marito obsequium, *l. un. §. 7. C. de rei uxor. act. operas obsequiales, & œconomiae curam,* arg. l. 31. pr & § 1. ff. *de donat. inter vir. & uxor. 2.) quod gaudeat nobilitate & dignitate mariti,* l. 1. *C. de dignitat. l. 8. ff. de senat l. 10. C. de nupt.* ejusque participet forum, *l. 65. ff. de judic.* & mutantem domicilium sequi teneatur, *Richter. dec. 9.*

*& inde
add.*

IX. Ad hæc jura obtinenda datur, ex jure personarum conjugali, actio præjudicialis. arg. l. 3. §. 4. ff. *de agnosc.* & al. lib. 1. §. 2. ff. *de rei vind.* vel imploratio officii judicis, ut conjux adigatur ad id, quod sui est officii; item remedia competit postfictoria c. 8. x. *de restit. spol.* ubi Gloss. & Canonist. add. Kitzel. Syn. *matrim. c. 10. theor. 4.*

*Subjiciatur Lib. I. tit. 10. I. d.
Nuptiis.*

TIT.

TIT. VIII.

DE

JURE DOTIUM ET DONATIONE
PROPTER NUPTIAS IT. DE DO-
TALITIO.

I. Quamvis nuptiæ sine dote, & donatio- *Nuptiis ad-*
ne propter nuptias consistere possint. *Nov. cedit dos &*
74. Cap. 4. sponsa tamen, sponsæve pater, *donatio pro-*
dotem sponso dare: & vicissim sponsus spon- *pter nupt. as*
sæ donationem propter nuptias (*ein Gegen-*
Vermächtrijs) constituere solet. *tot. tit. C. de* *L. 23. ff. 6.*
jure dot. it. tit. ff. & C. de donat. propt. nupt. *3. de ju. e*
dot.

II. Est vero dos res, vel potius univer- *Dosis de-*
sitas quædam rerum, ab uxore, ejusve no- *scriptio.*
mine, in maritum translata, pro sustinen-
dis oneribus matrimonii, *l. 7. pr. ff. de jur.*
dot. l. 20. C. eod.

III. Constituit dotem ipsa fœmina. *l. 1. Constituens*
l. 4. l. 16. l. 28. C. de jur. dot. aut aliis *dotem.*
nomine; & quidem vel ex officio, vel libe-
ro arbitrio. Ex officio dotare tenetur pater
filiam, avusve paternus neptem *l. 19. ff. d.*
rit. n. l. fin. C. d. dot. prom. l. 6. ff. d. collat. pro
modo facultatum & dignitatis. l. 60. l. 69.
§. 4. ff. de jur. dot. nisi ipsa sit locuples, ac
se ipsam dotare possit, *Carpzov. p. 2. c. 42.*
def. 13. vel sit ingrata, aut indigno viro
nupserit, *Zaf. ad §. 29. num. 84. & 85. l. de*
action.

action. Gail. 2. *observ.* 94. Carpzov. d. l. *def.* 12. Mater non cogitur pro filia dotem dare, nisi ex magna, & probabili cœla, l. 14. C. d. *jur. dot.* junct. l. 19. §. 1. C. d. *hæretit.* nec frater pro sorore. l. 12. §. *pen.* l. 13. §. f. ff. *de administ tut. conf.* l. 1. § 2. d. *tut. & rat. distr.* Sand. l. 2. *decis.* *Frisic. tit.* 8. *def.* 2.

Res, in quibus dos constituitur. IV. Dari in dotem possunt res, quæ sunt in commercio vid. l. 25. l. 48. & seqq. ff. *de jur. dot.* Et quidem, si dos in pecunia const. L. 23. ff. t. *sistat,* maritus pro arbitrio & libitu illam de fundo expendere potest; sī vero in bonis immobiliis, hæc alienare marito non licet, sed solum illis utitur atque fruitur. *pr. I. quib. alien. lis. vel non l. 7. ff. pr. d. jur. dot. tot. tit. de fund. dotal.* Interdum autem bona æstimato in dotem dantur, & quidem vel 1.) ita, ut non res, sed æstimatio veniat aliquando restituenda: tunc in arbitrio mari- ti est, res alienare, & pretium, seu æstima- tionem restituere l. 10. *pr. ff. §. 5. l. 16. l. 17. §. 1. l. 18. ff. de jur. dot. l. 50. sol. matrim. add. l. 1. C. d. jur. dot. vel 2.) hoc modo, ut pro re deteriore reddita, aut non existente, pretium fit restituendum: qua conventione inita, res, si existet integra, ipsa restituenda erit. l. 10. *pr. l. 69. §. 1. ff. d. jur. dot. l. ult. pr. d. ff. pact. dotal.* l. 21. C. *de jure. dot. l. 66. ff. §. 3. sol. matr.**

Donationis proper nuptias defensio-

V. *Donatio* propter nuptias doti solet æqualis constitui. l. 9. junct. *Auth. æqualitas C. de Pact. Convent.* Non autem maritus quid

quid uxori tradit, sed pecuniam, vel aliam rem propter nuptias donatam retinet, ea-que utitur. Et competit solum uxori in ista re dominium, & simul etiam hypotheca ta-
cita. *auth. permissa. C. de donat. propter nupt. l. 29. C. d. jur. dot. nov. 97. c. 6. vid. tamen, O. P. S t. 43. §. 50. wollen.*

VI. Quando matrimonium per mortem *Solutio ma-*
aliove modo solvit, & quidem mortua *trimonio,*
uxore, maritus tenetur hæredibus *quid circa*
dotem restituere; & vicissim, marito mor-tuo, *dotem &*
remanet ejus hæredibus donatio pro-p
pter nuptias, nisi vel pactis dotalibus, vel
statutis locorum, aliud quid dispositum:
qua de re inferius *Lib. 2. tit. 30. §. 30. agetur.*

VII. Si dos constituta sit v. g. in ædibus *L. 24. ff. t.*
vel prædiis, finito matrimonio impensæ, in *3. soluto*
res dotales factæ, marito sunt restituendæ: *matrim.*
& quidem ob necessarias, & utiles impensas, *dos que-*
res istas non ante restituere tenetur, quam *mad. pet.*
ipſi satisfactum. Voluptuarias autem quod *It. circa*
attinet, solum permittitur marito auferre *impensas.*
ornatum, quem posuit, modo sine rei læfio-ne *L. 25. ff. t.*
auferri possit, vid. *tot tit. D. de impens. in* *1. de im-*
res dot. fact. *pens. in*
res dotal.

VIII. Inter conjuges nobiles uxori dotalitiū constituitur, h. m. ut ratione dōtis illatæ, quadruplum in redditibus, ipſi post mortem mariti concedatur, ut ex feudo *Dotalitium*
præstetur: v. g. si dos sint millia thalero-rum, ducenda annuatim loco dotalitiū con- *uxori nobilit*
solet consti-
tui.

stituuntur, vel viduæ certum aliquod feudum, ut loco dotalitii eo utatur, conceditur. Vid. Syntagm. nostr. Feud. cap. XIV. aph. 9 seq. Carpz. P. 2.C.42.d.2 num. 8. Add. L. 2. T. 8. pr. I. quib. alien. lic. vel non.

TIT. IX.

D E D I V O R T I I S.

Matrimonium sol-
vitur morte.
L. 24. ff. t.
2. de di-
vort. &
repud.

Inter vivos
vero vel
quoad vin-
culum 1. ob
adulterium,

2. malicio-
sam deserti-
onem 3. im-
patentiam.

*4. defec-
tum
virginitatis*

*Parti inno-
centi alia
nuptia per-
missun-
tur.*

I. Matrimonium morte dissolvi constat. Inter vivos autem conjuges dissolvitur matrimonium, vel quoad vinculum, utiloquuntur, vel quoad mensam & thorum. Utique autem haud temere, & non nisi a judice competente, causa cognita, fit separatio. Illa quidem, quoad vinculum nimirum, conceditur 1.) ob adulterium alterius conjugis. 2.) ob malitiosam desertionem, instituto tamem super desertione consueto pro-adulterium, cessu.

II. Porro 3.) etiam dissolvuntur nuptiæ, si, jam ante nuptias, alterutra conjux impotens fuerit, vel contagioso morbo, vel furore, laboraverit, & hujusmodi vitium post celebratas nuptias apparuerit.

III. Præterea 4.) dissolvuntur nuptiæ, si appa eat, sponsam ab alio jam cogitam; si u m. tentata reconciliatione, sponsus sponsæ condonare nolit.

IV. Atque hiſce casibus parti innocentia, alias nuptias celebrare, permittitur. Ali quando etiam parti nocenti, sed rarius & non

non nisi certis conditionibus, novæ conce-
duntur nuptiæ. Carpz. *Jur. Confist l 2.d.* 192. *rarius no- centi.*

V. Posteriori modo, sive quoad thorum & mensam, in Consistoriis dissolvitur matri monium ob nimiam fævitiam, modo altera persona conjugata alio modo tuta esse nequeat. Nihilominus vero maritus alimenta debet suppeditare uxori; nisi bona illata, ad alimentationem sufficientia, ipsi restituerit. Vid. Carpz. *ibid. def. 213.* & *214.*

TIT. X.

DE
LEGITIMATIONE.

I. Secunda causa patriæ potestatis est legitimatio, quæ est actus, quo filii illegitimi fiunt legiti. *Sec. causa patria potestatis Legi-*
timatio, qua fit 1. per subsequens matrimonium.

II. Fit hodie legitimatio 1.) per subsequens matrimonium, quando nim. quis eam personam, ex qua liberos extra legitimam conjunctionem genuit, in uxorem dicit. *2. per subsequens matrimonium.*

III. Legitimatione hac interveniente, filii ante nati, vel concepti, omnino aequales redduntur ex legitimo conjugio postea natis c. 6. x. *qui fil. sint legit.* *Hujus effectus,*

IV. Fit 2.) legitimatio per rescriptum Principis, quando nimirum Princeps vel ipse, vel per Comites Palatinos, integros Principis. quasi natales concedit.

V. Hæc legitimatio non solum tollit maleficiū illegitimæ nativitatis, sed etiam ejus- *Eius effectus.*

modi legitimatis, nullis aliis liberis legitimis extantibus, idem jus tribuit, ac si a parentibus legitime essent progeniti. Si vero legitimi liberi extent, isti legitimati regulariter non succedunt in hereditatem parentum; qua de re lib. 2. tit. 30. apb. 8. pluribus.

Add. Lib. I. T. 10. §. ult. I. de nupt.

TIT. XI. DE ADOPTIONE.

Tertia cau- I. Ultima causa patriæ potestatis est adop-
sa patria ptio, quæ est legitima alicujus in filium, ne-
pot Ado- potemve assumptio: vel est actus legitimus,
prio. per quem filius fit, qui natura talis non est.
L. i. ff. t. 7. §. 4. & 8. I. de adopt.

& emanc. II. Dividitur in arrogationem, & adop-
& al. mod. tionem in specie sic dictam. l. 2. ff. d. adopt.
quib. po- §. 2. I. eod.
test. solv.

Ejus divisio III. Arrogatio est, qua persona sui juris,
Arrogatio- consentiens, causa cognita, Principis rescri-
mis descrip- pto interveniente, ab eo, qui potest ha-
tio. bere filium in potestate, in filium fam affu-
mitur. d. l. 2. pr. l. 15. §. 2. d. t. §. 1. I. eod.
add. Gail. 2. O. 125.

Adoptionis IV. Adoptio in specie sic dicta est, qua
in specie ita persona, in potestate patris naturalis vel
dicta defin. adoptivi constituta, non dissentiens, a pa-
tre, alteri habili, accedente autoritate Ma-
gistratus, in filium datur.

V. Hæc

V. Hæc adoptio juxta l. pen. C. de adopt. distinguitur in perfectam, quæ perfectum filiunifam. reddit, & per quam adoptatus venit in familiam, & potestatem patris adoptivi; cuiusmodi est, quæ fit a persona aſſe-dente, v. g. ab avo materno: & imperfe-ctam, quæ adoptivus non est in familia, & potestate patris adoptivi, sed tantum aſſe-fetam. Etione paterna, ut filius habetur, ac in do-mo ejus educatur, aliturque, & porro ei ab intestato succedit; cuiusmodi est, quæ fit ab extraneo, d. l. pen. item quæ secundum l. 5. C. eod. fit a fœmina.

VI. Similis adoptioni est hodie, in non-nullis locis, unio prolium, die *Einkindschaft*, quæ est actus, pro causa cognita, Magistratus autoritate, & eorum, quorum inter-est, consensu accedente, pater, vel mater, ad secundas nuptias transiens, cum conju-ge novo paciscitur, de liberis suis, ex priori matrimonio procreatis, vel etiam cum iis, quos forte itidem ex priori matrimonio alter conjux suscepit, intendis ita, ut, præ-sertim quoad successionem, omnes æque, ac si ex utroque geniti essent, censcatur. vid. Jacob. Rickius tr. de un. prol. Hahn. dis fert. de jur. rer. concl. 73. Add. L. I. Tit. II. I. de adoptionibus.

TIT. XII.

QUIBUS MODIS PATRIA
POTESTAS SOLVITUR.

Patria potestas solvitur 1.) morte patris, avive paterni, ita tamen, ut, si avus sur. 1. morte, paternus hactenus & filium, & nepotes ex eo natos, in patria potestate habuerit, post mortem illius avi, nepotes veniant in potestatem sui patris. *pr. I. quibus mod. patr. pot. solv.*

2. maxima & media capitis diminutione, II. Solvitur 2.) patria potestas maxima & media capitis deminutione, patris, vel filii, h. e. si pater vel filius in servitutem redigatur, vel jus civitatis amittat. *vid. tit. 14. inf. b.*

3. dignitate quadam: III. Solvitur 3.) patria potestas singulari dignitate filii. *vid. l. f. C. de Decur. Nov. 81. c. 1.* Non tamen liberat a patria potestate dignitas Clericalis, aut Doctoralis. *Carpz. p. 2. c. 10. d. 4.*

4. emancipatione; IV. Denique 4.) emancipatione § 7. *I. quib. mod. patr. pot. solv.* vel etiam adoptione, ab avo paterno facta. *d. l. pen. C. de adopt.*

moribus hodiernis propriam insti- tuuta econ- nomia, V. Moribus hodiernis loco emancipationis est, quando liberi majeresses propriam, a paterna familia separatam, instituunt oecconomiam, *vid. Constit. Elect. part. 2. c. 10.* ibique Carpzov. Add. *L. 1. T. 12. I. quib. mod. patr. pot. solv.*

TIT.

TIT. XIII.

DE TERTIA DIVISIONE.
PERSONARUM.

I. Tertio ratione status dividuntur personæ in cives & peregrinos. *arg. l. ult. verb. tertia enim sunt. ff. de cap. min.* Cives dicuntur, qui fruuntur jure civitatis, *die das Bürger-Recht haben*, vid. *tot. tit. D. ad municipal.* Peregrini dicuntur, qui non sunt participes ejusmodi juris civitatis.

II. Cives in republ. vel dignitate singulari fulgent, ut Nobiles, Doctores vid. *t. t. C. de dignitat.* Nolden. *de stat. nobil.* & quidem nobilitas hodie a patre nobili in liberos propagatur: etiamsi mater sit ignobilis. *arg. l. 13. C. d. dignit.* Carpz. *3. const. 37. def. 1.* vel sunt plebeji. Add. Rennem. *Jurispr. Romano-Germ. membr. 1. D. 7.*

III. Præterea inter cives quidam specia-
lia ineunt collegia, quæ suis peculiaribus
juribus & statutis fruuntur. Vid. *tit. ff. de*
colleg. & corp.

IV. Notandum etiam hic, quod, ob cer-
tas causas, cives quidam infamia notentur. *Alii sunt in collegio.* Est vero infamia privatio bonæ existimatio-
nis, & inde dependentium jurium, ob vio-
latam, turpibus factis, vitæ morumque ho-
nestatem, inducta. *l. 17. C. ex quibus caus.* *infam. irrog.* *l. 3. pr. ff. de testib.* *l. pen. §. 1.* *& seqq. ff. de extraord. cognit.* *L. 47. ff. t. 22. de colleg. & corp.* *Quidam sunt infames.* *L. 3. ff. t. 2. de his qui not. in fam.*

*Infamia
vel est facti.*

V. Dividitur infamia in infamiam facti & infamiam juris. Infamia facti est, quæ exturpi facto, jure tamen non specialiter notato, nata, existimationem alicujus, apud bonos & graves viros, onerat. *l. 13. C. d. t. l. 20. ff. de his qui not. inf. add. l. un. C. de inf. lib. X tit. 57.*

vel juris.

VI. Infamia juris est, quæ ex turpi aliquo facto orta, autoritate juris, id factum specialiter notandis, irrogatur. *d. l. 20. ff. de his qui it. l. 8. & l. 20. C. eod. tit.*

*qua irro-
gatur aut
immediate
a jure, aut
per senten-
tiam.*

VII. Irrogatur autem vel immediate a jure, cum tale quid notorie commissum est, quod, nulla judicis sententia expectata, legis infamia notant. vid. *l. 1 d. bis qui not. infam. & l. 5. eod.* vel mediate, per sententiam condemnatoriam, in causis famosis, quæ enarrantur. *in l. 1. vers. Qui in judicio, & seqq. de his qui notant. infam.*

*Affinis in-
famia est
levius nota
macula.*

VIII. Affinis infamiae est laevis notæ macula *l. 27. C. de inoff. test.* Illa vero macula oritur vel ex sordido vitæ genere, quod quis exercet. Ut in lictoribus & carnificibus. vid. Marquard. Freher. *tr. de infam. lib. 3. c. 24.* vel ex illegitima nativitate, ut in spuriis. *l. 12. C. de natur. lib.*

*Quinam
sunt infa-
mii.*

IX. Non vero inter infames, aut levius macula notatos, recensendi sunt molitorum, textorum, chirurgorum, balneatorum, epilionum liberi, *Policey-Ordn. de An. 1577. tit. 38. §. 1. imo nec lictorum filii. Carpzov. part. 2. dec. 112.* Item iis, non annumeratur dicens

im-

imprægnatam ab alio. Carpz. p. 2.C. 6.d. 14.
item qui torturam sustinuit vid. l. 22. ff. de
bis qui not. inf. l. 14. C. eod. Freher. d. tr. c. 15.

n. 10.

X. Aboletur infamia per restitutionem
in integrum, cum princeps famam restituit,
vid. l. 7. C. de sentent. pass. & restit.

*Aboletur
infamia
per resti-
tutionem.*

L. 48. ff. t.
23. desent.
pass. & rest.

TIT. XIV.

DE

CAPITIS DEMINUTIONE.

I. Ex jure personarum hactenus explica- L. 4. ff. t. 5.
to appetet, quod illud in tribus consistat: de capit.
in libertate, civitate & familia. Hinc eti- minut.
am triplex est capitis, sc. *civilis* five status,
deminutio: maxima nim. media & minima
l. ult. ff. d. cap. min. tot. tit. I. eod.

II. Capitis deminutio in genere est sta- Capitis
tus mutatio in deterius, l. 1. junct. l. 3. inf. diminutio]
& ult. ff. d. cap. min. vel est amissio jurium, definitur.
a certa conditione civili dependentium.

III. Maxima capitis deminutio est, per *Maxima*
quam quis, amissa libertate, fit servus. *capitis de-*
minutio.

IV. Media est, qua, retenta quidem li- *Media.*
bertate, quis amittit jura civitatis. Hæc
olim apud Romanos obtingebat per inter-
dictionem aquæ & ignis. l. 5. pr. ff. de. cap.
nim. postea per deportationem §. 3. I. eod.
Hodie per bannum Imperii, irrogatum ab
Imperatore Romano, vel camera Imperia-
li, propter flagitium patratum, vel contu-

maciam commissam. Item medianam capitum deminutionem incurunt nostris moribus, quoad particulares ditiones, qui propter delictum sunt virgis caesi, & certa quadam ditione cum infamia relegati, vel in opus publicum, aut in locis maritimis, ad remos condemnati.

Minima.

V. Minima denique capitum deminutio est, per quam quis, salvo libertatis & civitatis jure, familiam amittit: quae hodie non habet usum, cum familiae mutatio non inducat amissionem jurium, uti olim apud Romanos. Sic, etiam ipso jure Novellarum, emancipatio, qua quis a patris familia excludebatur, non amplius arcet a successione, uti suo loco dicetur.

*TIT. XV.**DE*

**ACTIONIBUS PRÆJUDICIALIBUS IN SPECIE ITA
DICTIS.**

Actionis definitio.

I. Ut quis jus sibi competens possit persequi, actionibus opus est. Est enim actio jus (*i. e. facultas jure competens, l. i. ff. de eo, quod cert. loc.*) persequendi in judicio, quod sibi debetur (*b. e. sive ratione personæ, sive rei suæ competit.*) §. 5. I. de exc. l. 10. l. 11. 12. 178. §. 2. & 3. de V. S. pr. I. de actione.

Actiones in rem.

II. Omnium autem actionum summa divisione in duo genera deducitur; aut enim in rem

rem sunt, aut in personam §. I. *I. de actione.*
l. 25. ff de O & A. In quibusdam autem ^{sunt, aut in} personam, ^{aut mixta.} actionibus hæc duo summa genera actio-
 num purarum, seu simplicium, mitcentur:
 quædam enim actiones mixtam causam ob-
 tinere videntur, tam in rem, quam in per-
 sonam §. 20 *I. de actione.*

III. De speciebus actionum in rem; & ^{Actiones}
 in personam; & mixtarum, suis locis dice-
 tur. Hic solum notandum est, quod præ- ^{præjudiciales}
 judiciales actiones quodammodo accense- ^{les sunt he-}
 antur actionibus in rem, quia iis servum, ^{cultare ge-}
 filium fam. civem qs vindicamus §. 14. *I. de*
action. add. *l. 1. §. 2. ff de R. V.* Distinctius
 vero rem considerando, non sunt veræ spe-
 cies actionis in rem, sed peculiare genus acti-
 onum, ex jure scil. personarum, seu statu
 hominum, orientium, constituunt.

IV. Sunt igitur actiones præjudiciales in ^{Harum}
 specie ita dictæ, quibus agitur de statu seu ^{definitio.}
 conditione hominum civili, & quibus quis
 contra alterum conditionem civilem, seu
 statum afferit. *l. 2. & 9. C. de liberal. caus. l. 3.*
pr. l. 32. ff. ord. §. 14. I. de actione.

V. Est itaque 1.) ratione libertatis, actio ^{Istiusmodi}
 inter dominum & servum, qua nim. vel do- ^{actio datur}
 minus contra servum agit, quod præstanta ^{1.) ratione}
 non præstet, vel etiam istum ab alio vindicat; ^{libertatis.}
 vel liber homo agit contra aliquem, ^{L. 40. ff. t.}
 qui ipsum in servitatem vult afferere. *d. §.*
14. I. d. t. l. 7. §. fin. l. 10. ff. de liberal. caus.
 Simi- fa.

Et hodie u- Similis fuit actio inter patronum & liber-
tilis ratione tum tot. tit. ff. si ingenuus esse dic. l. 14. & l.
operarum. L. 40 ff. t. 18. ff. de probat. Sic & hodie utilis actio est
L. 40 ff. t. inter dominum & colonos adscriptitios, ut
14 si in- & alios rusticos, ratione operarum, & servi-
gen. ehe. tiorum rusticorum. Vid. Herm. Stamm. tr.
di de servit. person. L. 3. c. 20.

2.) ratione VI. 2.) Ratione civitatis est actio inter
civitatis. L. 50. ff. t. Magistratum & subditos de juribus, Magi-
L. 50. ff. t. stratum & subditos concernentibus l. 37.
1. ad mu- nicip. & de ff. pr. ad municip.
inc.

3.) ratione VII. 3.) Ratione familiæ, & quidem vel
familia. saltim respectu relationis inter parentes &
 liberos, ut nim. filius debito modo se erga
 parentes gerat, & vicissim parentes liberos
 agnoscant, & alant. l. 5. pr. & tat. tit. ff. de
 agnosc. vel al. lib. vel ratione familiæ in ge-
 nere; sic datur utilis actio, ut quis agnosca-
 tur pro agnato. Referri quoque huc po-
 test actio inter maritum & uxorem; de qua
 dictum tit. 7. aph. ult.

Quid circa
agnitionem
filii obtine-
re.

VIII. Circa agnitionem filii sæpe contro-
 versia occurrit: & quidem si quis cum qua-
 dam, aliquo saltim tempore rem habuisse,
 inficiari non possit, in assignando patre, isti
 mulieri juratae fides habetur, cum alias filia-
 tionis probatio, quoad patrem, directo fieri
 nequeat, l. 83. ff. de condit. & demonstr. Dd.
 ad l. 6. de bis qui sui vel al. jur. Gail. 2. O. 97.
 num 11. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 788.

n. 25. & seqq. Fœminæ vero intentio in præsumtione est fundata, quæ onus probanti in adversarium rejicit. Quod usque adeo procedit, ut is, qui confitetur, se eam cognovisse, dicit autem de alio tempore, & probare vult, alios plures cum eadem rem habuisse, interim, & pendente lite, ad alimenta teneatur: uti decisum refert Christinæus *ad Constit. Mechlin.* tit. 18. art. 4. n. 7. donec legitime id, quod dicit, probaverit. Attamen mulieri, ad quam, licet forte non publice aut palam, sed in occulto, facilis fuit accessus, non statim fides habenda, cum præsumtio sit contra eam: Christin. d. l. n. 6. vid. Sand. l. 1. tit. 10. def. 2. Cæterum, & nati ex talibus mulieribus sunt vulgo quæsiti, qui patrem certum non habent. l. 23. ff. d. stat. hom. Quomodo porro filiatio probetur, vid. Mascard. *de probat.* vol. 2. concl. 786. & seqq. Fulvius Pacian. *de prob.* Lib. 2. c. 6. Gail. d. O. 97.

TIT. XVI. DE TUTELIS IN GENERE.

I. Denique ex his personis, quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela vel cura sunt; ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro jure tenentur *pr. I de tutel.*

II. Est

*Tutela de-
scriptio.* II. Est autem tutela vis ac potestas in capite libero, ad tuehdum eum, qui per L. 26. ff. t. aetatem se defendere nequit, jure civili data ac permissa. §. 1. I. d. t. l. 1. pr. ff. eod. Et tutores sunt, qui eam vim atque potestatem habent. § 1 eod.

Tutores. III. Constituuntur tutores vel testamen-
tum vel te- to, aliaque ultima voluntate; vel per le-
stamentaris, gem, ob cognatione; vel per Magistratum.

*vel legiti- IV. Hodie cuiuslibet generis tutores, si-
mores.
vel datus.
Hodie qui- ve testamentarii sive legitimi sint, necesse
liber confir- est a Magistratu confirmantur. Pol. Ordin.
mandi sunt. de anno 1577. tit. 32.*

*Magistra- V. Sollicitus igitur esse debet Magistra-
tum cura tus, ut 1.) sine mora ejusmodi constitutio
circa tuto- fiat 2.) ut personæ idoneæ confirmantur.
res.*

TIT. XVII. DE TESTAMENTARIA TUTELA.

*Testamen- I. Testamentaria tutela jure Rom. di-
taria tutela- ditur in simplicem, & absolutam, seu per se
velest abso- subsistentem: & in confirmatam, ob defe-
luta, vel- ctum aliquem l. 1. §. 1. & tot tit ff de confirm.tut.
confirmata.*

*L. 26. ff. t. II. Tutela testamentaria (scil. simplex &
2. de te- primario ita dicta) est, qua pater liberis suis
stam.tut. impuberibus, proxime in potestate consti-
tutis, testamento tutorem dat §. 4. I. de tutel.*

III.

III. Permissum igitur est patrifam. vi patriæ potestatis, tutores dare. *d. §. 4. l. 1. pr. l. 20. §. 1. ff. de testam. tut.* Et datur ita tutor isti impuberi, qui proxime est in potestate dantibus *d. §. 4.* Cæterum, si quis in testamento in genere liberis dederit, etiam nepotibus dati censentur. Secus est, si filiis dederit, tunc nepotes non comprehenduntur, *tref. filiis §. ult. I. qui test. tut. dar.* Constituitur hic tutor, & quidem habilis persona *§. 1. & 2. d. suis impuberibus.* *t. vel testamento, vel codicillis, testamento confirmatis l. 3. pr. ff. de testam. tutel.*

IV. Patet ex dictis, quod defectus, ob quem confirmatione opus, uti *apb. 1. dictum, tripliciter possit contingere;* 1.) si pater quidem dederit tutorem, sed filio, legi- *Si quid deficiat, confirmatione opus est.* *L. 26 ff. t. timo quidem, non vero amplius in potesta- 3. deconte constituto *l. 1. §. 1. ff. de confirm. tut. vel firm. tut. etiam naturali filio *l. 7. pr. de confirm. tutor. l. ult. C. eod.***

V. Porro 2.) si mater liberis, aut etiam extraneus, testamento impuberibus relinquit tutores. *l. 1. §. 1. l. 2. ff. de confirm. tut. l. 4. ff. de testam. tut.*

VI. Denique 3.) si pater quidem filifam. sed non justo testamento, dederit tutores. *l. 3. de confirm. tut. l. 2. C. eod.*

VII. Hodie non magna, inter testamentariam absolutam, & hanc confirmatam, intercedit differentia, cum, uti dictum est tit. *Hodie inter hanc & ab-solutam tu- telam haud magna est differentia.* *præced. etiam testamentarius tutor, perfecte &*

& sine defectu datus, confirmandus sit per decretum a Magistratu, & hic in personæ habilitatem inquirere debeat.

TIT. XVIII.

DE

LEGITIMA TUTELA.

*Vi patriæ
potestatis,
pater. ~
vusve pa-
ternus su-
perstes, ad-
ministrant
bona ma-
terna libe-
rorum.*

*L. 26 ff. t.
4. delegit.
tutor.*

*præstata
aliquando
cauzione.*

*Hæc non
sufficiente,
vel mortuo
patre, legiti-
ma tutela
est locuta.*

I. Pater vel avus paternus, vi patriæ potestatis, matre, filio impubere relicto, mortua, & tutore testamento non constituto, potest filii bona materna administrare, qui a solennis inventarii confectione immunis quidem est, incumbit tamen ipsi, descriptiōnem aliquam, adhibitis fore proximis consanguineis liberorum, conficere, ac ut omnem evitet suspicionem, istam apud Magistratum deponere; neque hanc administrationem amittit, etiamsi ad secundas translat nuptias, modo, ut supra monitum, certam conventionem cum liberis prioris matrimonii iniverit, ad quēm aëctum curatores, præfertim ex proximis consanguineis constituuntur.

II. Cæterum, patre bona liberorum non recte administrante, nec debita alimenta ipsis suppeditante, consanguinei, vel etiam Magistratus, curare debent, ut cautionem præstet pater de bonis non dissipandis, & alimentis suppeditandis.

III. Si vero magnum periculum dissipationis subsit, & cautio non videatur sufficere, vel pater, avusve etiam fuerit mortuus,

tuus, legitimis tutoribus, de quibus jam dicatur, administratio competit.

IV. Tutela legitima est, quæ proximis *Hujus de-*
pupilli successoribus defertur. *l. 1. pr. ff. de scriptio.*
legit. tutor.

V. Jure Novell. præfertur cognatis ma- *Ad quam*
ter, si velit tutelam suscipere, vel ista no- *admittitur*
lente, aut non extante, avia, sive paterna, *t. mater vel*
sive materna, modo in judicio secundis nup- *avia.*
tiis renuncient, & SCto Vellejano. *Nov.*
94. c. 2. Nov. 118. c. 5. auth. matri & aviae.
C. qu. mul. tutel off. fung. Avo vero paterno,
vel materno, non præfertur mater, vel eti-
am avia. *arg. d. c. 5. Carpz. p. 2. C. 11.*
d. 13. Quod si concurrant paterna &
mæerna avi, utraque simul admittitur.
Carpz. p. 2. decis. 122. n. 22. & 23. Si con-
tra renunciationem tutrix ad secunda vota
transierit: a tutela removenda est. *dict. text.*
Sed quid si mater sit minorennis? an adhuc,
ut legitima tutrix, præferenda erit aliis?
Neg. Carpz. 2. decis. 122. n. 8. In feudali-
bus autem mater & avia non sunt rurtrices,
vid. *Carpz. p. 2. c. 11. def. 11. n. 14.*

VI. Porro tulela legitima, secundum jus *z. proximi*
Novell. mortuo patre, impuberis, æque ag- *cognati.*
natis & cognatis; eo gradu & ordine, quo
succeditur in hæreditate, defertur. *Nov. 118.*
c. 4. auth. sicut. C. de legit. tut. Si plures ejus-
dem gradus fuerint, omnes vocantur *l. 9 ff.*
de legit. tut. Jure vero Saxon, seniori inter

agnatos defertur tutela. *Laud. R. Lib. I. art. 23. Carpz, d. p. 2. c. II. d. II. num. I.* Quod si forte proximior mortuus fuerit, sequens gradu succedit in tutela *l. 3. §. pen. ff. de legit. tutor.*

Add. *Lib. I. T. 15. I. de legit. agn. tutel. & seqq.*

TIT. XIX.

DE TUTELA DATIVA.

Subsidiaria est tutela dativa. Ejus de scriptio. L. 26. ff. t. 5. de tut. & de tutor. cur. dat. ab his, qui jus hab. & qui in quib. caus. spec. dar. illius jurisdictioni subjectus. Hodie a I. Si nec ex testamento, nec lege, tutor est, datur a Magistratu. *pr. I. de Attil. tut.*

Datur a Magistratus. L. 26. ff. t. 5. stratus constituit. l. 6. §. 2. ff. de tutel. tot. tit. de tut. & de tutor. & cur. dat & c. II. Est igitur tutela dativa, quam Magistratus constituit. *l. 6. §. 2. ff. de tutel. tot. tit. de tut. & de tutor. & cur. dat & c.*

Gail. lib. II. O. 107. III. Apud Romanos quidem jus dandi tutores & curatores, non cuilibet Magistratui, sed ei soli competit, cui lege, vel SCto, vel quib. caus. Principis constitutine, nominatim hoc triduum datur. *d. l. 6. §. 2. de tutel. hodie vero Magistratus, vi jurisdictionis, tutores curatores resve constituunt. d. Ord. pol. de anno 1577. tit. 32. & in omni tute, uti jam supra monitum, ut possit tutelam administrare, decreta Mapistratus requiritur. d. tit. 32.*

Franzk. Lib. I. Resol. 17. n. 61. & seqq. IV. Dari a Magistratu possunt, qui ejus jurisdictioni sunt subjecti. *l. 5. C. qui dar. tut. l. 1. inf. l. 3. l. 24. ff. de tut. vel curat. dat.*

V. Sed quid si pupillus minorve, & tutor cura-

curatorve, qui petitur, diversos agnoscant *Magistratus*
 judices? tunc si generaliter totor curatorve *pupilli da-*
constituitur, uti regulariter fit, ab eo judi- *tur.*
 ce hodie dandus erit, cuius jurisdictioni pu-
 pillus minorve subiectus est. Carpz. p. 2. C.
 15. d. 26. Si vero forte ad certam caussam
 curator detur, ab eo judice constituitur, ad
 quem caussæ illius cognitio spectat. Carpz.
 d. l. d. 27.

Add. L. 1. T. 20. I. de *Attilian. tutor.* & eo
 qui ex L. *Jul.* & Tit. dabatur.

TIT. XX.

QUI PETANT TUTORES VEL CU- RATORES ET UBI PETANT.

I. Incumbit quibusdam, ut petant dari,
 vel in renotorum aut mortuorum locum
 alios substitui tutores: ut matri, intra annum *Incumbit*
 post mortem patris. l. 1. ff. qui pet. tut. l. 2. §. *tutorem pe-*
 23. ff. ad Sct. *Tertull.* Carpzov. P. 2. c. 11. d. *terematri.*
 15. cæteroquin hæreditate, nisi justa cauſa *L. 26. ff. t.*
 excusat. l. 2. §. ult. in f. qui pet. tut. se in- *6. qui pet.*
 dignam facit. l. 2. §. 1. & 2. l. 4. pr. eod. mo- *vel*
 do liberi deceßerint impuberes l. 3. l. 6. C. pet. *cur. & ubi*
 ad Sct. *Tertull.* l. 10. C. de leg. her. hereditas
 vero venit tunc ad proximos cognatos l. 2.
 §. f. ff. ad SC. *Tertull.* Hodie cum ipsa ma-
 ter possit esse legitima tutrix, petcre debet
 tutorem, sive iterum nupserit, sive ab initio
 a tutela abstinuerit l. 8. C. qui pet. tut. alii
 vero voluntarie petunt, nim. cognati, fa-

miliares , affines & amici parentum , item
educatores puerorum l. 2. pr. ff. qui pet. tut.

Magistratus tenetur ex officio constituere gutorem. II. Quamvis vero nemo petat , nihilominus Magistratus tutorem constituere ex officio debet. l. 1. ff. de jurisd. vid. *Decis. Elect. Saxon* 41.

Curatores a minoribus petuntur. III. Curatores pro lubitu sibi ipsis petunt minores l. 2. §. 4. ff. qui pet. tut. monendi tamen sunt a tutore , ut , si hic ab officio dederit , jam puberes facti petant curatores. l. 5. §. 5. ff. de admin. tut.

Aliquando necessario opus habent curatoribus. IV. Coguntur vero aliquando , ut petant . si velint sibi solutum ; si rationes a tutori fuerint reddendæ ; & si in judiciis ipsis sit comparendum. Monentur igitur ejusmodi casibus ab altera parte , ut petant : quod si cessent , ipsa altera pars petit. l. 1. l. 7. C. qui pet. tut. Add. Ordin. Polit. de An. 1577. tit. 32. §. So wollen. verb. dass denen Pupillen und minderjährigen Kindern jederzeit , bis sie zu ihren voigtbaren Jahren kommen , Vormünder und Vorsteher gegeben werden. Vid. b. lib. I. Tit. XXII. aphor. III.

Ubi petatur tutor vel curator.

V. Petitur atque datur tutor vel curator in loco , unde pupillus aut minor est oriundus , vel ubi maximam partem bonorum habet l. un. C. ubi pet. tut. vel cur. Gutierrez. tr. de tutel. p. 1. c. 16. add. Franzk. d. lib. 1. resol. 17.

TIT.

TIT. XXI.

DE

ADMINISTRATIONE ET PERICULO
TUTORUM VEL CURATO-
RUM.

I. Delatam tutelam, aut curam sequitur *Delata tutela necessaria suscipienda est; & qui dem praesita cautio ne, & cum inventariis confectione.*
 ejus administratio, quam suscipere quis, simul ac se datum esse cognovit, debet. *arg. l. 19 C. d. admin. tut.* Ut vero legitime suscipiatur, requiritur juxte *Ord. polit. d. t. 32.* 1.) cautio, & quidem ab omnibus, sive sint testamentarii s. legiti, sive dativi, 2.) jura-
L. 26. ff. t. 7. ta promissio, quod velit quis officio bene fungi; quæ promissio sine juramento hodie fit, & cautio ista etiam raro præstari solet: sunt tamen tutoris curatorisve bona tacite oppignorata, 3.) inventarii confectio, & 4.) decretum Magistratus.

II. Inventarium initio statim rite est con-
 ficiendum, adhibito & requisito Notario cum
 testibus *l. 24. C. de admin. tut. l. ult. pr. & §. 1.*
C. arbitr. tut. ac fideliter consignandæ sunt
 omnes res, quæ sunt in patrimonio pupilli,
 minorisve. *dict. text.* Hoc ita recte confe-
 ctum fidem meretur, & facit quoque ad pro-
 banda nomina, ut possint inde debitores
 conveniri *l. 57. pr. ff. de admin. & peric. tut.*

III. Omissa inventarii confectione, tutor
 ut suspectus habetur, & infamis fit *d. l. fin. §. 1. C. arb. tut.* & tenetur in id quod interest,

D 3

atque

Quo omissa tutor est suspectus;

nisi testator inventarii confessio-nem remi-ferit. atque juratur contra ipsum in litem l. 7. pr. ff. de adm. & peric. tut. vid. Montan. tr. de tulel. cap 32. reg. 5. n. 71. nisi testator inventarium fieri vetuerit. l. fin. §. 1. C. arb. tut nihilominus tamen tutor privatim bona fide consignare res pupilli debet. Carpzov.

Ab illo non est immunis mater. p. 2. C. 11. d. 4. n. 8. Neque ab inventarii confectione immunis est mater, tutrix pupillorum, & eo neglecto, ad juratam specificationem tenetur. *Decis. Elect. 21.*

Quid obri-neat, si plus res tutores aut curato-ri. IV. Si plures tutores aut curatores constituti sint, & pater ex testameto neminem designarit, qui gerat; cum singula melius expediri possint per unum, quam si per multa tutela spargatur: is tutelam administrabit, quem major pars elegit, aut si per Magistratum dati sint, is, quem Prætor statuerit. l. 3. §. 6. & 7. ff. de admin. & peric. tut. §. 2. *I. de satisd. tut. tot. tit. C. si ex plur. tut. omnes vel un.* Cæteri tutores non administrabunt, sed sunt qs. honorarii observatores, & custodes ejus, qui gerit, cuius facultatibus excussis, & ipsi conveniri possunt; atque imputatur eis, si administratorem istum suspectum non fecerint. l. 3. §. 2. ff. de adm. & per. tut. l. 60. §. 2. ff. d. rit. nupt.

Aliquando omnes ad-ministrant; & quidem vel non di-visa admi-ratione, V. Quodsi autem omnes tutelam simul administrent, & administratio non sit divisa; omnes ipso jure quidem in solidum tenentur, l. 55. pr. ff. de admin. & peric. tut. l. 2. C. de divid. tut. l. f. C. arbitr. tutel. ex æquata

tate tamen gaudent 1.) beneficio divisionis.
l. 1. §. 10. & seqq. ff. de tut. & rat. distr. l. ult. ff. rem. pupill salv. for. modo omnes sint solvendo tempore finitæ administrationis;
d. l. 1. §. 12. & 15. ff. de tut. & rat. si tamen, cessante pubere, vel majore in conveniendo, postea facti fuerint non solvendo, hoc contutoribus non obest, l. 1. C. de divid. tut.
2.) beneficio ordinis s. execussionis, si nim. unius vel alterius culpa damnum sit datum,
arg. l. 3. C. eod.

VI. Sin autem divisa fuerit administratio tutelæ, interest, an a testatore s. Magistratu divisa sit, & tunc quisque tutor, pro parte suæ administrationis, convenitur, nec periculum pertinet ad contutores; *l. 2. C. de divid. tutel. l. 51. ff. de admin. & peric. tut.* qui tamen, propter dolum aut culpam, suspectum non postulaverit collegam, is in subsidium tenetur *l. 1. §. 15. ff. de tutel. & rat. distr.* An vero ipsi tutores inter se administrationem divisorint, & quisque in solidum nihilominus conveniri potest, *d. l. 2. C. de divid. tut. l. 46. §. 1. in f. & l. pen ff. de admin & peric. tut.* locum tamen & hic habet cum beneficium execussionis s. ordinis. *l. 3. C. d. t. tum beneficium divisionis. l. 1. §. 10. & seqq. ff. de tutel. & rat. distrab.*

VII. Officium vero tutoris consistit in eo, *Officium tutoris & curatoris, ut imbecillus minorum judicium sua ope ratoris consistit in*

administra-
strando, & suppleat : id quod fit in genere, administrati-
autorita-
tem inter-
ponendo. tione; ac in specie, actibus pupilli, autorita-
Admini-
stratio tu-
torum. te, & minoribus, consensu assistendo.

VIII. Administratio tutorum versatur
 præcipue circa personas pupillorum, & per
 consequentiam circa res & bona eorum; de-
 fectus enim judicii est supplendus a tutores §.
 4. *I. quiescit tut. dar. pos. l. 12. §. 3. ff. de adm. tut.*

IX. Circa personam tutor curabit ea, quæ
 ad personam instruendam pertinent, ut pro
 facultatibus & dignitate fiat educatio, mer-
 cedes præceptoribus præstentur. *d. l. 12. §.*
3. de adm. tut. alimenta recte decernantur.
 Et quiden educatio pupillorum nullimagis,
 quam matri, committenda, si non propter
 inductum vitricum, aliasque causas, suspi-
 cio adsit: *l. 1. §. 1. ff. ubi pup. mor. vel educ.*
deb. l. 1. C eod. alioquin cognatis, aliisque,
in quos nulla cadit suspicio d. l. 1. §. 1. &
l. pen. d. t. qua in re aliquando judicis arbi-
trio opus est d. l. 1. C. d. t.

X. Circa res, aut bona pupillorum requi-
 ritur, ut bene acquirantur, conserventur, &
 bene ac prudenter expendantur: ad acquæ-
L. 27. ff. t. stum & bonorum conservationem quod spe-
9. dere- etat, morosi debitores ad solutiones interpel-
bus cor. landi fund. *l. 46. §. fin. ff. de adm. tut. l. 18. C.*
qui sub-
tut. vel
cur sunt,
sine decr. *eed. indefensum pupillum relinquere non de-*
non al vel
suppon. *bet contra eos, qui cū iis agunt. l. 28. pr. C. d. t.*

XI. Venditionem denique quod attinet bo-
 norum, mobilia quidem supervacua, vel quæ
 servan-

versatur
præcipue
circa per-
sonas pu-
pillorum
v. g. edu-
candas.
L. 7. ff. t.
2. ubi
pup. educ.
vel mor.
deb. & de
alim ei
præst.
& per com-
sequenti-
am circa
res.
L. 27. ff. t.
9. dere-
bus cor.
qui sub-
tut. vel
cur sunt,
sine decr.
non al vel
suppon.
Vendere
debet me-

servando servari non possunt, vendere debet, & redactam inde pecuniam in emtionem prædiorum, & reddituum collocare, l. 22. inf. C. de admin. tut. l. 7. §. 1. & 3. ff. eod. immobilia vero prædia sive rustica sive urbana, distrahere non potest, nisi æs alienum tantum sit, ut ex rebus cæteris non possit exsolvi: quo casu nec propria autoritate id exequi valet, sed, præter ejus autoritatem, hæc sunt necessaria ad alienationem rerum pupillorum vel minorum 1.) ut probetur, subesse urgentem alienandi necessitatem, veluti si res alieno bona vel inutilia sunt, aut æsalienum solendum est. l. 5. §. 9. d. reb. eor. qui sub tut. vel. cur sunt. fin. decr. non al. l. 12. C. de præd. & al. reb. min. fin. decr. non al. 2.) ut judex cognoscat de illa causa & necessitate alienationis & de causa, re ipsa alienanda dict. text. it. l. 1. l. 7 §. 3. ff. & l. 6. l. 11. C. d. t. 3.) ut decretum judicis, sub 3.) decreto quo res sita est, vel domicilium pupillus interposito. habet l. 5. §. 12. ff. eod. solenniter sit interpositum l. 6. l. ult. C. d. t. Vid Octav. Simoncella tr. de decreto & cæter. solennitat. in contract. min. Quod si hæc observata non fuerint, alienatio est ipso jure nulla l. 2. C. d. t. adeoque competit minori rei vindicatio, qui tamen, nisi possessor sit in mala fide, premium restituere debet. l. 14. C. d. t.

XII. Aliquando tamen alienatio illegitime facta, ex post facto in majori ætate confirmatur 1.) expressa ratihabitione l. 2. C. si maj. aliquando alienatio ita invalida in fact. atate.

expresse aut fac. alien. rat. hab. 2.) tacita, si nim. major tacite, con- factus quinquennio siluerit, & rem ita ven- firmatur. 26. Ad donationes vero ista præscriptio quinquennii non pertinet d. l. ult.

Casus, qui- XIII. Sunt etiam casus, quibus non opus bus decreto decreto 1.) ob qualitatem rerum vid. l. ult. non est opus. C. qu. decret. non op. l. 22. §. ult. C. de admin. tut. 2.) si pater oppignoraverit. l. 1. §. 2. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur. sunt. add. l. 7. §. 2. eod. vel alienationem testamento permiserit. l. 1. §. 2. l. ult. ff. eod. l. 1. & 3. C. qu. decr. non op. 3.) si communis res sit, & focius ad divisionem provocet l. 1. §. 2. ff. d. t. l. pen. C. eod. 4.) in cautione judicatum folvi. l. ult. §. 3. C. de adm. tut. Denique 5.) loco decreti est speciale rescriptum Principis l. 2. C. qu. decr. non est. op.

Observan- XIV. Denique in expendendo curabit tu- da circa so- tor curatorve, ut in tempore solvat, ne pu- litionem, & pillus in pœnam aut damnum incidat, l. 23. pecuniam C. de admin. tut. &c. & pecuniam, quam acce- fœnori dan- pit, non temere otiosam relinquat, sed in em- alias ipse , tione prædiorum, vel aliud lucrum conve- curatorve niens, collocet tantundē, quantum deducto usuras sol- eo, quod morbo vel necessitati inopinatae, vet: pro modo facultatum, satis esse videtur reli- quem fuerit. l. 24. eod. Nov. 72. c. 7. quod ni fecerit, interjecto duorum aut trium mensi- um tempore, aut si alias pecuniam pupilli , mi-

minorisque in fuos usus converterit, ipse legitimas usuras præstabit. l. 7. §. 10. & II. l. 13.
§. 1. & l. 15 ff. de admin. tut. l. 2. C. de usur. pupil.

Nec refert, utrum illum residuum ex ipsa sorte, an usuris & redditibus annuis supersit, quo ^{et usuras} casu etiam usuræ usurarum exigi possunt. d. l. ^{Aliquando} usurarum.
7. §. 12. respectu enim tutoris & curatoris non sunt amplius usuræ, quas à debitoribus pupilli accepit. Carpz. p. 2. C. II. d. 22.

XV. In genere vero tutor, vel curator, *In genere* præstare debet in administrandis rebus do- *præstandus* lum, latam & levem culpam, h. e. eandem di- *est datus ad* ligentiam, sive non minorem, istis rebus, *levis culpa.* quam suis, debet impendere l. 1. pr. ff. de tut.
& rat. distract. l. 10. l. 13. §. 1. l. 33. pr. de admin.
tut. l. 2. l. 7. C. arbitr. tut. majorem vero ad-
huc, si ipse in suis sit negligens. arg. §. 3. l. quib.
mod. re contrah. oblig. Hinc etiam in specie
tutor & curator, cuius pupillus minorve, bo-
nia feudalia, possidet, sollicitus esse debet, ut,
casibus convenientibus & debito tempore,
renovatio feudi petatur. *Vid. Schröer. tr. von*
Vormundschaften.

Add. §. fin. l. 1. tit. 20. I. de Att. tut. & l. 1.
t. 24. I. desatisd. tut. vel cur.

TIT. XXII.

DE

AUTORITATE TUTORUM & CON- SENSU CURATORUM.

I. Autoritas tutoris est approbatio negotii *Autoritas* liciti inter vivos, quod à pupillo, infantia *tutoris de-* ma- *scribitur.*

L. 26. ff. t. majori, vel pubertati proximo, geritur, ex-
§ de auct. presse & pure statim intervenient. l. 8. ff. de
& constitut aut. & cons. tut. & cur. §. 10. I. de imut stip.

& curat. II. Est hæc autoritas necessaria in omnibus
Hæc in pl- negotiis, quibus pupilli promittunt, & de-
risque nego- teriorem suam conditionem facere possunt,
tiis necessa- ut in obligationibus mutuis, v. g. emti ven-
ria. diti, loc. coducti, mandati, depositi: qui-
bus pupilli sine tutoris autoritate obligari
non possunt; nisi in quantum locupletiores
facti; ipsi vero, qui cum illis contrahunt, ob-
ligantur, si contractum velit esse ratum pu-
pillus; cum meliorem suam conditionem, eti-
am sine tutoris autoritate facere possit, non
deteriorem. Vid pr. I. de auctor. tutor. §. ult. I.
quib. alien licet vel non l. 28. pr. ff. de paſt. l. 14. §.
8. ff. de. solut.

Ita & con- III. Quemadmodum autoritas tutoris in
sensus cura- negotiis pupilli est necessaria: ita consensus
torum in curatorum ratione minorum requiritur I.)
negotiis mi- in negotiis, quæ super rebus à minore cura-
norum. torem constitutum habente ineuntur. l. 3. C.
de integr. restit. min. Hodie vero non facile
cum minore quis contrahet, nisi curator ip-
si constituatur. vid. Pot. Ordn. de anno 1577. tit.
32. 2.) in judicio l. 2. C. qui legit. person. stand.
in jud. hab.

Ista autori- IV. Hæc autoritas & consensus hunc quo-
tate vel con- que effectum habent, ut non tantum ex suo
sensu inter- facto, tutoris consensu interveniente; sed
posita, & tu- etiam ex facto tutorum vel curatorum, circa
res

res pupillares s. minoris suscep^to, pupilli, minoresve agere & conveniri possint. tot. tit. ff. & Cod. qu. ex fact^o tut. vel cur. minor. ag. vel conven. poss. tor curat^or-
ve, & pupil-
lus minor-
ve, agera

V. Cæterum quamvis jure communi res emta, licet aliena peccunia, ejus fiat, qui eum suo nomine emit. arg. l. 5. §. 17. ff. de trib. act. l. 3. C. pro soc. l. 4. C. comm. utr. jud. nec ei, cuius peccunia est, quicquam acquiratur; l. 1. l. pen. C. si quis alteri vel sibi l. 6. C. de R. V. aliud tamen in tutori obtinet, qui, si ex pecunia pupilli rem aliquam emerit, licet suo nomine emerit in utilitatem & commodum pupilli emisse, eique dominium acquisivisse, præsumitur, & rei vindicatione inde pupillo competit: l. 2. ff. qu. ex fact^o tut. vel cur. l. 3. C. arbitr. tutel. Hartman Pistor p. 1. q. 7. num. 3. hinc etiam nomen sive debitum, pecunia minoris contractum, ad ipsum pertinet, licet tutor semetipsum in chirographo creditorem nominari, curaverit, add. Masc. de probat. Conclus. 1393. n. 9. & 14. Gutierrez. tr. detut. & cur. p. 2. c. 10. n. 9. Carpzov. p. 2. c. 11. def. 38.

VI. Si tutor curat^orve ratione officii contraxerit, & se suaque bona obligaverit, proprio nomine non tenetur, nec in propriis suis bonis obligatur, L. 15. C. de admin. tut. cum constitutio pignoris, & bonorum obligatio, interpretationem accipere debeat ex principali obligatione. arg. l. 178. ff. de R. I. nisi ex- Tutor cura-
torve ratio-
ne officii
contrahens,
propria no-
mine non
obligatur.
pref-

presso pro pupillo minore intervenerit; atq;
ita decisum referunt Anton Faber. l. 5. ad C.
tit 23 def. 5. Berlich. *Decis. 15.*

Finita tute- VII. Finita porro tutela curave, & reddi-
la curave, tis rationibus, nomine pupilli minorisve, tu-
nomine pu- tor curatoe conveniri non potest, adeo ut
pilli aut mi- si ipse condemnatus tutorio nomine, ante-
noris, tuior vel curator quam satisfaceret, officium deposuerit, non
conveniri contra ipsum, sed contra pupillum, utilis ju-
nequis. dicati actio sit instituenda. l. pen. qu. ex fact.
tut. vel cur. l. 1. C. eod l. 26. C. de admin. tut.
l. f. C. de peric. tut. l. 4. §. 1. ff. de re jud. vid.
Carpzov. l. 5. Resp. 77. Berlich. *Decis. 13. 14.*
§ 15.

Aliquando VIII. Denique hic notandum, quod ali-
minor veni- quando minor veniam ætatis à Principe im-
am etatis petret. l. 1. C. de his qui ven. etat. impetr. quæ
impetrat. conceditur masculis 20 fœminis 18. annis
majoribus: modo illam ætatem recte pro-
bent; ac testibus idoneis morum suorum in-
stituta, frugalitatem, probitatemque animi
& testimonium vitæ honestioris, edoceant.
l. 2. pr. §. 1. C. d. t. Hæc venia ætatis
impetrata, omnia ejusmodi minor sine cu-
ratore administrare, sed non alienare prædia
seu bona immobilia potest, d. l. 2. §. 1. in
fin. qua in alienatione similis est conditio
minorum omnium, quo scil. decreto opus
fit, sive petita fuerit, sive non, ætatis venia.
d. l. 2. §. 1. ff. & l. 3. C. d. t.

Add. L. 1. T. 21. I. d. autorit. tutor.

TIT.

TIT. XXIII.

DE

CURATORIBUS IN SPECIE.

I. Junximus hactenus s^epius tutoribus curatores, cum in plurimis convenient. *Est scriptio.* *Cura de-*
autem cura vis atque potestas, minoribus ob
imbecillius judicium, vel animi, corporisve
vitio laborantibus, in bonis administrandis
adsistendi pr. I. de curat. l. 1. pr. ff. de curat.
furios. &c.

II. Supplet itaque curator personæ defē-
Etum, vel naturalem, in minoribus. d. pr. I. Curator
datur personis mino-
de curat. vel accidentalem, eumque aut phy-
rum, furio-
sico modo, ut in furiosis & mutis, aut mo-
forum, pro-
raliter ut in prodigis, evenientem §. 4. &
digiorum,
5. Inst. decur. & tot. tit. ff. de curat. furios. &
propter res
al. extra min. dand. & C. de curat. furios. vel L. 17. ff. tit.
prodig. Et quidem datur personæ propter
res seu negotia administranda. d. pr. I. de
extra min.
curat. l. 7. ff. de curat. furios.
dand.

III. Non autem nisi volentibus, & peten-
tibus minoribus dantur, sec. jus civile Rom.
curatores §. 3. I. de curat. l. 13. in fin. ff. de
tut. & cur. dat. *Excipiuntur tamen qui-*
dam casus, quibus invitis datur curator, nim.
1.) ad litem d. §. 3. I. l. 1. C. qui pet. tut. vel.
curat. *2.) si minori debitor velit, vel co-*
gatur solvere. l. 7. §. 2. ff. de minor. 3.) ad
recipiendas rationes tutoris l. 7. C. qui pet.
tut. vel. cur. 4.) si profundere res suas inci-
piant, l. 12. §. fin. ff. de tutor: & curat. dat.
& invitis,
aliquando
lev

vel alias res ipsorum hoc necessario exigant.
l. 6. C. inf qui pet. tut. Cæterum hodie vix solet minor absque curatore relinquī, præfertim si contractus fit celebraturus. *d. Ordin. polit. de anno 1577. tit. 32. § 50* wollen wir.

**Furiosis
etiam in-
vitis de-
sur: ut &
prodigis
quoad
alienatio-
nem,**

IV. Furiosis & prodigis, etiam invitis constituantur curatores. *d. tit. ff. de curat furios.* Et quidem prodigi opus habent curatore, quoad erogationem & alienationē, cum nec tempus, nec finem expensarum habeant. *l. 1. pr. ff. d.t.* præcedit vero causæ cognitio, quinam pro prodigis sint habendi *arg. l. 6 ff. d.t.* Corporis porro vitio, seu morbo laborantes, non nisi volentes ac petentes accipiunt curatores, nisi plane rebus suis superesse non possint *arg. §. 2. I. de curat.* add. Synstagm. nostr. Jur. Feud. *cap. 5. aph. 4 n. 5.*

**Saluti
queque &
corpori fu-
riosi pro-
spiciendum.**

V. Notandum etiam, quod consilio & opera curatoris non solum patrimonio propiciendum sit, sed corpori, & saluti furiosi aliove morbo laborantis. *l. 7 pr. l. f. ff. de curat. fur.* add. *l. 12. §. 3. de admin. tut. l. 14. de offic. præsid.*

**Defertur
cura à ma-
gistratu, eti-
am lege, fu-
riosi nomi-
natus testa-
mento cura-
tor confir-
matur.**

VI. Defertur regulariter cura solum a Magistratu: furiosi vero & prodigi etiam sunt in curatione legitima s. agnatorum *l. 3. ff. de tut. & curat. dat. &c.* Nominatus quoque curator in testamento, à Magistratu confirmatur. *tot. tit. ff. de confirm. tut. vel curat.*

Add. *L. 1. Tit. 23. Inst. de curatoribus.*

TIT.

TIT. XXIV.

QUIBUS MODIS TUTELA VEL CURA FINIATUR.

I. Cessat administratio tutoris vel curatoris, vel quod finita sit tutela curave; vel quod ex justa causa se excusent; vel quod suspecti reddantur.

II. Finitur tutela 1.) cum pupilli pupillæ-*Finiter m-*
ve puberes esse cœperint, nimirum masculi *tela 1. pu-*
anno 14. fœminæ duodecimo completo *bertate,* *pr.*

I. quib. mod. tutel. finitnr. Hodie fere post
pubertatem eadem personæ etiam manere
solent curatores usque ad adultam ætatem.

Gail. 2. *Obs. 96.* 2.) morte, cum naturali *2. morte,*
tutoris & pupilli, tum civili. §. 4. *l. d. t. 3.) 3. conditio-*
conditionis eventu, & temporis lapsu §. 2. nis autem-
& 5. eod. tit. *poris lapsu.*

III. Cura finitur, & quidem minorum 1.) *Quomodo*
si is majorenis factus, secundum jus Ro-*cura finia-*
man. anno 25. secundum jus Saxon. anno 21. *rur minno-*
completo. 2.) quodammodo, si veniam ætatis *rum,*
a Principe impetraverint, qua de re *Tit. 22.*

aph. ult. furiosorum vero, si sanitatem rece- *furiosorum,*
perint. l. 1. pr. ff. de cur. furios. prodigorum, *prodigo-*
si sanos mores receperint, de quo cognos- *rum, alio*
cere, & decernere debet Magistratus: vitio *vitio labo-*
& morbo corporis laborantium, si convalu- *rantium.*
erint. arg. d. l. 1. pr. ff. curat furios.

Add. *L. I. Tit. 21. l. quib. mod. tutes finit.*

TIT. XXV.

DE

EXCUSATIONIBUS TUTORUM
ET CURATORUM.

Excusatur quis a tutela & cura suscipienda, vel ita, ut ne volens quidem admittatur, nim. 1.) ob inabilitatem, ut propter vitium & morbum graviterem l. un. C. qui morb. inimicitiam inter patrem pupilli & tutorem, l. 6. §. 17. ff. de excus. ætatem minorenem. Vel nimis profectam. L. 27 ff. t. 1. de excusat. l. ult. C. de legit. tutel. l. un. C. qui ætate. paupertatem §. 6. I. de excus. tutor. negotiorum gerenorum imperitiam. §. 8. d. t. prodigalitatem. arg. l. ult. C. de legit. tutel. 2.) ob militiam l. 8. ff. de excusat. l. 4. C. qui dar. tut. §. 14. I. d. t. Et ex his duabus altera, si post suscepitam tutelam vel curam superveniat, eam cessare facit. l. 11. ff. de excusat. 3.) ob controversiam cum pupillo, adeo ut, creditum dissimulans, & nihilominus tutelam suscipiens, ejus amissione puniatur. Nov. 72. c. 1. & 4. Decis. Eleet. 34. & 35. ad v. d. Berlich. Decis. 157. & seqq. Si vero talis controversia post suscepitam tutelam supervenierit, alias adjungitur. d. Nov. 72. c. 2.

II. Vel ita excusatur tutor, ut volens qui- *velita, ut*
 dem admittatur, sed invitus cogi nequeat: *invitus non*
 i.) ob privilegium tributum certo numero *teneatur*
 liberorum, nim. trium. *pr. I. de excusat. tu-*
tor. vel curat. quod tamen hodie vix obser-
 vatur; singulari professioni §. 15. I. eod. dig-
 nitati §. 3. I. eod. administrationi fiscali, §.
 1. I. ead. absenti Reip. causa §. 2. I. ead.
 • Hac de re ita cautum est in der Fürstlichen
 Sachs. Gothaischen Vormundschafts-Ordn. tit. 5.
 §. 1. Unserer, auch unserer Grafen und Her-
 ren Cantzler, Räthe und andere Beamte, so mit
 Regierungs-Consistorial-Cantzeley-Kammer-Ren-
 terey- und Gerichtl. Verwaltung beladen, mögen,
 wegen obhabender solcher Bürde, zu keiner Vor-
 mundschaft, wider Willen, genütziget werden
 Wiewohl solche, da sie denen Unmündigen nahe
 verwandt, und kein denenselben vorträgliches
 Mittel zu dieser Bestellung sonst sich ereignet,
 sich, unserer gnädigen Zuversicht nach, dissfalls
 doch nach möglichen Dingen bequemten werden.
 Et §. 2. Die im Predig-Ambt begriffenen,
 mag man zu keiner Vormund- oder Pflegschafft
 über Unmündige, oder daran sonst eine sonder-
 liche Verwaltung haftet, nöthigen. 2.) quod
 jam occupati tribus, diversi patrimonii,
 tutelis curisve §. 5. I. de excus. tot. vel cur.
 five etiam una magni seu diffusi patrimonii
 non cogi possint ad aliam subeundam. l. 31.
 §. fin. ff. eod.

*Detrecta-
re sine justa
causa tute-
la, curam-
ve non est
licetum.*

II. Quod si vero quis, sine justa causa, detrectat tutelam vel curam; nihilominus ab eo tempore, quo a magistratu confirmatus est, periculum administrationis sustinet. l. 19. C. de admin. tut. l. 15. C. de excus. tut. & cur. & cognati, si detrectant tutelam, jus succendi admittunt. Præterea etiam, cum tutela munus publicum sit, h. e. publica autoritate deferatur, potest quis per multam, aliae ejusmodi media, ad suscipiendum cogi.

Add. Lib. I. T. 25. I. de excus. tutor vel curat.

TIT. XXVI.

DE

SUSPECTIS TUTORIBUS ET CURATORIBUS.

*Suspectus
tutor vel
curator de-
scribitur.
L. 26. ff. t.
10. de sus-
pect. tut.*

I. Suspectus Tutor vel curator est, & propter ea removendus, qui non ex fide, aut nimis negligenter, tutelam curam ve gerit. vid. §. ult. I. de susp. tut. vel etiam gestionem omittit, §. 5. I. b. t. l. 2. & 3. C. eod.

*Suspecti
accusatio.*

II. Ob suspecti crimen cuiuslibet generis tutores vel curatores accusari possunt, §. 2. I. de susp. tutor. l. 4. C. eod. & quidem durante, non vero finita tutela curave. l. 1. l. 7. C. d. t. Patet haec accusatio omnibus, §. 3. I. b. t. cum primis vero incumbit proinquis, contotoribus, imo & ipse Magistratus debet inquirere: l. 3. §. 4. & 12. ff. de susp. tut. Non tamen permittitur impuberibus, suspectos

ctos facere tutores; adolescentibus vero, seu minoribus, conceditur curatores accusare, dummodo ex consilio cognatorum id faciant.

l. 7. pr. ff. de susp. tut.

III. Pendente cognitione postulatus, seu *Postulatus* accusatus ut *suspectus*, abstinere debet administratione, curatore interim dato *l. 7.* *C. de susp. tut.*

IV. Perfidia vel negligentia magna probata, sequitur sententia, seu decretum Mastistratus, quo removetur tutor curatormve, & alius substituitur. Removetur vero vel simpliciter, vel cum aliqua pœna. Simpliciter & absque pœna removetur, si non ex perfidia seu dolo, sed solum ex magna negligentia, non recte quis gesserit tutelam curam *l. 3. §. f. l.*

4. ff. de susp. tut: Pœna vero infamiae infligitur, *Vel cum infamia, ob* si quis ob dolum removeatur. *§. 6. I. d. t.* *præterea castigatio additur*, si dolus subsit gravior. *§. 10. & 11. I. eod.* Si tamen persona sit cognata vel affinis, etiam si dolus subsit, famæ tamen ejus parcendum. *arg. §. 2. I. d. t.* & aliquando solum, curator adjungitur, *l. 9. ff de susp. tutor.*

Add. *L. I. T. ult. I. de susp. tutor. vel curat.*

TIT. XXVII.

DE

ACTIONIBUS RATIONE TUTELÆ CURÆVE COMPETENTIBUS,

I. Per suscep^{tam} administrationem tutelæ, *Tutorratione ad-*

*ministrata
tutela con-
venitur
z. actione
tutela.
L. 27. ff. t. 3
de tut. &
caus. act.*

qs. contractus initur : de quo l. 3. t. 18. §. 9. agetur. Ex illo oritur actio tutelæ directa, qua pupillus contra tutorem experitur, ut res juxta inventarium restituat, rationes reddat, reliqua solvat, & damna præstet, l. 1. pr. §. 1. & seqq. ff. de tutel. & rat. distr. & quidem est rat distracta, reddenda ratio a tutore in loco, ubi gessit & util cur. tutelam, *Decis. Electoral.* 36. Arbitrari itaque debet judex, quid, excussis rationibus, tutorem pupillo præstare, & reputare oporteat. l. 3. ff. id. t. unde arbitrium hæc actio dicitur. rubr. C. arbitr. tutel.

*z. actione de
rationibus
distrabent-
dis.*

II. Præterea tutor aliquando ex bonis pupilli, durante tutela, quid abstulit, unde datur etiam actio de rationibus distractis vel dispungendis, quæ actio est ex delicto, seu ablatione, & interversione rei pupillaris, & datur in duplum, quod duplum partim pœnam, partim ipsam rem continet, & ita mixta est actio. l. 1. §. 21. 22. & 23. ff. de tutel. & rat. distr.

*Composit
atiam tuto-
ri contra
pupillum a-
ctio tutela
contraria.
L. 27ff t. 4.
de contrar
tut. &
util. act.*

III. E contrario vero datur actio tutelæ contraria, qua nimirum tutor convenit pupillum ut impensas restituat, eum liberet a fidejussionibus, & res ipsius ab onere pignoris, & alia damna resarciat. tot. tit. ff. de contr. tut. & util. act. Poteat etiam hac actione tutor, qui simul est advocatus, vel artifex; pro præstita opera salarium petere. Franciscus Munoz de Escobar de ratiocin. c. 27. n. 54. Berlich. Dec. 121. & 130.

IV. Actio tutelæ utilis directa competit minori contra curatorem, ut rationem reddat, & damna resarciat, & res juxta inventarium restituat. l. 20. §. 1. ff. de tutel & rat. distr. & utili curat. caus. action. Datur quoque, constante cura, actio utilis negotiorum gestorum l. 7. C. arbit. tut. l. 17. C. de negot. gest. quæ etiam instituenda contra curatorem furiosi. l. 4. §. 3. ff. de tut & rat. distrab. Datur etiam contra curatorem actio utilis de rationibus distrahendis. l. 3. C. arbitr. tut.

*Curator
convenitur
actione tu-
telæ utili,
vel etiam
utili actione
de rationi-
bus idistra-
bendis.*

V. Vicissim vero curatoribus contra minores, ut impensas restituant, & alia resarciant, datur utilis tutelæ actio contraria. d. t. ff. de contr. tut & util. act.

*Minorem
curator con-
venit utili
actione tu-
telæ contra-
ria.*

VI. Ultimo datur actio subsidiaria; excussis scil. tutorum, fidejussorum, ac eorum heredum facultatibus, in Magistratus, qui non diligenter pupillis, minoribusve prosperebunt, ut damnum, ob illam negligentiam pupillo vel minori obveniens, resarciant, tot. tit.

L. 27 ff t 8.
de Magistr.
conv.

D. & C. Magistr. conven.

TIT. XXVIII.

DE

ALIIS CURATORIBUS.

I. Notandum hic venit, quod etiam peregre absentibus aliquando curator detur, qui v. g. hereditatem obvenientem administrare debet & ab isto illa præstanda veniunt, quæ a curatore minorum. Si vero quis diu absit, admi-

*Aliquando
de absenti-
bus, etiam
majoribus,
datur cura-
tor: ali-
q. ardo ve-
r. proxi-*

*mis heredi- nistratio illis permittitur sub cautione, qui
bus admini- proximi ejus essent post mortem heredes. Por-
stratio con- ro si lis oriatur, quis sit proximus heres futu-
ceditur; ac lite oriente rus, is, qui in morte absentis se fundat, eam
is qui mor probare debet: si autem vitam absentis quis
tem vel vi- alleget, iste hanc probare debet.
tam absen-
tis allegat.
probare de-
bet.
Similiter &
curator bo-
norum con-
stituitur.
qui credito-
ribus respon-
deat. L. 42.
ff. t. 7. de-
curat. bo-
nis dando.*

II. Similiter si forte absit vel mortuus fit
debitor, nec ei heres existat, vel quis bonis
cesserit, curator bonorum constituitur, qui
creditoribus respondeat, & bona debitoris
custodiat, administret, vendat etiam, & ex
pretio redacto creditoribus solvat. *tot. tit. ff.
de curat. bon. dand.* Constituitur hic a judi-
cato. citatis illis, quorum interest.
Gail. I. O. 130. n. 3. Debet igitur & hic bo-
na fideliter administrare, inventarium con-
ficere, & administrationis rationes reddere.
vid. Schröer von Vormundschafften.


*Jure Saxon. fœminis eu-
natores ad-
litem consti-
tuuntur,
qui necessa-
rii sunt in-
judicio. ex-
trajudicium
vero, non
nisi uxores
iis,*

III. Præterea jur. Saxon. fœminis, etiam
majoribus, dantur curatores ad litem, a Ma-
gistratu competente, vel ratione domicilii,
vel ratione bonorum, vel ratione loci, ubi ne-
gotium geritur. *Decis. Elec. noviss. 59.* Hi
vero bona fœminarum non administrant, sed
tantum consilio suo ipsis assistunt.

IV. Et quidem in judicio omnino opus ha-
bent curatore ad litem: in negotiis vero extra-
judicialibus, jure quidem communi Saxonico
distinguitur inter virgines, vel viduas, & uxo-
res. Illæ quæ scil. maritum non habent, etiam
absque curatore omnia valide agunt; hæ ve-

ro, nim. uxores, opus habent curatore & pos-
funt etiam mariti in negotiis, ipsos non con- *opus habent
jure tam
Saxonico*
cernentibus, curatores suis uxoribus consti-
tui; alias alius dandus est curator. Secun- *indistincte
indistincte fœmina.*
dum jus autem Electorale Saxon. *indistincte fœmina.*
fœminæ curatore opus habent. vid. Constat.
Elect. 15. p. 2. & Decis. Elect. noviss. 24.

V. Ille constituitur, seu confirmatur cura- *Confirmatio
tor, quem fœmina petit, & qui hanc curam
sponte in se suscipit. Confirmatio hoc mo-
do fit, ut Magistratui constituenti primit-
tat, quod velit fœminæ fideliter assistere, Curatorium
eiusque commodum observare; super qua
confirmatione curatorium, uti vocant,
literis concipitur, & sigillo judi-
ciali obsignatur.*



LIB. II.

DE
JURE RERUM IN GENERE
ET IN SPECIE DE JURE IN RE SEU
DOMINIO LATE DICTO.

TIT. I.

DE
RERUM DIVISIONE ET AC-
QUISITIONE.

I.

Quædam res sunt extra patriam suum, sive extra patrimonium suum, sive extra gulosorum, & qualiter de rerum divisione.

Rerum appellatione cætera omnia intelliguntur, quæ personis opponi possunt. Sunt vero res, quæ in Patrimonio nostro, vel extra patrimonium nostrum habentur. Quædam enim naturali jure communia sunt omnium, quædam publica, quædam universitatis, quædam nullius, pleraque singulorum. *pr. I. de rer. divis.*

aimirum: communes. II. Naturali jure communia sunt omnia, quæ nullius dominio subjecta, & ab omnibus usurpantur; veluti aër, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris. *§. I. I. de rer. divis.*

Quid hodie in mari obseruitur. III. Sciendum autem est de mari, quod maria particularia ad eorum territoria, & superioritate pertineant, quorum territoria alluunt. Similiter & hodie usus maris, ejusque littorum, non ita omnino liber est, & communis, sed certo modo à supremis potestatibus restriktus. *vid. Syntagm. nostr. Feud. c. 6. th. 7. n. 1. 2.*

IV.

IV. Res publicæ sunt, quæ ad certum populum pertinent; usus vero earum omnibus ^{publicæ;} patet: ut sunt flumina perennia, & potus. §. 2.

I. de rer. divis.

V. Distinguenda vero sunt à publicis rebus, quæ sunt in patrimonio fisci, & quæ spectant ad superiores seu Principes, & quarum usus ad conservationem status Principis adhibetur; & dici solent germanice *Kammer - Güther*.

VI. Hujusmodi conditionis sunt & hodie flumina, quæ ad superioritatem territorialem pertinent, & Regalibus annumerantur: ^{quo pertinet hodie flumina.} adeoque flumen usus non amplius omnino liber & publicus, sed certo modo restrictus est. *dist. 6. tb. 7. n. 6.*

VII. Res universitatis sunt, quarum dominium est penes universitatem, & usus civium ^{res universitatis;} communis: ut sunt theatra, forum, pascua communis &c.

VIII. Ab his discernenda sunt bona, quæ ita in patrimonio civitatis aliusve universitatis sunt, ut ex eorum redditibus expensæ necessariæ, ad communem civitatis utilitatem fiant.

IX. Res nullius sunt res sacræ, religiosæ & sanctæ. Res sacræ sunt, quæ publica autoritate DEO consecratæ sunt, ut sunt ædes sacræ, altaria, calices, aliæque res, divino cultui, divinisque usibus, immediate dicatæ. §. 8. l. de rer. div. l. 6. §. 3. ff. eod.

X. Ab his rebus sacræ discernendæ veniunt ^{ab his discernendæ,}

res Ecclesiastica;

unt res Ecclesiasticae, Monasterii, Academiae, similesque collegii; neque enim haec res immediate ad cultum divinum sunt dicatae, sed diversis Ecclesiarum, aliorumve piorum locorum & personarum, ad ea pertinentium usibus inserviunt. vid. l. 22. pr. C. de SS. Eccles. auth. *praterea eod. tot. tit. X. de reb. Eccles. alien. vel non.*

2. religiosa. XI. Res religiosae apud Romanos appellatae sunt, ubi quis mortuum intulit. §. 9. I. de rer. divis. l. 6. §. 4. ff. eod. l. 42. ff. de religios. Moribus autem locorum ubique invaliduit, ut locis publicis, a magistratu ad sepeliendum mortuos destinatis, coemeteriis nim, & ipsis etiam Ecclesiis, ad sepulturam dicitatis, utamur. vid. Carp. l. 1. Resp. 86. & l. 2. fpr. Consist. tit. 24. Quamvis vero ius Canon ratione terrae vel loci, in quo defunctus sepelitur, quicquam exigere vetet. c. 13. x de sepult. nisi consuetudine alicujus loci receptum sit, ut non tam aliquid exigatur, quam ex libertate sponte offeratur. c. in Ecclesiastico. 14. C. 13. q. 2. c. 42. x. de Simonia. hodie tamen Ecclesiis, eorumque administratoribus permittitur, ut pro loco sepulchri aliquid exigant.

3. sancta. XII. Res sanctae sunt, quae ab hominum injuria sanctione qs. munitae l. 8. pr. l. 9. §. 3. ff. de rer. divis, ut sunt muri & portae civitatis §. 10. I de rer. divis. l. 1. pr. ff. eod. l. 1. ff. ne quid in loco sacro. Hinc neinini im-

[punc]

pune licet muros aut portas transcendendo violare , aut inibi habitare , aut muris municipalibus quicquam conjungere , aut supponere , sine Principis permisso . *l. ult. ff. d. t. l. 2. & ult. ff. ne quid in loc. publ.* Hodie muros aut portas civitatum transcendentium pæna non est capitalis , sed pro ratione circumstantiarum arbitraria vel relegationis , carceris , aut pecuniaria . Berlich . *Part. I. Dec. 70.*

XIII. Res , quæ in nostro patrimonio sunt , *Circa res;*
ita se habeut , ut duplex de iis sit jus . nim. *qua in pa-*
jus in re , & jus ad rem , *l. 11. l. 13. §. 1. ff.* *trimonio*
de damn. in. f. l. 3. l. 25. ff. de obl. & act. *sunt, com-*
petit vel

XIV. Jus in re est facultas jure competens , *jus in re,*
quæ ipsi rei inhæret , adeoque actionem , ipsam *vel ad rem*
rem persequentem producit *d. l. 25. ff. de O.* *Iuris in re*
& A. §. 1. I. de action. Hinc tres sunt species : *descriptio*
dominium latius dictum ; jus pignoris , & *species.*
jus possessionis , *l. 13. §. 1. C. de judic.*

XV. Dominium est jus (*b. e. facultas s. po. Dominii*
testas legitima. §. fin. I. de usur. 1. pr. ff. ad descriptio.
L. Falc.) in re , quo quis de re iste potest pro arbitrio , nomine proprio , disponere . add .
Aristot . *I. Pol. 4. & Rhet. 5. verb. proprium est , quando in ipso est alienatio : & verb. pre- ced. ut genes ipsam sit usus eorum.*

XVI. Distinguitur dominium in universale , quod est hereditatis : & singulare , *divisio-*
quod iterum aliud est rerum corporalium , aliud incorporalium seu servitutum .

XVII. Circa dominium singulare rerum *Circa do-*
cor- minium.

*tria sunt
consideran-
da.* corporalium, quod alias in specie, & stricte de-
minum vocatur, tria sunt consideranda, 1.) modus acquirendi, 2.) res & bona, quæ acqui-
runtur, 3.) personæ, quæ transferunt, & ac-
quirunt.

*Modi ac-
quirendi
L 41. ff. t. 1
de acquir.
possint juris civilis, sed secundum quid, quate-
rer, domi-
nus certus modus & forma à jure civili est ad-
scripta. Similiter & illi non simpliciter, & ab-
solute sunt juris gentium, sed aliquando etiam ipsis aliquid civile accedit, vid. Grot,
*de jur. B. & P. l. 2. c. 8. n. 5.**

naturales, XIX. Modos naturales quod attinet, domi-
nium vel noviter, seu nemine priori domini-
um in alterum transferente, acquiritur. *l. 1.
§. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. vel ex
dominii prioris voluntate in alterum trans-
fer-
tur. l. 9. §. 3. ff. de acqu. rer. dom. §. 40. I.
eod.* Noviter acquiritur dominium, rei ante
nullius 1.) occupatione & 2.) accessione. Con-
stat igitur hinc, quod ad tria summa capita
modi acquirendi possint referri, nimirum occupa-
tionem, accessionem & traditionem.

Occupatio XX. Occupatio vel est rerum, quæ in nullius
patrimonio adhuc sunt, possunt tamen alicuius fieri; de quibus dicitur, quod naturali ju-
re, & creationis lege, rationi insita, occupanti
cedant. *l. 1. l. 3. ff. de A. R. D. §. 12. I. de R. D.*
Vel est personarum ac rerum hostilium,
quæ

quæ, instar rerum nullius, belli jure, primum occupantibus cedunt. Et quidem vi occupantur s. capiuntur 1. nullius res animatæ sc. feræ bestiæ, 2. personæ & res in bello §. 17. I. d. t. sine vi occupantur res inanimatæ nullius, & in specie dicitur inventio. §. 18. I. d. t. Sunt igitur tres occupationum species, 1.) Venatio quæ, late dicta, aucupium & pifcationem comprehendit, 2.) Occupatio bellica, 3.) Inventio.

XXI. Circa capturam ferarum præcognoscendum, quod tria sint genera animalium : *cujus species sunt 1.) Veneratio. 2.) prorsus & omnino fera, in naturali suo statu considerata, quæ libere vagantur, & ejus sunt naturæ, ut non nisi vi occupentur, & non nisi vi retineantur in custodia, & dominio hominum, adeoque custodiam illam si evadant, redeunt in naturalem libertatem §. 12. I. d. t. l. 3. §. 2. ff. eod. 2.) fera quidem naturaliter, sed quæ ex consuetudine naturali evolare & revolare solent, vel singulari cura mansueta facta. Hæc occupata tamdiu nostra sunt, quamdiu consuetudinem illam non exuunt. l. 5. §. 4. & 5. ff. de A R. D. §. 14. & 15. I. d. t., 3.) mansueta naturaliter, quæ absque vi in nostra custodia, & dominio retinentur, & præter naturam, & non nisi casu forte turbata abeunt aut avolant, adeoque, licet forte custodiam nostram evadant, in dominio tamen manent §. 16. I. d. t. hinc & erepta à lupis, & his per canes ab aliis extorta, nostra manent. l. 44. ff. d. t.*

ferarum, XXII. Venatio igitur, stricte nim. dicta, est ferarum quadrupetum s. terrestrium, in libertate naturali relictarum, capture, juregentium omnibus permissa. §. 12. *I. d. t.* Hoc vero jus venandi progressu temporis, per totam *hodie pertinet ad Principes;* Germaniam, & plerasque nationes alias, Superioribus est adscriptum, & ab his rursus certo modo Nobilibus conceditur. Cum enim feræ, licet in privatis fundis vagentur, in nullius sint dominio, potestas vero occupandi ad omnes de populo pertinuerit: sine ullius injuria, ob rationes civiles, mutato rerum ac Rerum publico statu, illa promiscua potestas occupandi a Superioribus recte interdicta est subditis, ac illis, qui populo, ac territorio præsunt, propria redditu, ita ut penes eos sit, quibus eam concedere velint.

*Venationis
bodierna
divisio.*

XXIII. Dividitur autem hodie jus venandi in jus venandi feras majores & minores, *in die Hobe - und Nieder Jagten.* Jus venandi majus, est jus capiendi feras majores: jus vero venandi minus, est jus capiendi feras minores v. g. lepores & vulpes. Additur in nonnullis locis jus venandi medium, *die Mittel - Jagd,* jus scil. venandi feras medii generis, veluti capreas & capreolos, ut & apres minores, add. *Dn. à Seckendorff im Teutschen Fürsten - Staat.* Quænam autem venatio alicui competit ex literis investiturarum, vel etiam ex usu, & exercitio percipiendi, cognoscitur. Notandum etiam hic est, quod licet jure Sax.

&

& quorundam locorum consuetudine, permisum fit, ut feram fugientem, in alterius etiam territorio, per horas usque 24. persequi, & ibi captain auferre liceat, modo sine clamore & clangore persecutio fiat: *Land. Recht. Lib. 2. art. 61.* contrariis tamen consuetudinibus & constitutionibus id fere plerisque in locis abolitum esse, scribit Schneiderv. *ad. tit. I. de R. D. §. feræ n. 4.* Cæterum quid hoc vel illo loco circa venationes obtineat, ex specialibus, inter vicinos initis, conventionibus, item ordinationibus peculiaribus (*Jagd-Ordnungen*) ac moribus receptis, discendum est.

XXIV. Aucupium es captura volucrum, *avium*, itidem jure gentium nemini denegata. *d. §. 12. I. d. R. d.* Hodie vero jus aucupandi non *hodiernus* quidem simpliciter omnibus concessum, at *nisi*. tamen pristini juris reliquiae sunt relictæ. Sane majores aves, perinde ut feras bestias, non cuivis capere licet: uti patet ex verb. *Ordin. Provinc. Saxo-Vinar. tit. 34.* So soll auch kein Bauermann keine wilde Endten, Gänse, Trappen, Auerhahn, Birckhahn, Rebhüner, Reiger, Krcaniche, in Wäldern, Gehölz, Feldern, Wässern oder Teichen, desgleichen in Weinbergen und Scbnitten, schiessen, fahen &c. Imo & alias nobiliores aves v.g. turdos, Krammets-Vögel, Drosseln, non nisi permisso eorum, quibus jus venandi competit, & pensione præstita, capere licet,

licet. vid. *Churfürstl. Sächs. Landes-Ordnung von Vogelfahen, it Mandat, wegen des Vogelfangs de anno 1626.*

piscium. XXV. Piscatio est captura piscium, itidem jnre gentium cuilibet permissa d. §. 12. Hodie vero in stagnis alienis non licet alteri piscari, imo & in pluribus fluminibus non nisi iis piscari permisum, quibus a Principe concessum, vel quibus in flumine, vel loco certo fluminis, piscandi jus speciatim competit. vid. *P. H. O. art. 160. add. Syntagm. nostr. Feud. cap. 6. aph. 7. num. 10. & aph. 18. num. 4.* Alicubi vero in fluminibus ac rivis publicis piscari, quibuslibet accolis certo modo licitum est: qua de re constitutiones provinciales, & consuetudines singulorum locorum sunt consulendæ.

*Apum st-
jam est fera
natura nec
non.* XXVI. Præterea sciendum, quod apum quoque sit fera natura: ideo & hæ, si adhuc nullius sunt, includi a quolibet possunt, & favos, si quos effecerint, eximere quilibet potest. Inclusæ vero in ejus sunt dominio, qui eas incluserit §. 14. quamdiu nimirum animum revertendi habent. §. 15. *I. d. t. & examen eo usque nostrum intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis ejus est persecutio; alioquin occupanti cedit d. §. 14.* Idem adhuc hodie obtinet in apibus; neque aliud jure Saxon. videtur dispositum, Weichbild. *art. 119. Berl. p. 5. C. 50.* licet quodammodo dissentiat Carpzov, *p. 4. C. 36. def.*

def. 4. cuius tamen sententia non adjuvatur annexo præjudicio. Mores igitur locorum hac in re veniunt attendendi.

XXVII. Denique attendendum, quod pavonum & columbarum etiam sit fera natura, licet quoddam hujusmodi animalium genus præ aliis magis sit ferum, adeoque in eo idem obtineat, quod in avibus majoribus ; aliud vero sit mansuetius, & ex consuetudine evolare & revolare soleat. *d. §. 15.* Hæc animalia itidem eo usque nostra intelliguntur, donec animum revertendi habeant, *d. §. 15.* & horum, nec non apum, fit furtum. add. *Carpzov p. 4. c. 36. d. 4. & 5. l. 8. §. 1. ff. fam. herc.* Hodie juxta Ordinat. Provinc. non cuilibet, columbas alere, permissum est, sed juxta modum agrorum, quos quis possidet, certus quoque columbarum numerus est concessus.

XXVIII. Occupatio bellica seu captivitas *Oscupatio bellica.* est, qua res & personæ hostium, in bello capientium fiunt, *§. 17. I. de R. D.* Pertinent autem ad milites singulos non nisi ea, quæ in dimicazione, & liberis excursionibus capiuntur : ea vero, quæ non tam a singulis, quam a toto exercitu occupantur, spectant ad eum, cuius auspiciis bellum geritur. Vid. Grot. *de I. B. & P. l. 3. c. 6. num. 12.* Quandoque & militibus omnis præda promittitur, ut eo reddantur alacriores. Vid. *Reuter-Bestallung zu Speyer de Anno 1570. art. 96.* Notandum quo-

quoque hic est, quod personas hostium attinet, inter Christianos generali consuetudine receptum esse, ut capti in bello libertatem non amittant, sed præstita victori certa, pro cuiuslibet, qualitate pecunia s. lytro, redeundi veniam impetrant, aut alias, captivorum hinc inde mutua qs. permutatione, fiat liberatio.

Jus post-
limii.

L. 49. ff.
t. 15. de
capt. & de
postlim &
redemt.
ab host.

3.) *Inven-*
tio.

Hodiernus
usus.

XXIX. Si vero ea, quæ ante hostes occuparunt, recipiantur, postliminii jus obtinet, ita nim ut res quidem immobiles & jura, ad priores revertantur dominos; personæ vero captæ libertatem suam recipient; aliæ autem res mobiles capientibus in prædam cedant l. 7. l. 16. l. 19. pr. & l. 28. ff. d. capt. & postlim. & red. ab. hostib. § 5. l. quib. mod. jus part. pot. solv. vid. Grot. d. tr. l. 3. c. 9.

XXX. Inventio est rerum inanimatarum mobilium, quæ nullius sunt, occupatio, veluti lapillorum, gemmarum, margaritarum & similium &c. quæ in littore maris inventur § 18. f. de R. D. Hodie vero uti jus in littoribus quodammodo ad Regalia referatur: ita etiam, quæ in littoribus inventiuntur, & jus apprehendendi res, quæ in nullius dominium juxta naturam suam pervenere, ex plenitudine potestatis Principes, ad augendum fiscum, sibi licite adscripferunt. Vid. Syntagma nostr. Feud. cap 6. apb. 7. & 22. Stipman. de jur. marit. Part. II. cap. IV. n. 248. seqq. Gryphiander. tr. de insul. cap. 31. Preussisch Land-R. l. 2. tit. 1. art. 3. §. 3.

XXXI. Accessio est, qua, ex natarali ratione, id quod rei, quam tenes, accedit, tibi acquiritur: estque vel naturalis; vel artificialis s. industrialis; vel fortuita.

XXXII. Accessio naturalis 1.) accidit, s. *naturalis* provenit ex animalibus nostris, qualis est fœtus: quæ enim ex animalibus, dominio tuo *facturam* subiectis, nata sunt, tibi acquiruntur. §. 19.
I. d. t. l. 6. ff. de A R D.

XXXIII. 2.) Accessio naturalis est, quæ 2. *alluvio-* provenit ex intrinseco quodam incremento: *nem.* ita 1. quod per alluvionem argo tuo flumen (quod qs. censitoris vice fungitur l. 30. §. 3 ff. d. t.) adjecit, tibi acquiritur. Est autem alluvio incrementum latens, quo aliquid argo nostro ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur; quod nobis aut rei nostræ acquiritur, propterea, quod a nullo vindicari possit, quia, unde veniat, nescitur §. 20.
I. de R. D. l. 7. §. 1. ff. de A. R. D. Obtinet vero hoc jus, quando flumen, vel rivi publici (*gemeine Bäche*) aliquid adjiciunt. Vid. Joh. Oettinger. tr. de jur. & *controvers. limit.* l. 1. c. 12. & l. 2. c. 2. n. 16. Noe Meirer. tr. vom Jagt-Forst- und Wasser-Recht. part. 5. Baptista Aym. tr. de alluv. Grot. d. tr. l. 2. c. 8. n. 12. Ah. Fritsch. *jus fluviat.*

XXXIV. Quæ vero vi fluminis, non latenter, ex alieno, prædiis nostris adjiciuntur, no-

quo pertinet etiam con-
lio.

bis non acquiruntur, nisi coaluerint, arboresque adductæ radices egerint. §. 21. l. d. t. l. 7. §. 2. ff. de A. R. D.

ae insula nata; XXXV. Accedit 2. vicinis agris insula in flumine nata. Hæc si medium partem fluminis teneat, communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident pro modo latitudinis cujusque prædii, quæ prope ripam sit. si alteri proximiōr sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prædia prope ripam possident. §. 22. I. d. t. l. 7. §. 3. ff. eod. vid. Oetting. d. tr. Lib. 2. cap. 3. Hodie plerisque in locis Romani Imperii jus civile, quoad insulas in flumine publico natas, vigere, tradit Oetting. d. tr. Lib. 2. cap. 3. n. 4. & 7. it. Lib. 1. c. 12. n. 48. add. Heig. Lib. 2. q. 49. Scheffer. Lib. 2. q. 17. Alicubi vero insulas privatis non acquiri, sed ad Principes pertinere, item tradit Oeting. n. 10. & 11. & latius exponit Gryphiand. tr. de insul cap. 11. 12. & 13. nec non speciatim docent de insulis in Rheno natis Meurer. d. tr. art. 5. fol. 102. de insulis in Elect. Saxon. Carpzov. p. 3. C. 31. def. 13. de intulis in Gallia, Christineus 4. decis. Belgic. 86. n. 6. de Hollandiæ & vicinarum regionum, Grot. Lib. 2. de I. B. & P. c. 8. n. 9. Non ineleganter hæc diversa jura conciliare intendit Simon von Levven *censur forens. thea-*

theoret. præst. Lib. 2. c. 4 n. 12. dum scribit: *Quid moribus harum, vicinarumque regionum, de alluvionibus juris sit, propter consuetudinem & rerum judicatarum diversitatem, quibusdam dubium videtur: Quorum alii concedunt, alluviones, ut sequelas & appendices fluminum, esse solius fisci: Alii contra negant, ut videre est apud Grot. introd. Lib. 2. c. 9. v. in Holland.* Qua in re distinguendum nobis videtur inter insulas in flumine seorsim, seu separatim ab agris, natas, quas quidem ejusdem juris esse cum ipsis fluminibus, certum est, l. 1. §. 7. ff. de flum. ac proinde, cum flumina publica Principis domino adscripta, interque regalia relata sint, consequens etiam est, ejusdem incrementa ad Principem s. fiscum pertinere, aut ad eos, qui jure, sibi a Principe concessso, gaudent: Alias vero alluviones, & agrorum adjacentium accessiones, etiamnum nobis & rei nostræ, juxta §. 20. & 21. I. de R. D. acquiri, nihil vetat. Atque ita interpretanda & distinguenda sunt, que legimus apud Crotium introd.) Lib 2. cap. 9. & de I. B. & P. Lib. 2. c. 8. Christin. volum. 4 de 64. num. 7. Zipæum notit. jur. bell. tit. de jur. fisc. vers Res commun. Perez. ad Cod. tit. de alluv. n. 8. Hæc ille

*Non si a-
grum cir-
cumfluat
aqua.*

XXXVI. Si vero insula ita nata fuerit , ut agrum alicujus circumfluat aqua , tunc caussa proprietatis non inutatur , sed ager prioris domini permanet . § 22. in f. I. de R. D. l. 30. §. 2. ff. d. A. R. D.

denique

XXXVII. 3.) Quando naturalis alveus *vetus*, a flumine , ad aliam partem fluente in *derelictum*. universum derelinquitur ; tunc vetus iste alveus eorum est , qui prope ripam ejus prædia possident , pro modo latitudinis cuiusque agri , qui prope ripam sit : novus autem alveus ejus juris esse incipit , cuius ipsum flumen est , i. e. publici . §. 23. I. d. t. l. 7. §. 5. ff. de A. R. D. l. 1. §. 7. ff. de flum. Quodsi , post aliquod tempus , ad priorem alveum reversum fuerit flumen : Iste novus alveus , jam iterum derelictus , itidem eorum esse incipit , qui prope ripam ejus prædia possident , si strictam juris rationem sequamur : attendendæ tamen sunt hac in re circumstantiæ & æquitas , ut aliquando priori domino iste ager , a flumine occupatus , & jam iterum relictus , restituatur . l. 7. §. 5. ff. d. t. vid. Aym. d. tr. de alluv. Hodie etiam , quæ de acquisitione alvei deserti diximus , obtinere , petet ex Carpzov. part. 3. C. 31. d. 14. & 15. Joh. a Sande decis. Fris. Lib. 5. tit. 2. def. 1. & 2. Alicubi vero alveum , a flu-

mine

*Hodiernus
nus.*

mine derelictum, fiscalibus bonis annumerari, tradit Gryphiander d. tr. *de insul. cap. II. num. 45.*

XXXIX. Aliter res se habet, si ager solum *Non si ager* inundatus fuerit, finmine imbris vel nivibus adacto; tunc inundatio fundi specimen & proprietatem non mutat, sed, recedente aqua, ejus manet, cuius ante fuit. §. 24. *I. de R. D. à l. 7. §. 6. ff. de A. R. D.*

XXXIX. Accessionem artificialem, seu *Artificialis* dustrialem, vocamus, qua, facto hominis interveniente, juxta casuum & objectorum diversitatem, aliquando rei nostrae opera aut res aliena, aliquando operae nostrae res aliena, quam teneimus, & circa quam operam adhibuimus, cedit: & sunt hujusmodi accessionum genera septem: 1.) specificatio, §. 25. *I. d. t.* 2.) adjunctio, §. 26. 3.) inaedificatio, §. 29. & 30. 4.) plantatio, §. 31. 5.) fatio, §. 32, 6.) scriptura, §. 33. 7.) pictura, §. 34.

XL. Specificatio est, qua quis ex aliena *nimirum* materia novam speciem conficit; ut si quis *1. Specificatio* ex alieno auro vel argento vas aliquod fecerit: & tunc distinguitur ita, ut, si materia adhuc prævaleat formæ artificiali additæ, is videatur dominus speciei effectæ, qui materiæ dominus est: si vero forma ista *artificialis* prævaleat materiæ: is potius intelligatur dominus, qui speciem istam indidit. Colligitur autem, quid prævaleat, ab externo signo;

nim. si ista species, seu corpus, ad priorem rudem materiali reduci potest, prævalet materia, & tanquam potentior, formam ad se trahit. add. l. 24 ff. de A. R. D. l. 78. § 4 ff. de leg. 3. si vero non potest reduci, prævalet forma: adeoque tunc materiæ ita consumtæ, ut ad pristinam existentiam, & rudem formam reverti non possit, non habetur in addicione dominii ratio l. 27. §. 1. ff. de A. R. D. sed novæ duntaxat speciei, indeque ei addicitur, cujus facta ea res in rerum natura esse cœpit. l. 3. §. 21. ff. de acquir. vel am. poss. vid. d. §. 25. I. d. t. add. Grot. introd. Lib. 2. cap. 8. pr. qui sibi ipsi contrarius videtur. tr. de I. B. & P. Lib. 2. c. 8. n. 19.

*Quid si ex
sua materia
& aliena
quis speciem
fecerit.*

XLI. Sed quid si partim ex sua materia, partim ex aliena, speciem aliquam quis fecerit, veluti ex sua lana & aliena vestimentum? dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit, cum non solum operam suam dederit, sed & partem ejusdem materiæ præstiterit. d. §. 25. I. d. t. add. §. 27. eod. ubi de confusione agitur.

*Priori ma-
teria domi-
no compe-
tunt actio-
nes tum
contra m. f.
tum contra
l. f. specifi-
cantes.*

XLII. Competit tamen eo casu, quo speciei dominium specificanti acquiritur, priori domino materiæ actio contra illum, & quidem, si mala fide ex aliena materia quis speciem confecerit, datur actio ad exhibendum & rei vindicatio, tanquam contra eum, qui dolo defit possidere, l. 12. §. 3. ff. de ad exhib. præterea competit condicione furtiva l. 13. ff. de condicione.

condit. furt. & actio furti. l. 52. §. 14. ff. de furt.
 Si vero bona fide ex re aliena quis speciem
 confecerit, conveniri potest actione in factum
arg. d. l. & l. 23. §. 5. ff. de rei vind. Porro eo
 casu, quo ad dominum materiae pertinet con-
 fecta species, competit specificanti & possiden-
 ti *retentio speciei & exceptio doli*, usque dum
 pretium operae vindicans dederit, *arg. d. l. 23.*
§. 4 ff. de R. V. modo specificans b. f. posses-
 for fuerit: nam scienti, alienam materiam
 esse, potest objici culpa, quod temere speciem
 confecerit ex materia aliena, *arg. §. 30. inf. I.*
de R. D.

*Aliquando
retentio
datur.*

XLIII. Adjunctio est, qua rei nostrae prin- *2. Adjunctio*
 cipali, ejus augendae, reficiendae, ornandae eve
 gratia, sive bona, sive mala fide, res aliena
 jungitur & accedit ita, ut non nova species
 conficiatur: & tunc, quod additum est, ce-
 dit toti. *l. 25. §. 1. ff. de A. R. D. l. 19. §. 13 ff.*
de aur. & *arg. leg. §. 26. I. d. t.* Nihilomi-
 nus autem is, qui dominus fuit rei adjunctae,
 alteri jam accessionis vice acquisitae, habet
 actionem contra novum illum dominum, cui
 ista particula acquisita est; & quidem ad-
 versus eum, qui surripuit, furti actionem, &
 conditionem furtivam. *d. §. 26. I de R. D.*
junct. §. 2. (al. 3.) I. vers. nam qui sciens de
usucap. Datur etiam actio ad exhibendum
 & utilis rei vindicatio. *arg. l. 12. §. 3. & l.*
9. I. §. 2. & 3. ff. ad exhib. Adversus b. f.
 possessorem competit actio in factum *l. 2. §.*

§. 5. ff. de R. V. Si vero quis suam rem rei alienæ junxerit, & dominus hanc vindicet, competit-jus retentionis, & exceptio doli possidenti, usque dum pretium ejus, quod adjunctum est, solvatur. d. l. 23. §. 4 d. R. V.

*Alia ratio
est cōnfusiō-
nis.*

XLIV. Alia est ratio confusionis, cum materiae liquidæ, aut liquefactæ, ita miscentur & confunduntur, ut una ingrediatur alteram, & vicissim alterius partes in se recipiat, unde existit ipsius corporis, quod ex confusione fit, consolatio. Hæc est aut ejusdem generis materiarum. aut diversi : alia iterum, quæ mutua minorum voluntate & scientia; alia, quæ fortuito, & altero dominorum ignorantie, facta est. Illo casu, quia nova species non fit, communio constituitur, pro rata parte materiæ, quæ cujusque ante confusionem fuit : ita tamen, ut & pretii ratio habeatur, si unius pars melior, aut pretiosior fuit l. 3. §. ult. l. 4. l. 5. ff. de R. V. Hoc vero casu, si species prævalet, obtinet id, quod supra de specificatione dictum, l. 5. §. 1. ff. de R. V: si vero non prævaleat, sed res confusæ deduci & separari possint, cuilibet domino materia, quæ ante confusionem ejus fuit, restituitur, d. l. 5. §. 1. ff. de R. V. l. 12. §. 1. ff. de A. R. D.

*nec non
commixtio-
nis.*

XLV. Simili ratione se res habet in commixtione, qua res solidæ ita commiscentur, ut inde totum fiat per aggregationem; & quidem si v. g. frumentum Titii cum frumento tuo

tuō mistum fuerit, voluntate vestra, coīmune est frumentum. Quodsi casu, id mistum fuerit, vel altero ignorantē, non inducitur communio; sed si ab alterutro vestrū totū illud frumentum retineatur, in rem quidem actio, pro modo trumenti cujusque, competit, arbitrio autem judicis continetur, ut nō solum attendat, quoī quisque modios ante permixtionem habuerit, sed etiam iste aestimet, quale cujusque frumentum fuerit: ut, cum grana adeo accurate feligi nequeant, illi, qui melius habuit frumentum, plus; qui deterius, minus adjudicetur. § 28. I. d. R. D.

XLVI. Præterea junctura alia dicitur ferruminatio alia adplumbatura. Ferruminatio (*die Anschweifung*) est, qua metalla ejusdem generis, formata, vel non formata, sine interventu alterius materiæ, consolidantur: ut si ferrum ferro: brachium æreum, æreæ statuæ jungatur. Adplumbatura (*die Læthung*) est, qua duæ, ejusdem vel diversi generis, res, per dissimilem materiam, aut non per se invicem, sed per quoddam interveniens, coagmentantur vel conjunguntur: ut si vasi figulino ansa & operculum argenteum; item si plumbo, clavo, glutine, vel simili modo, brachium statuæ jungatur. Et quidem, si vel ferruminatione vel adplumbatura, res aliena meæ junigatur, veluti toti integrali, distinguendi sunt duo casus. Si enim i.) rei principali ita accedat aliquid, veluti pars
int̄e
Adjunctio-
nis species
sunt ferru-
minatio &
adplumbat-
ura.

integralis, tunc illa accessio cedit principalis,
& pertinet ad modum acquirendi, qui dicitur
adjunctio l. 27. pr. & §. 2 ff. de A.R.D. si
vero 2.) neutra res alteri ita accedat, prioris
domini res manet, quia separari potest. d.l.
27. pr. & §. 2. l. 12. §. 1. eod. l. 23. §. 5. l. 5. §. 1.
ff. de R. V.

*g. Inadifi-
cato.* XLVII. De inædificatione est regula ge-
neralis: Omne, quod solo inædificatur, solo
cedit §. 29. I. d. R. D. l. 7. §. 10. ff. de A.R.D.l.
39. pr. ff. de rivind.

*Unde, ex
aliena ma-
teria in suo
solo ædifi-
cans, est do-
minus ædi-
ficii:
Competunt
tamen do-
mino mate-
ria actiones.
L. 47, ff. t. 3.
de tigno
juncto.* XLVIII. Cum igitur in suo solo aliquis ex
aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur
dominus ædificii: ne ædifica rescindi, ne-
cessa sit. Competit autem domino pristinæ
materiæ, si b. f. quis materiam junxerit, ex-
stante ædificio, de jure civili, actio de tigno
juncto, ut duplum pretii pro ista materia
præstetur. d. §. 29. l. 23. §. 6. ff. de R. V. Ho-
diernis autem moribus solum simplum resti-
tuendum venit, nisi singulare interesse auctor
probare possit. Diruto ædificio materia ad pri-
stinam causam refertur, & potest dominus eam
vindicare & ad exhibendum agere, etiamsi
post tempus usucaptionis dissolutum sit ædi-
ficium. l. 23. §. fin. l. 59. ff. de R. V. nisi jam
duplum s. pretium rei sit consecutus. Sin
autem m. f. quis junxerit cohærente mate-
ria, datur itidem actio de tigno juncto in du-
plum, s. ad pretium & interesse præstandum,
ac præterea actio ad exhibendum, & rei vin-
dica-

dicatio, quia dolo desit possidere l. 1. pr.
 & § 2. l. 2. ff. de tigno junct. l. 23. §. 6. de R.
V. Diruto ædificio, adhuc potest ipsa res
 vindicari, licet m. f. possessor jam ante æsti-
 mationem & interesse restituerit. d. l. 2. ff.
 de ting. junct.

XLIX. Ex diverso, si quis in alieno solo ex sua materia ædificaverit, illius fit ædificium, cuius & solum est. §. 30. *I. d. t. l. 7. §. 12. l. 28. de A. R. D.* Is vero, qui ædificavit, vel 1.) est in possessione ædificii, & si dominus soli ædificium petat, nec solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, poterit per exceptionem doli mali repellere, si nescivit alienum esse solum: nam scienti potest objici culpa, quod temere ibi ædificaverit d. §. 30. Ex æquitate tamen & m. f. ædificanti concedendum est, ut sine dispendio domini areæ tollat ædificium, quod posuit. l. 37. ff. de R. *V.* l. 5. *C. eod. add. l. 38. ff. de pet. hered.* Vel 2. non est in possessione, & extante ædificio, ne quidem is, qui b. f. ædificavit, jur. Rom. actionem habet, qua pretium materiæ & impensas petat l. 48. ff. de R. *V.* l. 33. de condit. indeb. Moribus vero nostris, & bona & mala fide ædificantem etiam impensas, non modo per exceptionem retinere, sed & per actionem petere posse, putat Zipæus. *notit. jur. Belg. tit. de R. V. & A. R. D.* Grænevveg, d. *LL. de abrogat. ad. d. §. 30. I. de R. D.* aliter statuit, Carpzov. P. 3. C. 31. *d. 10.*

d. 10. Diruto forte ædificio, ad pristinum dominum materia redit, & non solum is, qui bona fide ædificaverat, materiam vindicare potest, sed & qui mala fidei possessor fuerat, dum ædificabat, *d. §. 30. l. d. t. junct. l. 2. C. de R. V.*

4. Planta^{tio}. L. De plantatione itidem similis obtinet regula; quod scilicet planta ejus sit, cuius est solum, in quo posita, modo cum terra coaluerit, & radices egerit: ante enim, quam radices egerit, illius permanet, cuius fuerat. *§. 31. l. d. t. l. 7. §. 13. ff. d. A.R.D.* Hinc, si vicini arbor ita terram meam prefficerit, ut in meum fundum radices solum egerit, mea sit arbor: & prope confinium posita, si etiam in vicinum fundum radices egerit, communis est, pro regione cuiusque prædii *dd. text.* quod tamen moribus vix observatur, seu attenditur.

5. Satio. LI. Qua ratione plantæ solo cedunt, eadem quoque ratione frumenta, quæ fata sunt in solo alieno, isti cedunt. *§. 32. d. t. l. d. R. D. l. 9. pr. ff. de A.R.D.* Competit tamen ei, qui alienum fundum sua impensa consevit, vel in eo plantavit, exceptio vel actio, ut dominus, qui fundum istum vindicat, vel tenet cum frumentis, ratione impensarum ipsi satisfaciat *dd. text. & l. 23. & 4. ff. de R. V.*

6. Scriptura- LII. Ratione scripturæ, itidem chartis, membranisve cedunt, quæ in iis scripta. *§. 33. l. d. R. D. add. l. 9. §. 1. ff. de A.R.D.*

LIII.

Pictura.
LIII. In pictura, ob singulare artificium, s. artis privilegium, singulariter obtinet, ut pictura tabulam ad se trahat. vid. §. 34. l. de R. D. l. 9. §. 2. ff. d. A. R. D. Unde, si pictor possideat, datur domino tabulæ actio ad petendum pretium tabulæ: si vero dominus possideat, pictor quidem vindicare potest picturam suam, sed dominus juste eam retinet, usque dum ratione tabulæ ipsi satisfactum d. l. text. add. l. 23. §. 3. & 4 ff. de R. V. Hoc quod de pictura diximus, etiam moribus nostris in scriptura obtinere volunt ita, ut etiam charta cedat scripturæ. Grot. *introd.* l. 2. c. 8. Myns. *ad I. b.* Schulz. *ad §. 33. de R. D.*

*Præterea
b. f. fundum
alienum co-
lanti cedant
fructus.*
LIV. Porro accessio quædam est ratione rei alienæ, præprimis naturalis, quandoque industrialis, quam nimirum b. f. possessor omnes fructus, quos ex re, non aliter sciens, quam rem esse suam, percipit, acquirit pro cultura & cura, justa opinione domini, & perinde ut a domino adhibita. §. 35. l. de R. D. l. 48. ff. de A. R. D. nulla distinctione facta, cuius conditionis sint fructus: quod & usus probat, teste Rebuffio *ad Constit. Reg. de fruct. ad art. 1.* Johan. a Sande l. 5. dec. Fris. tit. 15. de 1. Joh. Schneidevv. ad. d. §. 35. num. 5. Si vero dominus postea superveniat, & fundum vindicet, extantes, una cum fundo, repeteret potest. d. §. 35. l. 22. C. de R. V. secundum usum receptum etiam id, quod ex consumtis est lucratus, seu quantum ex iis est locupletior

*nōm. f.
possessor.*

factus. Hartman. Pistor. l. 4. q. 25. & 26. n. 19. Carpzov. p. 3. c. 33. d. 28. Cæterum, qui alienum fundum sciens, & ita mala fide, possedit, non tantum fructus extantes, sed etiam perceptos, eosque, quos diligens paternam. percipere potuisset, cum ipsa re, restituere tenetur, deductis solum impensis necessariis, d. §. 35. I. de R. D. l. 22. C. de R. V. §. 2. f. de off. iud.

*Uſufructua-
rius etiam
acquirit
fructus.*

*Fortuita
accessio.*

LV. Præterea sciendum, quod usufructuarius quoque, item colonus, ex re aliena fructus percipient, & suos faciant, sed ex voluntate domini. §. 36. 37. & 38 d. t. I. d. R. D.

LVI. Fortuita accessio est thesauri, in fundo nostro forte fortuna inventi l. 63. § 1. & 3. ff. de A. R. D. l. un. C. de thesaur. Et quidem, si quis ipse in proprio loco, data licet opera, absque tamen magicis artibus, inventit thesaurum, ipsius est totus. §. 39. I. de R. D. arg. l. 63. pr. & §. seqq. ff. de A. R. D. At si quis in alieno loco, non data opera, invenerit, dimidium thesauri inventi domino foli, & alterum dimidium inventori cedit, add. Constit. Elect. p. 2. C. 53. ubi vid. Carpz. Sin autem aliis data opera in alieno fundo thesaurum invenit, totus domini est d. l. un. C. de thesaur.. Est autem thesaurus quædam vetus depositio pecuniae, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. l. 31. §. 1. ff. de A. R. D. Quando igitur saltem probabiliter constat de domino pecuniae, non

non acquiritur quicquam inventori, sed tota domino ejusve heredi restituenda. Carpzov. *de Const.* § 3. d. 7. n. 4. Volunt non nulli, thesaurum ad fiscum pertinere. Grot. *de jur. bell.* & pac. l. 2. c. 8. n. 7. Peregrin. *de jur. fisc.* l. 4. c. 2. verum res judicatae hac de re variant, ut videre est apud. Christineum vol. 5. *decis.* 16. & 17. Gregor. Tholos. Synt. l. 3. c. 11. num. 6. Grot. *introd.* l. 2. c. 4. In dubio itaque contra fiscum respondendum, & jus commune Romanum attendendum.

Carpzov. d. l.

LVII. Ex domini prioris voluntate in alterum transfertur dominium, vel ita, ut in personam certam voluntas conferatur. §. 40. & seqq. *I. de rer. divis.* vel in personam incertam. §. 45. (al. ed. 46.) *I. d. t.* Prius fit per traditionem, quæ est actus, quo dominium ab eo, qui habet potestatem, & animum quid transferendi, in alium accipientem transferatur, d. §. 40. *I. l. 9.* §. 3. ff. *de A. R. D.*

LVIII. Requiritur ergo 1.) ut tradens habeat potestatem transferendi, seu alienandi. *Hujus rea-* *pr. I. quib. alien. lic. vel non.* 2.) ut habeat animum transferendi, qui exprimitur per titulum seu causam, ad transferendum dominum habilem. d. §. 40. 3.) ut fiat traditio vacue possessionis & alter rem accipiat. *l. 30. l. 46. &* 47. ff. *de R. V. l. 36. ff. de A. R. D.* atque isthæc traditio & apprehensio ad acquirendam possessionem semper est nec essaria, *l. 23. pr. ff. de*

acquir. vel amit. poss. licet dominium aliquando ex speciali legis dispositione, etiam sine traditione acquiratur. l. 80. ff. de leg. 2. l. 44.

§. 1. ff. d. leg. 1.

LIX. In causa itaque seu titulo consistit promissio seu obligatio, & jus ad rem. l. 3. pr. ff. de O. & A. l. 126. §. 1. ff. de verb. obl. per traditionem vero ipsum dominium constituitur & acquiritur. l. 20. C. de paet. add. Syntagm. nostr. Feud. cap. 7. aph. 2. Illud, quoad, traditionem ex caussa emtionis, singulare est, quod dominium non transseat per solam traditionem, nisi quoque pretium rei emtæ venditori sit solutum, vel alio modo ei satisfactum, vel etiam venditor fidem de pretio expresse habuerit. §. 41. I. de R. D. l. 19. ff. de contrah. emt. l. 5. §. 18. ff. de tribut. action.

LX. Est vero traditio alia propria, rerum scil. corporalium. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D. alia analogica, rerum nim. incorporalium, quæ licet per se tradi nequeant, l. ult. ff. de servit. cum rebus tamen, quibus inhærent, traditis, vel patientia domini, alium re sua uti patientis, & ipsæ ut qs. possessæ, sic etiam qs. traditæ censentur, d. l. ult. it. l. 11. §. 1. ff. de publ. inrem. act. l. 3. pr. ff. de usufr. l. 1. §. ult. de servit. rust. præd. l. 6. §. 1. ff. si servit. vind. l. 3. §. 2. ff. de action. emt

*Discernen-
de est pro-
missio ab
ipsa con-
stitutione.*

*Traditio a-
lia est pro-
pria, alia
analogica.*

*Modi tra-
dendi vel*

LXI. Propriæ traditionis modi, per quos acquiritur, sunt vel veri, nim, cum res de manu

manu in manum nobis traditur, qui modus, *veri, vel
maxime proprius, mobilibus rebus competit, fidei.*
*l. 3. §. 3. in fin. ff. de acquir. vel amitt. poss.
vel ficti, scil. i.) cum res brevi manu tradi-
tur, l. 43. §. 1. ff. de jur. dot. ut si quis rem
suam alteri locatam, commodatam, depo-
fitam, &c. postea permittat, ex causa vendi-
tionis vel donationis, apud ipsum permanere:
tunc enim fingitur, ac perinde est, ac si res
mea v. g. deposita, mihi redditam, & a me illi
vicissim, ex emtionis similive titulo, tradita sit.
 vid. l. 9. §. 5. ff. de A. R. D. l. 21. pr. ff. de ac-
quir. vel amitt. poss. l. 18. ff. de præcar. l. 6. ff.
de donat. l. 62. pr. ff. de evict. l. 15. ff. de reb.
cred. l. 9. §. 5. ff. de A. R. D. Huc etiam per-
tinet, cum quis constituit, se rem, ante suam,
nunc alieno nomine possidere. vid. l. 18. pr.
*l. 21. pr. & §. 3. ff. de acquir. vel amitt.
poss. l. 77. ff. de R. V. l. 28. C. de don. §. 42.
I. de R. D. Tiraq. tract. de const. possess. 2.)*
 cum langa munu restraditur, vel proprius de-
monstrata, vid. l. 79. ff. de solut. l. 1. §. 21.
*l. 51. l. 18. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. poss.
vel e longinquo. d. l. 18. §. 2. verb. in mea
ture. Aliquando symbola quædam adhi-
bentur, rem repræsentantia: veluti. si quis tra-
ditione clavium res inclusas, §. 44. (al. edit.
45. I. de R. D. l. 9. §. 6. ff. de A. R. D. I.
74. ff. de contrah. emt l. 1. §. 21. infin. de
acquir. vel amitt. poss. traditione instru-
menti, h. e. documenti litterarii, res isthoc**

instrumento descriptas, cuidam tradidisse sub-intelligitur. *l. 1. C. de donat. l. 77. ff. de R. V.* Sic etiam consignatione rei emtæ qs. traditio fieri solet, quando nimitum per eandem, venditione jubente, emtor merces suas emtas, tanquam sibi traditas, ab aliarum mercium numero segregat. *l. 14. §. 1. ff. de peric. & comod. rei. vend.*

*2. jactum mis-
filium (vid.
§. 58. su-
pra)*

LXII. In personam incertam collata voluntas domini, transfert rei proprietatem, quando quis missilia jactat in vulgus: ignorat enim, quid quisque excepturus fit, & tamen quia vult, quod quisque acceperit, id ejus esse statim eum dominum efficit. *§. 45. (al. 46.) I. de R. D. l. 9. §. 7. ff. de A. R. D.* Si mili ratione, si rem pro derelicto habitam, h. e. eo animo abjectam, ut dominus in numero rerum suarum eam esse nolit, quis occupaverit, dominus fit. *§. 46. (al. 47.) l. d. t. tot. tit. ff. pro derel.*

*Alia oftra-
tio jactus ex
navis facti,*

LXIII. Alia est caussa earum rerum quæ navis levandæ caussa, tempore naufragii ejiciuntur, quæ prioris dominii manent, quia parlam est, non eo animo illas ejici, quod quis eas habere non velit, sed qno magis, cum ipsa navi periculum maris effugiat: qua de caussa si quis eas fluctibus expulsus, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furturn committit. *§. ult. I. de R. D. l. 43. §. II. ff. de furt. l. 8. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 21. §. 1. & 2. ff. de acquir. vel amitt. poss. Unde etiam*

etiam naufragorum bona dominis esse relinqua, & fisco non deferenda, constitutum est in l. 1. C. de naufr. auth. navigia. C. de furt. P. H. O. art. 218. add. Stipmann. de jur. marit. p. 5. c. I.

LXIV. Multo magis res casu amissæ; v. c. ~~ut & roicar~~
quæ de rheda currente cadunt, dominorum ~~su~~ amissa.
permanent, nec ad inventores pertinent. d.
§. ult. inf. I. de R. D. Si tamen quis tulit,
redditurus ei, qui desiderasset, furti non ob-
ligatur : & solent plerique libellum propone-
re, seu per proclamationem publicam signi-
ficare, se rem aliquam invenisse, & reddituros
ei, qui desideraverit, & dominium probave-
rit. l. 43. §. 8. ff. de furt. & tunc inventionis
præmia non quidem peti, sed sponte oblata,
aut promissa, accipi possunt, d. l. 43. §. 9. de
furt. conf. l. 15. ff. d. P. V. Quod vero
post libellum propositum, vel publicam pro-
clamationem, nemo appareat, qui rem in-
ventam repetat ; communiter inventor, elab-
pto tempore, quod præfigi domino solet, ad-
dicunt, monentes, divitem pie facturum esse,
si in usus & alimoniam pauperum converte-
rit. arg. auth. omnes peregrini C. commun. de
success. Carpzov. p. 3. C. 31. d. 18. num. 7.
jure Saxon. duæ partes fisco, tertia invento-
ri cedit. Carpzov. d. l. n. ult. add. Land-R.
art. 29. & 37. Sin proclamatione hac ne-
glecta, lucri sui causa, rem inventam occultet
clanculum, vel a se repartam, domino priva-
tim

tim publiceque inquirente, inficias eat inventor, furti se obstringit, & pro ratione circumstantiarum, si postea patefacta fuerit inventio, punitur. *Land-R. de art. 37. add. l. 43. §. 8. ff. d. furt. c. 6. it. c. 8. c. 14. q. 5.*

Add. *Lib. 2. Tit. I. I. de rer. divis. & acq. ipsar. domin.*

TIT. II.

DE

REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS ITEM MOBILIBUS ET IMMOBILIBUS.

L. I. ff. 18. I. Antequam reliquos modos acquirendi de divis dominium exponamus, sciendum est, quod rer. & qual res, quæ in patrimonio nostro sunt, sint vel *Res corporales,* corporales, vel incorporales. Res corporales dicuntur ipsa corpora naturalia, atque ex his efformata artificialia, quæ ab aliquo externo, quo percipi possunt, sensu describuntur, quod tangi possint. *§. un. I. de reb. corp. & incorp. l. I. §. I. ff. de divis rer. & qual.* Incorporales sunt relationes, seu qualitates quædam morales, quas jus, circa personas & res corporales, produxit, unde *dd. text.* dicuntur *in jure consistere,* & e contrario describuntur, quod tangi non possint, ut servitutes, obligaciones &c. *dd. text.*

Res mobilis, II. Porro res distinguuntur in mobiles & immobiles. *l. 15. §. 2. ff. de re jud.* quæ distinctio, licet propria spectet ad res corporales,

les, per analogiam tamen aliquando etiam ad jura, seu res incorpores, accommodatur! Res mobiles sunt, quæ manentes integræ vel salvæ, de loco suo moveri, ac in alium transferri commode possunt: sive principium motus in ipsis natura sit, ut sunt equi, boves, oves; sive ab alio moveantur. *l. 93. ff. de V.S.* Non autem satis constat inter Interpp. quid dicendum sit de mercibus in tabernis, nec non lectis in divertoriis: qua de re consulas Menoch. *l. 4. præsumpt. c. 137. n. 4.* Coler. *dec. 286. n. 154.* Berlich. *p. 3. concl. 30. n. 22. & p. 2. concl. 29. num. 39.* Carpzov. *p. 3. C. 24. d. 9. & 10.* Richter. *de success. fœt. 4 membr. 2. num. 13.* addi etiam potest rescript. Elect. Sax. quod citat Berlich. *de conclus. 29. n. 8.* item de molendinis navalibus vid. Syntagm. nostr. Feud. cap. 6. aph. 11. nec non de alveis apum Cueva. *decis. 26 n. 34.*

III. Res vero immobiles sunt vel naturaliter, vel civiliter tales. Naturaliter immobilis est res corporalis, quæ natura sua moveri nequit; ipsum nim. solum, fundus, ager, aut solo natura arteve firmiter cohærens. Civiliter pro re immobili habetur aliquando, certis in materiis, res corporalis, natura mobilis, quæ ad rem quandam immobilem pertinet ita, ut ab ista civiliter separari nequeat. Exempla legas apud Carpz. *p. 1. C. 5. d. 19.* Mev. *ad jus Lubec. l. 3. tit. 5. art. 5. n. 8.*

analogicæ,

IV. Porro per analogiam ex rebus incorporalibus (quæ sua natura neque mobiles, neque immobiles sunt) modo mobilo modo immobilibus adnumerantur, rebus mobilibus accensentur istæ, quæ rei mobili inhærent, & ratione rei mobilis competit, vel ad petendam rem mobilem destinatae sunt: ut nomina personalia, & actio v. g. ex mutuo. Rebus autem immobilibus æquiparantur res incorpores, quæ rebus immobilibus inhærent, ac ratione earundem competit; uti actio-nes, quibus res immobiles persequimur, & quæ alias, ob perpetuum usum immobilibus accedunt: ut jurisdictione, servitutes, reditus annui, pecunia, ex rebus hereditariis immobilibus, distinctis terminis debita, (*Erbgeld, so unbetagt ist*) vid Gail. l. 2. c. 10. Coler. decis. 69. n. 9. & de processu exec. P. I. c. 3. n. 244.

Add. L. 2. T. 2. I. de reb. corpor. & incorp.

TIT. III.

DE SERVITUTIBUS.

Servitutis I. Servitus in genere est jus, aliena in re *descriptio* constitutum, quo libertas, domino alias in re L. 8. ff. t. 1. competens, adimitur ita, ut ad alterius utilitatem aliquid in suo patitur, vel non face-re. l. 15. §. 1. ff. de servit. §. 4. I. de servit.

Divisio in vel mediate, vel immediate: hinc aliæ servi-tutes personales, ubi utilitas ex re aliena im-personales. me-

mediate ipsi personæ obvenit, ut sunt usus-fructus, operæ servorum, usus, habitatio; aliæ reales, seu prædiales, ubi ex realia, per rem nostram utilitatem capimus, & ita proxime res ista, s. prædium alienum, prædio nostro servit. l. 1. ff. de servit.

III. Servitutes prædiorum aiiæ sunt præ-
diorum rusticorum, aliæ urbanorum. Illæ di-
cuntur, quando prædium rusticum alienum
vicini prædio rustico utilitatem præbet: hæ
dicuntur, quando prædium urbanum vicino
prædio urbano utilitatem præbet. Dicuntur
vero prædia rustica, quæ usum rusticum ha-
bent: ut ipsi agri, ædificia ad agros colendos,
fructus colligendos, & pecora habenda, spe-
ctantia l. 211. l. 180. pr. ff. V. S. Urbana, quo-
rum usus est urbanus: & ædificia omnia, ad in-
habitandum, commercia exercenda, exstructa
§. 1. I. de servit. l. 1. comm. præd. junct. l. 198. ff.
d. V. S. l. 16. C. de præd. & al. reb. min.

IV. Potiora & frequentiora rusticorum potiora jus
prædiorum jura sunt hæc 1.) iter, quod est rapatio-
nus eundi, ambulandi, hominis per vicinum rum rusticorum
prædium ad nostrum, ipsius prædii causa pr. coruus sunt
I. de serv. l. 1. ff. de serv. præd. rust. 1. iter,
L 8. ff. t. 3.

V. 2.) Actus (*Viehtrift*) qui est jus agendi de serv.
jumentum vel vehiculum per prædium alie- præd. rust.
num ad nostrum, d. l. 1. ff. de serv. præd. rust. 2. actus,
& d. §. 1. I. eod.

VI. 3) Via, quæ est jus eundi, ambulandi, 3. via
agendi, & omnia, quæ ad nostri prædii utili- ta.

tatem spectant, vehendi, ducenti, ferendi, atque trahendi per prædium alienum, certam à lege determinatam habens latitudinem l. 7. ff. l. 13. §. 2. ff. de servit. præd. rust.

qua vel est privata. VII. Distinguitur autem via in privatam & publicam; de privata hic agitur, per agros nimirum privatorum concessa, qua vicinis propter prædia sua uti licet: hujus latitudo in porrectum octo, in anfracsum 16. pedes continere debet d. l. 8. ff. de serv. præd. rust. Similiter & moribus obtinere tradunt, quod itineris servitus, cuius latitudo jure definita non est, ut plurium trium, aut quatuor sit pedum: viæ autem latitudo ad minimum octo: aut si illa plurimum communis futura sit, 12. pedum ut currus sibi invicem cedere possint. *Land. R. lib. 2. art. 59.*

vel publica. Quid obtraneat, currit in via arcta sibi occurrentibus. VIII. Via publica huc non pertinet; hujus solum est publicum, & omnibus patet, & hodie ad regalia pertinet. Cum vero plurimis in locis etiam viæ publicæ adeo arctæ sint, ut currus directe sibi occurrentes, non possint pertransire, nisi alteruter aut retro cedat, aut extra viam deflectat; ideo hic obiter monebimus, quid tunc obtineat. Jure nim. Saxon. quod & moribus alijs convenit, minores currus majoribus, pedites equitantibus, equitanter currum agentibus, & inter currus vacuoneras, cedere debent, per pontem transiit, qui prior cum clamore, vel signo dato ascendit, ab altero expectari debet; aut si viæ re-

receptaculum adeo angustum sit, ut alter obviantum currū suum retro ducere teneatur, ejus conditio potior sit, qui prior viam ingressus est; quibus adde, quod cæteris paribus hi, qui proximiores sunt, unde exirent, his, qui remotiores, cedere debeant; quæ communiter ita ab aurigis observantur, ut qui extra eum modum, & communem usum, damnum aliquod intulerit, ad damnum & interesse resfarienduni teneatur, add. *Land-R. l. 2. art. 59.* Nicol. van. der Hoogh. *singul. jur. 21.* Ordinat. Noriberg. qua cautum, ut currui onusto in via regia cedat vacuus. vel levius oneratus; carrus cedat currui; vehiculum meritorum, qua personæ solum videntur, curri vel vehiculo onusto; & denique, qui ex urbe vechit currus, cedat urbem ingressuro.

IX. 4.) Aquæ ductus, qui est jus aquæ ^{4. aqua} ~~ducens.~~ ducendæ per fundum alienum ad utilitatem sui fundi. *l. 1. pr. ff. de serv. præd. rust.* qui fieri solet vel canalibus, vel fossa, ducta ex aqua publica, vel privata. Ex aqua publica quidem cuivis aquam ducere licet, nisi quantum lege, aut statuto, est prohibitum, aut aqua in publico navigabilis est *l. 2. ff. de flum. l. 17. de servit. rust. præd. l. 10. §. fin. ff. de aqua & aquæ pluv. arc.* add. Manz. *tr. de servit. real. Grot. introd. in jus Belg. l. 2. c. 2. n. 12.* Similis est servitus aquæ educendæ, quando nimis per alienum fundum superflua, vel inuti-

lis

lis aqua ex fundo nostro oneratur, & per fulcos & canales educitur. l. 29. ff. de serv. præd. rust.

*s. aqua
haustus,*

X. 5.) Aque haustus, qui est jus aquam ex privato vicini flumine, fonte vel puteo, ad vicini prudii vel illorum, qui in illo versantur, usum hauriendi l. 5. §. 1. l. 9. ff. d. t.

*o. pecoris
ad aquam
appulsus.*

XI. 6.) pecoris ad aquam appulsus, qui est jus pecora prædii mei, ad vicini fundi fontem aquasve, aquandi causa, abigendi. l. 4. l. 5. ff. eod.

*z. 'jus 'pa-
scendi.*

XII. 7.) Jus pascendi, quod est jus in alieno fundo pascendi pecora nostri prædii §. 2. I. de servit. l. 1. §. 1. ff. de servit. præd. rust. Tempus vero & modus hujus servitutis variat secundum diversas tum conventiones, tum locorum consuetudines, add. Berlich. p. 2. concl. 47. Carpzov. p. 2. C. 41. d. 2. § 4. Quod si vero hoc jus pascendi ita constitutum habeat vicinus dominans, in vicini servientis prædio, ut ille hunc à pastu, pro suo pecore, non excludat sed vicinus serviens, vicini dominantis pecus in suo simile admittat; illud æquo jure admittere cogitur, idque jus compascui (*die Koppelweyde*) vocatur: à qua tamen communione recedere serviens potest, si, vitandæ contentionis gratia, vicino dominantι partem pascuorum servientium dimidiam cedere, & altera pro suo pecore contentus esse velit. Carpzov. d. p. 2. Const. 41. def. 9.

Alio servit.

XIII. Porro huc etiam referunt jus calcis

coquendæ, jus arenæ fodiendæ, pedamenta sumendi, lapides eximendi, lignandi &c. scil. in alieno fundo ad commodum nostri prædii ^{servitutes rusticae,}
b. 5. l. 6. ff. de servit. præd. rust.

Add. L. 1. tit. 3. pr. & §. 2. I. de serv. prædior.

TIT. IV.

DE

SERVITUTIBUS URBANORUM PRÆDIORUM.

I. Prædiorum urbanorum servitutes sunt *Servitutum urbanorum prædiorum descrip-*
hæ, quæ ædificiis s. prædiis, usum urbanum *sunt 1. ser-*
habentibus, inhærent, & à prædio vicino *vitus oneris ferendi.*
alieno debentur. §. 1. I. de serv. præd. &c. Cu-
jusmodi servitus est i.) oneris ferendi, qua
nim. paries, vel columna, onus nostrarum
ædium sustinere debet *l. 33. ff. de servit. ur-*
ban. præd. l. 11. §. fin. eod. Ut igitur onus *L. s. ff. t. 2.*
hoc sustineri possit, debens hanc servitatem *de servit.*
ad reficiendum parietem, vel columnam te-
netur. *d. l. 33. & l. 6. §. 2. ff. si serv. vind.*
Absque hac servitute constituta, nemo alterius parieti, imo nec communis parieti, nisi pro parte dimidia, inaedificare potest. vid. Menoch. *de præf. l. 6. præf. 73. n. 23.* Chri-
stian. *ad LL. Mechlin. tit. 14. art. 12.* Cæ-
poll. *de servit. urban. præd. c. 36. n. 10.* Cæ-
terum parietes, ipsis vicinorum conterminis
seu limitibus, dimidiatis impositi communi-
nes fiunt, arg. §. 31. in fin. I. de R. D. pro-
que iis præsumitur, nisi proprietas probe-
tur.

tur. Ethoc jure utimur in communi dividendo judicio, ut omnium separationum intermedia sunt communia, nisi propria alicujus probentur. confer. l. 9 *C. de ædif. priv.* ibique Grönev. & l. ult. *C. fin. reg.* ibique Busius, add. Caspar Manzius *tr. de muro commun.*

*2. tigni im-
mittendi,*

II. 2.) Servitus tigni immittendi, qua trahem, vel quid aliud, quo ædes contignantur, in parietem vicini licet immittere, ut in eo requiescat. l. 2. l. 20 *pr. l. 25. ff. de serv. urb. præd. l. 242. §. 1. ff. d. V. S.*

*3. projici-
endi,*

III. 3.) Servitus projiciendi protegendive, qua tignum, vel ædificatum quid, in ædibus nostris quiescit, supra alienas vero ædes, vel arcas protenditur. *d. l. 242. §. 1. ff. de V. S. l. 20. pr. ff. de serv. urban. pr.* Huc etiam spestant fuggrandia, h. e. partes tecti porrectiores adversus imbrem.

*4. altius
tollendi, &
5. altius
non tollendi*

IV. 4.) Servitus altius tollendi, & 5.) Servitus altius non tollendi: quas servitutes ita discernimus, ut illam dicamus, qua quis, etiam cum damno suo, tenetur pati, alterum ad utilitatem suam ædes altius tollere; hanc vero, qua quis, in vicinarum ædium utilitatem, cogitur ædes suas habere depresso. *l. 11. & 12. ff. de serv. urban. præd. §. 2. I. de action.*

*6. luminum
& 7. ne lu-
minibus of-
ficiatur,*

V. 6.) Servitus luminum, & 7.) ne minibus officiatur; quas simili ratione distinguimus: illam dicentes, qua vicinus nostra lumina, seu nostras fenestras, quibus lumen haurimus, cœlumque intuemur, excipere co-
gi.

gitur l. 4. junct. l. 16. ff. de servit. urb. præd. hanc vero nominantes, qua non potest facere quicquam vicinus, quo quævis ædium nostrarum lumina obscurantur. d. l. 4. l. 15. l. 17. pr. §. 1. & 2. l. 22. pr. ff. de serv. urban. præd. vid. pluribus hæc exponentem Cæpoldlam de serv. præd. c. 36.

VI. 8.) Servitus prospiciendi s. prospectus, & 9.) ne prospectui officiatur. Illam appellamus, qua vicinus pati tenetur, & impedire nequit, nos prospicere ex nostris ædibus in ejus prædium vel hortum §. 2. I. de action. l. 12. l. 16. ff. de servit. urban. præd. hanc vocamus, quæ quis in prædio suo non potest quicquam facere, quod libero quaqua versum prospectui, in quævis loca nobis grata & amœna, obstat. l. 15. ff. eod. conf. l. 12. §. 3. C. de ædif. priv.

VII. 10.) Servitus stillicidii avertendi s. recipiendi, & 11. stillicidii non avertendi s. non recipiendi. Illa est, qua in ædes vel aream vicini, aquam, ex nostris tectis cadentem, vicinus non avertere, sed in suum tectum, vel aream eam decidere, pati debet, l. 2. l. 20. §. 2. & seqq. ff. de servit. urb. præd. add. Land-R. l. 2. art. 49. pr Weichbild. art. 124. Hæc est, qua vicinus stillicidium suum, ex tecto suo defluens, in suam aream vel cisternam derivare prohibetur, sed, ut in aream vel cisternam vicini defluat, pati cogitur. d. l. 2.

VIII. Eadem est ratio 12. fluminis aver- 12. fluminis, tendi recipiendi

& 13. non tendi, seu recipiendi, & 13.) fluminis non *a-*
recipiendi, vertendi, seu non recipiendi. *l. 1. ff. d. serv.*
præd. urb. §. 1. I. *de serv.* Ita ut illa sit, quæ
 flumen, h. e. aquam collectam ex pluvia &
 per canales, tubos, instar fluminis profluen-
 tem ex nostris ædibus tenetur vicinus susci-
 pere; hæc vero sit, qua vicino non licet flu-
 men, ex suis ædificiis veniens, a nostro aver-
 tere prædio, ob commodum, quod hoc inde
 habet. *arg. dd. text.*

14. cloaca,

IX. 14.) Denique est servitus cloacæ, quæ
 est jus, quo vicinus colluviem folidam, &
 in sua area collectam in vicini aream immit-
 tit. *l. 7. ff. de servit. junct. l. 1. ff. de cloac.*

Add. *Lib. 2. tit. 3. §. 1. I. de servit. prædior.*

TIT. V.

COMMUNIA PRÆDIORUM TAM URBANORUM QUAM RUSTICORUM.

Constitui-
servitus
vel officio
judicis.
L. 8 ff. 1. 4.
comm.
præd. dam
rust. quam
urb.

I. Communia prædiorum sunt ea, quæ spe-
 tur servitus etant ad servitutum constitutionem. Consti-
 tuitur servitus vel officio judicis, aliquando in
 judicis divisoriis, vid. *l. 22. §. 3. ff. fam. herc.*
 prætereat, si quis fundum, confinibus undi-
 que, prædiis non servientibus, circumda-
 tum, habeat, eumque nequeat adire, tunc
 compellat judex proximum vicinum, ut adi-
 tum concedat. *arg. l. fin. ff. de servit. præd.*
urban. l. 20. pr. ff. si servit, vind. l. 44. §. fin.
ff. de leg. 1. l. 15. §. 1. ff. de usu & usufr. leg.

vol. volun-

II. Vel conceditur voluntate domini; in
 qua

qua concessione consideranda i.) personæ, *tato domi-*
 2.) prædia, 3.) modus. Persona concedens *si, ubi con-*
 est dominus prædii servientis. *l. 1. §. 1. l. 6. L. 8. ff. comm. præd.* Qui utile solum domi-
 nium, vel etiam revocabile habent, possunt
 etiam servitutes concedere, sed non diutius
 duraturas, quam ipsorum dominium subsistit,
 add. *text. 2. feud. 8. l. ult. C. de reb. alien. non*
alien. Acquirit servitutem prædio itidem hu- *& acquisi-*
jus prædii dominantis dominis. l. 5. ff. comm. tens,
præd. Potest quoque utilis dominus servitu-
 tem acquirere fundo. *l. 1. §. ult. ff. de superf. 2.*
feud. 8. §. 1. & 2. feud. 28. §. si vasallus. Non
 vero usufructuarius, *l. 15. §. 7. ff. de usufr.*

III. Prædia ad servitutem constituendam *à prædiis,*
 necessario sunt duo §. 3. *I. de serv. l. 1. §. 1. ff.*
commun. præd. in quibus requiritur i.) ut sint
 vicinali. *l. 5. de servit. rust. præd.* vicinitas autem
 non tam ex prædiorum contiguitate, quam ex
 usu, seu commoditate utendi, aestimanda est.
vid. l. 7. §. ult. l. ult. ff. de servit. præd. rust. l. 1.
pr. l. 17. de servit. præd. urb. 2.) ut ita com-
 parata sint, ut dominans utilitatem capiat ex
 prædio serviente. *l. 15. ff. de serv. l. 16. ff.*
comm. præd. 3.) ut in his prædiis caussa servi-
 tutis sit continua & perpetua, atque inde fa-
 cultas utendi semper adsit. *l. 28. ff. de servit.*
præd. urb. licet non semper exerceatur, vel
 quia sic conventum, vel quia non est opus.

*s. modus
concedendi:
ubi discer-
nenda pro-
missio.*

IV. In modo concedendi distingueda est promissio servitutis realis, ab ipsa constitutione, & acquisitione, l. 136. §. 1. ff. de V. O. Promissio fit vel per conventionem inter vivos, vel ultima voluntate: utraque vel pure, vel sub conditione; vel ex die, vel in diem. l. 4. pr. ff. servit. Promissio, conventione pure facta, coincidit quidem aliquando tempore cum constitutione, in negativis scil. servitibus, seu quibus quis aliquid non facere tetetur: natura tamen, & re ipsa differt; quod multo magis obtinet in promissione sub conditione, vel in diem facta, ubi obligatio statim oritur; sed constituitur demum patientia, posteaquam conditio extitit, vel dies venit. l. 23. §. ult. ff. de serv. urban. præd. l. 10. de serv. rust. præd. Operatur hæc promissio solum jus ad rem, & actionem personalem, l. 4. pr. ff. de servitut.

*ab ipsa con-
stitutione
f. 10. ita*

V. Constituitur promissa servitus patientia in affirmativis, h. e. quibus quis aliquid pati cogitur, vel intermissione ejus, quod alias facere possumus, in negativis: ita enim qs. tradita censetur servitus, l. ult. de servit. l. 11. §. 1. de publ. in rem. act. l. 3. §. 2 ff. de actione emt.

*quando
f. 10.
constituitur
f. 10.*

VI. Atque ita constituitur a domino, & consequenter acquiritur servitus, expressa veri domini concessione. Quod si vero, vel non dominus, ut b. f. possessor, ita constituerit servitatem; vel ipse verus dominus (aut b.

f.

f. possessor) non constituerit, sed tamen alter non vi, nec clam, nec precario servitute utatur, domino possessore ve patiente, vel prohibitioni, qua vicinus in commodum sui prædii interdicit ei, nec faciat aliquid in re propria, acquiescat: tunc utroque casu, continuato illo usu, & in hoc consistente qs possessione, per longum tempus præscriptione acquiritur servitus. *l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp.* nec requiritur præcedens titulus, sed ipsa patientia est vice tituli, & includit, præsumtam certe quidem, scientiam, *l. 10. ff. si serv. vind. vid. Carpz. Lib. 1. Resp. 36.* aliquando autem longissimi temporis præscriptioni est opus, si solus error caussam istiusmodi qs. possessione servitutis dederit. *l. 5. C. de præscript. long. temp. junct. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* aut si mala fide quis servitutem sibi sumferit. *l. 3. l. 8. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Cæterum jur. Saxon. etiam prioribus illius casibus 30. anni, unus annus, septimanæ, & tres dies requiruntur.

Add. L. 2. tit. 3. § 3. & ult. I. de servit. prædior.

TIT. VI.

DE

IPSA SERVITUTE CONSTITUTA ET INDE ORIENTE ACTIONE.

I. Constituta ita servitute, prædio illa semper inhæret, & illo ad alium translato, & *ius ipsum* *constituum.*

ipsa transfertur. l. 23. §. 2. ff. de servit. rust. præd. Et qui habet suo prædio constitutam servitutem, perpetuo uti illa potest, quantum tamen suo prædio utile est, l. 5. l. 24. l. 29. ff. de servit. rusticor. præd. Servitutem autem servitutis constituere non potest. l. 1. ff. de usu & usufr. leg. Nec alterius prædio commoditatem concedere, nisi hoc ipsi singulari conventione permisum. l. 33. §. 1. ff. de servit. præd. rust.

Unde oritur actio con-
fessoria. II. Ex servitute constituta datur actio con-
 fessoria, quæ est actio in rem, qua is, cui ser-
 vitus constituta, contra quem vis ipsum im-
 pedientem, vel istam detinentem, intendit, ut
 si serv. vind. L. 8 ff. t. 5. declaretur, servitutem ad se pertinere, ac pro-
 vel ad al. pert. neg. inde liberum illius usum ipsi permittendum,
 tot. tit. si servit. vind. §. 2. I. de action. add.
 Corpz. Lib. 1. Resp. 69. & 70.

Incumbit igitur afferenti servi- tute temp- batio. III. Incumbit igitur actori probatio; si-
 fit in qs. possessione servitutis constitutus, si-
 ve non, servitutem sibi constitutam esse; quia
 quælibet res præsumitur libera. arg. l. 9. C.
 de serv. & aqua.

E contrario datur, pro libertate. actio nega- toria. IV. E contrario competit etiam actio ne-
 gatoria, qua dominus adversus eum, qui ser-
 vitutem in ipsius re prætendit, rem liberam
 declarari intendit. l. 2. pr. l. 4. §. 2. l. 7.
 l. 14. ff. si servit. vind. vel ad al. pertin. neg.

Cajus fundamen- tum, libertas naturalis, qua dominus in re sua non tene-

tenetur aliquid pati, aut non facere. *dd. text.* *est libertas*
 Et cum hæc libertas præsumatur, istam haut *naturalis.*
 probare tenetur actor in hac actione, sed reus
 excipiendo affirmans, sibi servitutem deberi,
 eam probare deber; nisi actor in libello as-
 ferat, reum servitute in ipsius prædio vi aut
 clam uti, quæ violentia & clandestinata tunc
 probanda erit ab actore. vid Carpz. *d. lib. 1.*

R. 61. & 68-

VI. Cæterum accommodatur hodie actio
 confessoria utilis ad asserenda, & vindicanda
 alia jura incorporalia; necnon negotoria uti-
 lis, ad ea neganda.

*Accommo-
datur ultra-
que actio
hodie ad
alia jura-*

TIT. VII.

QUEMADMODUM SERVITUTES A- MITTANTUR.

I Amittuntur servitutes primo accidente
 aliquid in prædio: nim. 1. per confusionem, *Amittitur
servitus ac-
cidente in
prædio 1.
confusione.*
l. 1. ff. quemadm. serv. amitt. res enim pro-
 pria suo domino servitutem nullam debere
 potest, sed dominus jure dominii re sua uti-
 tur. *l. 26. ff. de servit. præd. urb. l. 10. ff. comm.
præd.* Si autem res ista rursus alienetur, re-
 viviscet servitus, *arg. l. 18 ff. de servit.*

*L. 3 ff. t. 6.
quemadm
serv. amitt*

2. interitu.

II Per interitum prædii vel dominan-
 tis, vel servientis. *l. 14. ff. quemadm. serv.
amitt.* quod tamen restringendum est ad eum

casum, quo totus servitutis locus interit & mutatur, ut restitui amplius non possit; restituta enim re, ipsa servitus q̄s, reviviscit, modo non tantum tempus intercedat, quo ipsa servitus non utendo amittitur. Sic sublato ædificio, cui stilicidii immittendi servitus debetur, & postea reædificato & restituto, pristina servitus redit, quoniam res eadem est propter aream, quæ remansit, etsi forma ædificii mutata fuerit. l. 20. §. 2. ff. de servit. iij. b. præd. exemplum quoque occurrit in l. 14. ff. quemad. serv. amitt. junct. l. 35. ff. de serv. rust. præd. conf. etiam l. 23. & 24. ff. quib. mod. ususfr. amitt.

*Amittitur
porro servi-
tus factò do-
mini remit-
tentis.*

III. Deinde amittuntur facto domini, scil. I. servitudinem remittentis, sive apertis verbis v.g. renunciatione l. 14. §. 1. ff. de servit. l. 6. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. sive tacite, permittendo in loco serviente id facere, quo servitus necessario impeditatur. l. 8. ff. quemadm. ser. amit.

negligentia.

IV. 2. Per negligentiam, cum dominus prædii dominantis, vel possessor illius, jure servitutis sibi constitutæ, per integrum, inter praesentes decennium, & inter absentes vicennium usus non fuit. l. 13. & seq. C. de servit. & aqua arg. l. 6. ff. §. 1. quemadm. serv. amitt. ita tamen, ut si servitus sit constituta, qua non nisi alternis, ternis aut quaternis vicibus uti licuit, tempus decennii dupletur. l. 7. ff. eod. l. f. C. de serv. & aqua. Si prædi-

um sit urbanum, hoc insuper requiritur, ut possessor servientis prædii quid agat, quo servitutis usum impediendo, sibi libertatem pariter acquirat. l. 6. l. 7. l. 32. pr. & §. 1. ff. de servit. urb. præd. l. 18. §. ult. ff. quemad. serv. am. Tutoris tamen vel curatoris negligētia, item mariti in dotis prædio, non obest pupillo, minori, uxorive l. 10. pr. quemadm. serv. amitt.

V. Denique ratione concessionis extinguitur servitus, tum i. Job resolutum jus concedentis: exemplum legas in l. II. §. I. quemadmodum serv. amitt. it. textu 2. feud. 8. in pr. tum 2.) per oppositam exceptionem, si nimirum adjunctum concessioni tempus veniat, vel conditio existat, l. 4. pr. ff. de serv.

TIT. VIII.

DE

SERVITUTIBUS PERSONALIBUS NIMUS
USUFRUCTU, USU, ET HABITATIONE.

I. Servitutes personales sunt ususfructus, *Uſusfructus* usus & habitatio. Ususfructus est jus alien. *definitio.* rebus utendi fruendi, salva rerum substantia, L. 7. ff. t. 1. l. 1. ff. de ususfr. pr. l. eod. hoc est, est servitus, *De uſufr.* que ex realiena omne emolumenntum, quod & quemadmodum quis salva rei substantia inde provenire potest, legitime percipimus *dd. text.*

II. In usufructu, qui voluntate domini conceditur, considerandæ sunt personæ; res; quando le-

ge, vel officio judicis defertur: aliis voluntate domini Personam concedens & acquirentes. modus. Aliquando vero ex singulari legis dispositione, vel officio judicis, ususfructus defertur, quos casus suis locis exponemus. add. Exerc. nostr. 12. tb. 5. §. 6.

III. Persona concedens est dominus, vel qui est loco domini, b. f. possessor. l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. L. 36. ff. de usufr., sive hic usumfructum sibi retineat, & alteri proprietatem concedat, sive ipse proprietatem retineat, & alteri usumfructum tribuat.

Res habiles. IV. Res habiles sunt, quae usum præbent, l. 41. ff. de usufr. ac utendo fruendo non absumuntur, sed post usum supersunt corpore suo integræ, §. 2. I. de usufr. sive mobiles s. immobiles d. §. 2. potest vero etiam omnium bonorum ususfructus constitui, ita, ut acquirenda quoque comprehendantur. l. 34. §. 2. l. 29. ff. de usufr.

Modus concedendi. V. In modo concedendi distinguenda est promissio ususfructus, ab ipsa constitutione, & acquisitione hujus servitutis. arg. l. 136. §. 1. ff. de V. O. Promissio fit vel pactis & conventionibus, vel ultima voluntate §. 1. I. de usufr. Ipsa constitutione & acquisitione fit traditione: si nim. res mobilis detur utenda fruenda. l. 7. pr. ff. usufr. quemadmodum cav. & in rem immobilem, ususfructus nomine, quis inducatur. l. 3. pr. ff. de usufr. vel quando quis patitur aliquem uti frui d. l. 3. pr.

VI. Aliquando & longi temporis præscriptione ususfructus acquiritur, si quis domino expresse haud concedente, b. f. re aliqua, domino paciente, longo tempore, nec vi, nec clam, nec precario, usus fuit. *l. f. C. de præscr. long. temp.* add. Johan. del Castello. *tr. de usufruct. l. 2. c. 68.* vel etiam longissimi temporis, si error subsit, aut mala fides, *l. 5. C. de præscr. long. temp.* junct. *l. 8. C. de præscr. 30.* vel 40, annor.

VII. Jus usufructuarii consistit in perce-
ptione commodorum inde provenientium, ratione quorum etiam onera ferre debet. Quod commoda attinet, percipit omnia emolumenta, quæ ex ipsa re, ejusve accessione salva rei substantia, percipi possunt: & in ejus arbitrio est, an velit ipse uti fruive, an vero alteri locare, vel vendere commoditatem utendi. *§. 1. de usu & habit.* add. *l. 7. l. 12.* *§. 2. de usufr.* Sed quid de metallifodinis & lapidicinis dicendum? distinctio hæc usu recepta est; usufructuarium quidem omnium bonorum, etiam uti frui metallifodinis & lapidicinis, si in ea metallorum & lapidum materia renascatur quotannis: sin vero non renascatur, verus ususfructus non est, cum salva rei substantia percipi non possit. *l. 7. §. 13. ff. fol. matrin. Castell. d. tr. lib. 1. c. 37.* potest tamen pecuniæ, ex istis proventibus perceptæ, usumfructum habere usufructuarius, eam fœ-

*Etiam præscriptione
acquiritur
usufructus.*

*Jus usu-
fructuarii
consistit in
omnibus
emolumen-
tis.*

*etiam me-
tallifods-
narum.*

fœnori exponere , & quotannis ejus usuras percipere , dummodo ipfam fortem proprietario restituat. Berlich *p. 3-concl.. 35. n. 21.*

& sylva & seqq. Similiter sylvam cæduam usufructuarius succidere potest , quoties rami , virgulta vel arbusta , mediocri quantitate sunt renata . *l. 9. §. fin. ff. de usufruct.* dummodo ita cædatur , ut subcisa iterum ex stirpibus , seu radicibus renasci possit . *l. 30. pr. ff. de V. S.* cæterum si sylva non sit cædua , aut quæ ut cædua à Domino habita non est , ab usufructuario cædi non potest : materiam tamen ad modicam villæ refectionem ex iis succidere permittitur . *l. 10. l. 11. I. de usufr.* Item si ex sylva non cædua arbores evulsæ , vel per tempestatem dejectæ , aut alias demortuæ fuerint , ad usufructuarium pertinent ; novas tamen , ut bonus paterfamil. substituere debet . *l. 18. eod.*

*Asquinie
fructus na-
turales se-
parando.*

*Quid jure
Saxon. ob-
zineat.*

LIX. Acquirit fructus perceptione : percipit autem naturales usufructuarius , quando à solo separavit . *l. 13. ff. quibus mod. ususfr. am.* Si igitur maturis quidem fructibus , nondum tamen perceptis , decefferit usufructuarius , ad heredes ejus non pertinent jure civili *§. 36. I. de R. D.* jure autem Saxonico in fructibus industrialibus , qui cultura ex terra proveniunt , aliud obtinet , ita ut , si ager vivo usufructuario satus & rastris subactus fuerit , fructus ad heredes pertineant . *Land - R. Lib. 2. art. 58. Carpzov. p. 1. C. 5. d. 21. n. 4.* Similiter

ter fructus vineæ ad heredes pertinent, si maximus labor fuerit absolutus, licet non accesserit cura ultima (*die Ruhr*) adeo ut, si post diem Urbani usufructuarius decesserit, heredibus uvæ obveniant; quia scil. circa istum diem cultura vineæ, fere peracta. *d. art. 58. Richt. decis. 56. n. 4.*

IX. Circa acquisitionem civilium fructuum distinguitur: aut usus rei, propter quem solvitur pensio sive redditus, singulis momentis ab aliquo percipitur, ut ædium, servi: aut vero certo anni tempore, ut agrorum: Illiusmodi redditus pro rata temporis, quo ab alio, redditum solvente, usus vere perceptus, ad fructuarii heredes pertinent, licet dies redditus solvendi, vivente fructuario, nondum veniret, ad Berl. *p. 3. concl. 22. & concl. 44.* Carpzov. *p. 3. C. 32.* Hujusmodi pensiones, quæ ratione fructuum, certo tempore provenientium, præstantur, pertinent ad fructuarium & heredes ejus, si colonus illos perceperit, licet tempus pensionis solvendæ nondum veniret ante finitum usumfructum *l. 48. pr. ff. de usufruct.* Quid jure Saxon. obtineat, colligi potest ex *aphor. præced.*

X. Debet vero usufructuarius re uti boni viri arbitrio. *l. 9. eod. h. e. quemadmodum bonus paterfamilias ea usurus fuisset, ne scil. male utatur, vel in aliud usum, quam in quem comparata est. l. 13. §. 4. & 5. l. 9. §. ult. ff. de usufr.* Quod ut præstet, & rem, finito iusu-
fructu-

Civiles fru-
ctus quomo-
do acqui-
rantur.

Boni viri
arbitrio re
uti debet.
L 7. ff. t. 9.
usufruct.
quemadm
cav. Indo
cautio exi-
gitur.

fructu, salvam & integrum restituat, cautio exigitur. l. 2. C. de usufr l. 1. L. fin. ff. usufr. quem cav. Quæ cautio illi, ne quidem voluntate testatoris, remitti potest. l. 1. C. de usufr. l. 7. C. ut in possess. legat. sed, ista remissione non obstante, usufructuarius pro interesse proprietarii cautionem præstare rerumque, in usufructu contentarum inventarium confiscere compellitur. Gail. 2. O. 145. Christin ad LL. Mechl. tit. 9. art. 13. num. 3. & 4. Grot. introd. l. 2. C. 38. pr. Carpzov. p. 3. C. 13. d. 12. Ipse tamen hæres remittere potest. Dd. in l. 1. C. de usufruct. Carpz. d. l. Pertinet etiam ad officium fructuarii, ut animalia ægrota curet, gregem ex foetu suppleat arg. l. 13. §. 2. L. 18 ff. de usufr. novas arbores substituat. l. 18. eod.

*Rem etiam
1. custodiens
ac reficiens
tenetur.*

XI. Onera quod spectet, tenetur 1.) omnem rei curam suscipere. l. 1. in fin. usufr. quemadm. cav. rem scil. custodiendo l. 2 d. t. reficiendo & salvam testam servando l. 7. §. 2. & 3. l. 64. ff. de usufr. l. 7. C. eod. Intellegendum vero hoc est de refectione modica, sive modicis impensis, in conservationem rei factis: magnos enim, & ad perpetuam proprietatis existentiam necessarios, seu utiles sumptus, retentione, vel actione negotiorum gestorum fructuarii, ejusve heredes, à domino repetunt. l. 7. §. 2. ff. de usufr. 2.) tenetur tributa & collectas, aliaque onera, solvere, arg. l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de usufruct. add.

*2. tributa
solvere,*

add. l. 13. de *impens.* in res dot. fact. nisi fuerint immodica, ipsos fructus exsuperantia.
add. Castill. dict. tr. c. 57. Carpzov. 1. Resp. 105. num. 12.

XII. Cæterum introductus etiam est qs. ususfructus, earum scil. rerum, quæ usu consumuntur: ut sunt pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum; quod genus ususfructus ita constituitur, ut cautio præstetur, finito usufructu, res ejusdem quantitatis & qualitatis aut æstimationes earum restitutum iri tot. tit. de usufr. ear. rer. quæ us. consum. §. 2. I. de usufr. add. Gail. 2. O. 46. num. 2. Grot. dict. l. tit. 38. Mantica de conjectur. ultimar. volunt l. 9. tit. 6. n. 5.

XIII. Uſus in ſpecie ſic dictus eſt jus uten- di alienis rebus, falva earum ſubſtantia §. 1. I. de us. & habit. vel, ſervitus personalis, qua ex re aliena coſmodum tantum quotidianum & neceſſarium, falva ejus ſubſtantia, ipſe quiſ percipit. l. 1. l. 19. l. 21. ff. de uſu & habit. pr. & §. 1. I. eod-

XIV. Habitatio eſt jus alienas ædes in ha- bitandi; vel eſt ſervitus personalis, qua om- nem utilitatem, quæ ex inhabitationibus ædium alienarum provenire potest, percipi- muſ §. 1. de uſu & habit. l. 13. C. de uſufruct. & habit.

XV. Ratione uſusfructus, aliarumque fer- vitutum personalium, competit actio confes- foria, quæ eſt actio in rem, quæ contra quem- vis

*Qs. uſusfr.
d scriptio.
L. 7 ff. t. 5.
de uſufr.
ear. rer.
quæ uſu
cons vel
min.*

*Uſus de-
scriptio.
L. 7 ff. t. 5.
de uſu &
habitat.*

*Habitatio-
nis definitio*

*Ratione ſe-
vitutum
personalium.*

*sum datur a-
ctio confes-
soria* vis possessorum, aut qualibet ratione impedi-
entem, is, qui usumfructum habet, agit, sibi
jus esse utendi fruendi §. 2. I. de action. l. 5.
L. 7. ff. t. 6. pr. & I. ff. si ususfr. pet.

si ususfr. XVI. Præterea datur actio negatoria, qua
pet vel ad dominus adversus eum, qui usumfructum u-
al. pertneg surpat, intendit jus non esse ei utendi fruendi
E contrario datur actio d. §. 2. I. de action. rubr. tit. ff. si ususfr. pet.

negatoria; XVII. Datur igitur ex libertate naturali hæc
ex libertate actio domino, etiam rem possidendi, d. §. 2.
natu- Inst. de action. adeoque non tenetur probare,
tali.

rem suam esse liberam ab usufructu, sed is,
contra quem datur hæc actio, & qui arrogat
sibi usumfructum in aliena re, istum sibi con-
stitutum probare debet: nisi forte actor as-
serat, adversarium vi, clam aut precario te-
nere usufructum; tunc hoc ipsi probandum
erit arg. L. 2. ff. de prob.

Amittitur XVIII. Amittitur ususfructus, seu usus, vel
ejusus fructus secundum naturam ipsius ususfructus consti-
vel sec. ejus tuti, vel accidenti, cum alias per naturam
naturam. durare posset. Priori modo finitur 1.) mor-
L. 7. ff. t. 4. te ejus, cui ususfructus (similiter & usus&ha-
quib. mo- bitatio) conceditur 2.) elapso tempore præ-
amitt. usus stituto. vid. tot tit. quib. mod. ususfr. vel us.
amitt. amitt.

in morte usu XIX. Posteriori modo amittitur, si vel in
fructuarii, persona, vel in re, qui accidat: In persona
2. elapso accidit 1.) quod fiat incapax per capitis demis-
tempore; uides ac- nutionem maximam & medium l pen. C. de usuf.
cidenti 1. §. 2. I. eod. t. 2.) quod sit negligens in usu, vel non
pen. capit. uten-

utendo, vel non recte utendo, vel etiam rem ~~deminu-~~
deteriorem reddendo *d. l. pen. §. 1. & 2. C. de tione m. atus usufri.* Speciale vero est in habitatione, quod ~~negligan-~~
per non ulum non amittatur. *l. 10. pr. ff. de t. i. am. usu & habit.*

XX. Propter id, quod in re evenit, amittitur ususfructus 1.) ipsius rei interitu aut mutatione, si nim. in aliam speciem, vel faciem pristina res mutata sit, *l. 5. §. pen. l. 10. §. 1. ff. quib. mod usufri. vel us. amitt. l. 36 ff. de usufri.* & domo collapsa, in area non remanet. *d. l. 5. §. 2. l. 10. § 1. quib. mod ususfruct. vel us. amitt.* Si vero priorem rei speciem mutatio non prorsus tollat, ususfructus remanet. *l. 8. & seqq. quib. mod. usuf. vel. us. amitt. l. 36. ff. de usufri. add. Grot. l. 2. introd. cap. 35. 2.) consolidatione, si nim. r. usufri. obvenerit proprietas. §. 3. I. de usufri. l. 5 pr. si usufri. pet. vel si usufri. cedat usumfructum rursus dominō d. §. 4. l. de usufri.* Nam si extraneo facta fuerit cessio, ipsum jus non alteratur, neque immitatur ususfructus, nec novus constituitur in persona ejus, cui ceditur, sed remanet idem in usufri. priori. vid. Joh. à *Quid obser-*
Sande tr. de action cession. cap. 5. n. 35, ubi re-
futat Donelli, Cujacii, aliorumque sententi-
at, qui usumfructum per cessionem extraneo
factam, plene extinqui, & ad proprietatem
reverti existimant, quam opinionem in praxi
nusquam esse receptam, sed e contra apud om-
nes

nes pro communi regula invaluisse monet; jus cessum quatenus in cessionarum non transfertur, aut transferri non potest, apud cedentem remanere, *arg. l. 20. ff. ex quib. caus. maj. l. 17. §. 1. ff. de acquir. poss. l. 38. §. 1. de solut.* Videtur igitur aliquando non ususfructus, sed perceptio fructuum, ad cessionarium, usque dum vivit cedens, translata. *arg. l. 39. de usufr.* Grot. *d. l. 2. c. 39. §. 3.* Christin. *ad LL. Mechlin. tit. 15. art. 6. n. 7. & art. 7. n. 3. & Decis. Belgic. vol. 1. decis. 129.* Garsias *tr. de expens. cap. 10. n. 27.* nisi tamen cessio contra legis prohibitionem mali-
tiose fuerit facta, quæ adeo nulla est, ut eo ipso cedens omni jure suo cadat: ut si quis v. gr. ædes, in quibus solum usumfructum habet, tanquam proprias alteri cesserit. *arg. l. 1. C. de sepulch. viol.* vid latius Pinellus *ad. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. n. 38. & 39.*

XXI. Finitio morte usufructuarii usufructu, dominus habet rei vindicationem: Cæterum si qs. ususfructus sit finitus, stipulatione qui-
dem & cautione de reddendo interposita, da-
tur inde aëtio, *arg. l. 9. ff. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum.* *§. 2. I. de usufr.* Si vero ista non intervenerit, adhuc constante usufructu is, qui concessit quasi usumfructum, omis-
sam cautionem; & finito usufructu, quan-
titatem, seu aëstimationem rei condicere pot-
est. *L. 5. §. 1. ff. de usufr. ear rer.*

*Finitio
usufructus
qua aëtio
competat
domino.*

TIT. IX.

DE

USUCAPIONIBUS ET PRAE-
SCRIPTIONIBUS.

I. Hactenus dictum est de modis acquirendi *Modi ac-*
 naturalibus, sequuntur nunc modi acqui- *quirendi*
 rendi dominium civiles, nimirum usucapio *dominium*
 & præscriptio, nec non certa ratione dona- *civiles.*
 tio.

II. Usucapio & præscriptio ob publicam *L. 41. ff t.*
 utilitatem est introducta, ne semper domi- *3. de u-*
 surpat. &
usucap.
nia rerum sint in incerto. pr. I. de usucap.

III. Usucapio est adjectio dominii per con- *Usucapio*
 tinuationem possessionis, temporis lege defi- *& præscri-*
 nit. *l. 3. ff. de usurp. & usucap.* *ptio.*

IV. Ab hac olim distincta erat præscriptio *Usucapio-*
 longi temporis: Justinianus vero hujus præ- *nis defini-*
 scriptionis naturam in usucaptionem transfor- *tio.*
 mavit. *l. un. C. de usucaption, transform.* Præ- *Ab ea olim*
 terea jure codicis præscriptio longissimi *distincta*
 temporis introducta est. *tot. tit. C. de præscript* *præscri-*
30. vel 40. annor. accessit etiam præscriptio *ptio.*
immemorialis. l. 23. cum auth. seq. C. de SS.
Ecces. Sunt denique præscriptiones quædam
temporales tot. tit. C. de annual. except. & de
divers. temp.

V. Sunt igitur hodie duo præscriptionum *Præscri-*
 genera: altera præscriptio est, quæ usucapi- *ptionis in*
 oni æquiparata, adeoque etiam est modus *usucapio-*
 acquirendi dominium rei, a non-domino *nem trans-*
I 2 bona descriptio.

*Praescri-
ptionis in
specie ita
d. Et de-
scriptio.*

bona fide, & justo titulo acceptæ, per continuatam, definito tempore, possessionem: altera præscriptio in specie sic dicta, quæ est modus elidendi jus alienum illud, quo alter contra eum, a quo petit, negligenter pertem-
pus, lege definitum, non fuit usus, cum uti debuisset & potuisset.

*Prioris
generis
praescri-
ptio.*

VI. Prioris generis est 1.) præscriptio lon-
gi temporis. *rubr. I. de usucap. d. l. un. C. de usu-
cap. transform. 2.*) præscriptio longissimi tem-
poris illa, quæ cum lapsu temporis quali-
tatem quandam possessionis respicit. *d. l. un.
junct. l. 8. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

*Posterioris
generis.*

Et potest 3.) etiam huc referri præscriptio immemorialis. Posterioris generis est 1.) præscriptio ista, qua solus lapsus temporis, & negligentia ejus, contra quem præscribi-
tur, attenditur. *l. 1. C. de præscript. 30. vel
40. annor. 2.*) aliæ præscriptiones tempo-
rales.

*Cires usu-
cationem
& praescri-
ptionem
longi tem-
poris no-
tanda per-
sona usu-
capiens,
2. habili-
tas rei.*

VII. Usucaptionem & præscriptionem lon-
gi temporis quod attinet, notandum est 1.)
quis possit usucapere & præscribere, 2.) quas
res, 3.) per quam possessionem; & 4.) quan-
to tempore. Usucapit is, qui a non-domino
rem accepit, & qui possidere atque dominium
acquirere, atque id usucapere potest. *l. 8. §. 1.
l. 25. ff. de usurpat. & usucap.*

VIII. Usucapi & præscribi possunt
res tam corporales, quam incorporales: &
quidem hæ per qs. possessionem vere &
pro-

proprie præscribuntur, s. vere dominium earum acquiritur. pr. I. de usucap. l. un. C. de usucap. transform. l. fin. C. de præscrip. long.

temp. Non possunt autem quædam res usucapi, aut præscribi vel ob generalem inhabilitatem, quod scilicet non sint in commercio. l. 9. l. 45. ff. de usurpat. & usucap. vel ob speciales causas fundatas, aut in ipsius rei conditione, aut in favore eorum ad quos res pertinet. Propter rei vitium, in successorem transiens, specialiter eximuntur res furtivæ, & vi occupatæ, seu possessæ. l. 4 §. 23. l. 41. ff. eod. §. 2. I. eod. item amotæ vel expilatæ, l. pen. ff. rer. amot. l. 68. 69. & 70. ff. de furt. l. 35. de usurpat. & usucap. licet a fure a ut invasore non amplius, sed a tertio, in quem alienatæ, bon. fide possideantur. l. 24. eod. Similiter etiam secundum jus Romanum, quod contra L. Julianum Proconsuli, vel Prætori donatum est, non potest usucapi. l. 8. pr. ff. ad L. Jul. repetund. Sciendum autem, quod purgetur vitium, si res ad eum, a quo initio provenit, revertatur. § 3. (al. 8.) I. de usucap. Ob favorem illorum, ad quos res pertinet, exceptæ sunt usucaptioni I.) res fisci §. 5. I. b. t. 2.) res Principis tot. tit. C. ne rei domin. 3.) res civitatis l. 9 ff. de usucap. 4.) res ecclesiæ d. t. C. ne rei domin. vel templ. 5.) res pupillorum ; quod ita intelligendum, ut usucapio & præscriptio longi temporis intra annos pupillares quiescat, ad-

eoque nec contra eos incipiat, nec cœpta currat. l. 48. pr. ff. de A· R. D. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40 ann. 6.) res minorum, contra quos nullam præscriptionem inchoari posse, sed currere eam, quæ contra priorem, seu antecedentem possessorem inchoata est, salvo tamen minori in integrum restitutionis beneficio, communis Dd. fere sententia est. Wesenb. in paratit. b. t. n. 14. add. Gilkenius tr. de præscript. p. 3. C. 1. n. 63. Gebh. tr. de usuc. cap. 2. §. 2. n. 10.

*3. modus
usucapi-
endi nim,
per posses-
sionem ju-
stam que
constat b.
o. fid.*

IX. Usucapimus ac longo tempore præscribimus per possessionem justam, & legitimam. l. 3. l. 20. ff. de usucap. & quidem tantum videtur præscriptum, quantum possessum. Gilken. d. tr. c. 6. Constat vero justa possessio bona fide, & justo titulo. l. 4. C. dedræscript. lonp. temp. Bona fides consistit in opinione, qua quis eum, a quo rem accepit, dominum fuisse, atque inde rem suam esse credit, & alienam esse ignorat. pr. I. de usucap. E contrario mala fides consistit in scientia, rem esse alienam. l. 2. §. 1. l. 7. §. 4 ff. pro empt. Et quidem jure civili sufficit, bonam fidem adesse initio acquisitæ possessio-
nis. l. 2. pr. pro empt. l. un. C. de usucap. trans-
form. At jure cononicō tempore quoque intermedio semper b. fides exigitur. c. 5. c. fin. X. de præscript. quod usu in terris Imperii, & provinciis Saxoniae observari, traditum allegatis Gebhard. d. tr. cap. 1. n. 29. in

In dubio vero bona fides & ab initio, & in progressu præsumitur, adeoque mala fides ab actore probanda erit. Gebhard d. l. n. 30.

X. Justus titulus est, qui legibus approbatus est, & alias, si a vero domino res tradatur, *& iusta
titulo.* habilis ad transferendum dominium, l. 4. C. de *præscript. long. temp.* aliquando error etiam, ex probabili & justa caussa veniens, titulo non obest. vid. l. 11. ff. *pro empt. l. fin. §. 1.
pro suo l. 48. de usucap.*

XI. Specialiter vero notandum est de titulo pro herede, vel pro possessore, quod verus heres sit bonæ fidei possessor omnium rerum, in hereditate inventarum, licet forte quædam fuerint alienæ. Earum igitur tunc procedit usucatio, si verus heres vendat ejusmodi rem, quam putat hereditariam. l. ult. C. *de usuc. pro her. l. 3. ff. eod.* Ipse autem verus heres tunc demum usucapiet, si dominus verus, a quo defunctus possedit, dominium suum non ostendat, quæ domini intentio nullo temporis longi spatio absunitur. *d. l. ult. C. pro hered.*

XII. Cæterum in usucapiendis rebus in corporalibus sufficit præsumptus titulus: qui in *in rorum
incorpora-
lium præ-
scriptione
sufficit præ-
tulus.* injuribus affirmativis inducit ex patientia, in injuribus negativis incipit a prohibitione, b. fide facta, ne alter quid faciat, quod alias *suumus ti-
juxta libertatem naturalem facere possit.*

XIII. Continuari debet possessio per tempus lege definitum, ubi spectari debet ipsum *4. tempus
definitum.*

Quemodo possesso legitima continenda.

tempus, quod in mobilibus, secundum jus civile, est triennium; in immobilibus inter praesentes decennium, inter absentes 20. anni pr. I. de usucap. l. un. C. ed usucap transform. Deinde considerandum, quomodo fiat illius temporis continuatio: Continuantur scil. possesso sine interruptione, aut in una eademque persona, & tunc res est manifesta: aut v. in diversis, quando res ab uno ad alium legitime translata: & tunc justa possessio antecessoris prodest successori. l. 19. & 20. ff. de usucap, adeo ut vacuum tempus ad usucaptionem heredi procedat arg. l. 31 §. penult. l. 44 §. 3. ff. eod. hac tamen servata differentia, quod iuccessor singularis eo tempore, quo apprehendit possessionem, & ipse in bona fide esse debeat. l. 13. §. fin. ff. de acquir. poss. l. 2. §. 17. ff. pro emt. successori vero universalis sufficiat sola defuncti bona fides. §. 7. (al. 12.) I. de usucap. l. 2. §. 19. pro emt. Jure tamen Canonico & moribus nostris etiam heredis b. fides exigitur, uti supra monitum. E contrario mala fides antecessoris nocet successori tam universalis, quam singulari etiam in b. f. constituto. d. §. 7. I. de usucap. l. 13. §. 1. ff. de acquir. poss. Successor tamen singularis a tempore quo ipse b. fide acquisivit possessionem, prescriptionem incipere, & ita complere potest, non computato tempore, quo v. c. venditor mala fide possedit, arg. l. 2. §. 17. pro emt. l. 3. C. de R. V.

XIV. Præscriptio longissimi temporis est duplex: alia namque respicit una cum lapsu temporis, qualitatem possessionis; alia solum temporis lapsum attendit. Prioris generis præscriptioni locus est 1.) si defectus, ob <sup>Præscriptio
longissimi
temporis
prioris gen-</sup> quem præscriptio longi temporis non procedit, consistat in titulo, bona vero fides adsit. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. ann. item si adsit quidem b. fides heredis, deficiat autem b. fides defuncti, tunc heres ex sua persona, h. e. non computato tempore, quo defunctus possedit, longissimo tempore præscribit, arg. l. 4. l. 7. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Gebhard. d tr c. l. §. 4. n. 4. 2.) si ex requisitis usucaptionis deficiat rei habilitas, adsit vero b. fides.

XV. Præscribuntur autem ejusmodi res inhabiles quædam 30. annis, ut 1. res vitiosæ à tertio b. f. possidente. l. 7. C. de præsc. 30. vel 40. ann. vel etiam non vitiosæ, ignorante tamen domino, à malæ fidei possessore in tertium b. f. possessorem translatæ. Nov. 119. c. 7. auth. malæ fidei C. de præscript. long. temp. 2. res minorum. l. 3. C. de præscripti-
<sup>Hac vel est
30. annos-
rum.</sup>
on. 30. ann. l. ult. C. in quib. causa. rest. in integr. non est nec. 3. bona filiorumf. computato tempore, ex quo sunt liberati à patria potestate l. 1. & auth. nisi tricennale. C. de bon. mat. junct. l. 1. §. fin. C. de an-
nal. except.

*vel 40.
annorum.*

XVI. Quædam 40. annis ut 1.) res fiscæles, nec non patrimoniales Principis. *l. fin. C. de fund. patrimon.* *l. 4. C. de præscript.* 30
vel 40. ann. 2.) bona civitatis. *l. 9. ff. de usuc.* junct. auth. quas actiones. *C. de SS. Eccles* add. *Constit. Elec.* 6. *p. 2. ibique Carpzov. def. 1. 3.) Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum res immobiles.* *d. auth. quas act. Novell. 131. c. 6.* Mobiles vero secundum communem D d. sententiam, etiam Ecclesiasticæ, triennio usucapiuntur. add. Carpzov. *p. 2. C. 5. d. 6.*

*Posterioris
generis
præscriptio.*

XVII. Posterioris generis præscriptio, quam in irum solus lapsus temporis, sed potius negligentia domini, per longissimum tempus rem suam, vel jus aliquod negligentis, atteditur, obtinet 1.) si dominus per longissimum tempus non petat rem vel jus, ab altero mala fide possessum *l. 2. C. de præscript. long. temp. 2.)* si quis neque vere, neque qs. quid possideat, quod alterius sit, sed alias habeat actionem alter contra istum, & hanc per longissimum tempus non instituat, cum instituere debuisse, & potuisse vid. *l. 3. & 4. C. de præscript.* 30. *vel 40. ann.* Et quidem regulariter 30. annis præscribitur hisce duobus casibus; ubi vero in priori genere præscriptionis, aphor. antecedente expositæ, 40 anni requiruntur, ibi etiam in hoc genere præscriptionis tot anni erunt necessarii *l. 4. C. d. t. Carpzov. 1. Resp. 5.* Notandum vero, quod præscriptio

Quid spe-

ptio mutui s. debiti non incipiat currere præcise à die scripti chirographi, sed vel à tempore solutioni destinato, vel post congruum aliquod intervallum, quod scil. debitum exigi potuit. Carpzov. p. 2. C. 1. d. 6. & l. 1.

Resp. 33. n. 16.

XVIII. Illud adhuc ex jure Canonico monendum, quod & in hac præscriptione longissimi temporis requiratur b. fides ab initio, ac in progressu c. 5. c. ult. X. p. præscript. add. Carpzov. d. *Resp. 33. num. 10.* præsumitur *quiritur.* tamen ex cursu longissimi temporis b. fides, is agitur, qui malam fidem objicit præscribenti, hanc probare debet. Carpzov. *dict.* *Resp. 33. num. 1. & 2. & Resp. 40. n. 17. & seqq.*

XIX. Ex principiis usucaptionis atque præscriptionis hactenus explicatis, deduci potest 1.) quod is, qui à vero domino rem tenet, vel ex contractu aliquo dominium non transrente, v.g. ex commodato, vel ita, ut jus quod dam concessum in ista re habeat, v. c. utrum fructum, emphyteusin, ad obtinendam rei proprietatem, nullatemporis præscriptione semunire queat, cum scil. non possit possidere ut dominus, neque animo sibi aliam possessionem, quam initio tenuit, adscribere queat l. 8. C. de usuf. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. nisi aliquid interveniat, quo quis incipiat rem ut suam possidere: nim si repetenti domino rem, contradicat, & dominus

*cialiter in
mutuo ob-
tinet.*

*Jure cano-
nico & in
hoc præ-
scriptione
b. fides re-
quiritur.
patet 1.
quod te-
nens rem,
non ut do-
minus, ne-
queat usu-
capere.*

nus acquiescat, vel aliquid deneget domino v. gr. canonem emphyteuticum, tunc hujusmodi facto noviter qs. & aliter incipit quis possidere, adeoque ex illo tempore incipit præscriptio, sive longi, sive longissimi temporis, secundum terminos habiles, add. Syn. tagm. nostr. Feud. c. XV. aph. 3. n. 5.

2. quod rebus mere facultatis non possit prescribi.

XX. 2.) Quod in rebus mere facultatis non locum habeat ulla præscriptio: Dicuntur autem res mere facultatis actus, à mero arbitrio alicujus dependentes, quorum proinde exercitium, omissione, nullum jus, nullumque præjudicium tribuit. Tunc vero deinde illa mera facultas, seu liberum arbitrium restringitur, & ab altera parte juris cujusdam qs. possessio acquiritur, si alicui, pro libitu actum celebraturo, alter prohibuerit, atque ille prohibitioni acquieverit: ut si dominus molendi ni prohibuerit aliquem ad aliud ire, isque prohibitioni morem gesserit, tunc ex illo tempore currit longissimi temporis præscriptio, Gebh. d. tr. c. 3. §. 2. n. 18. add. Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 4. n. ult.

Prescrip-
tio imme-
moralis.

XXI. Præscriptio immemorialis est, in qua nulla b. fides, nullus titulus, nulla rei qualitas attenditur, sed tantum rem, vel jus esse neglectum tanto tempore, cuius initii memoria non extat. l. 23. cum auth. seq. C. de SS. Eccles. c. 26. §. præterea X. de V. S. c. 1. de præscript. in 6.

qua etiam

XXII. Acquiritur hac præscriptione non solum

solum exceptio, sed & dominium, nisi notoria mala fides, & improbitas manifesta resistat d. c. 1. de præscr. in 6. t. it. c. 7. de privil. in ^{dominium} _{acquisiri-} tur.

6. Gebhard. d. c. 5. n. 3.

XXIII. Necessaria est præscriptio, quo- ^{& necessa-}
ties nulla præcedentium sufficit. nim. 1.) in ria est, alia
præscribendis rebus, testamento alienari pro- ^{is non suf-}
hibitis. l. 3. §. 3. cum auth. seq. C. com. de leg. _{ficienibus,}
2.) in rebus dotalibus. l. 30. C. de jur. dot. 3.)
in rebus civitati, vel piis causis testamento,
vel alio titulo inter vivos, concessis. l. 23.
C. de SS. Eccles. 4.) in immunitatibus à fun-
ctionibus publicis. l. 4. l. 6 C. de præscr. 30.
vel 40. ann. denique 5.) in Regalibus majo-
ribus & minoribus. Gebhard. d. tr. c. 5. n.
12. Richter. p. 1. dec. 21. n. 52.

XXIV. Cæterum jure Saxon. usucaptioni ^{Jure Sa-}
triennali (de qua apbor. 13.) respondet præ- _{xon anna-}
scriptio annalis, qua res mobiles, intra an- ^{lis præscri-}
num & diem, Jahr und Tag, h. e. unum an- _{tio respon-}
num, 6. septimanas & 3. dies præscribuntur. _{des civili}
^{triennali.} Land-R. l. 1. art. 28. l. 2. art. 44. junct. Lehn-
R. c. 16.

XXV. Præscriptioni longi & longissimi ^{& tricen-}
temporis respondet unica præscriptio tricen- _{nalis, pra-}
nalis, qua ann. 31. 6. septimanis & tribus ^{scriptio} _{longi &}
diebus, binnen 30. Jahren, Jahr und Tag præ- _{longissimi}
scribuntur res immobiles, jura & actiones, _{temporis,}
Land-R. l. 1. art. 29. Coler. in c. quoniam de
præscript. n. 33. & 34. Gebhard. d. tr. c. 4. n.
9. & seqq.

Quadrage-
nario
vero, it.
immemo-
ralis: &
mera tem-
porales ju-
re Saxon.
etiam obti-
nent Qua-
dam usuca-
pionem ac-
prescri-
ptionem
solum sus-
pendens.

XXVI. Ubi vero jure Civili 40. anni requiruntur, iis casibus jure Saxon idem obtinet: sicut & præscriptio immemorialis, & reliquæ meræ temporales jur. Saxon. haud sublatæ. Gebhard. d. loc. n. 13. Carpzov. *decis. 28. & l. Resp. 35.*

XXVII. Ultimo loco addendum, quædam usucaptionem, atqùe præscriptionē interrumpere, quædam vero solum ad tempus aliquod impedire: ita nim. ut intermedium illud tempus non computetur; priora tamen & sequentia tempora, ad absolvendam usucaptionem uniantur. Ita 1.) non currunt tempora, quibus ob reverentiam filius à patre bona materna, vel etiam uxori res à marito non petiit. Carpzov. p. 2. C. d. 11. & l. 1. *Resp. 40.* 2.) non procedit usucapio tempore belli & pestis, modo fit justitium, h. e. jus omnino propter belli, ac pestis tempora non reddatur. add. *Special. Constitut. in Recess. Imperii de anno 1654. §. So viel nun die Capitalia belangen.* 172. 3.) ob ætatem pupillarem & minorenem, uti jam supra monitum, 4.) ob absentiam, potentiam, furorem aut infantiam adversarii: ubi tamen opus est, ut ad cursum præscriptionis sistendum, quis utatur illa interruptione, quæ traditur in l. 2. C. *de ann. except.*

quædam
interru-
punt: &

XXVIII. Interrumpitur ac interpellatur usucapio, quando non est continua & quieta possessio, adeoque cœpta usucapio non potest com-

compleri, & dicitur usurpatio l. 2. ff. d. *dicitur usurp. & usuc.* Est autem duplex: naturalis *surpatio*, & civilis l. 5. d. t. Naturalis usurpatio est, quando quis possessionem ipsam amittit. l. 4. *que est vel naturalis.* §. 22. l. 5 l. 15. ff. d. t. Huc etiam pertinet, quando quis ab usu rerum incorporalium seu jurium, per pignorationem, aut similem prohibitionem, arcetur & repellitur. l. 4. §. 27. d. t. add. *Const. Elec. 7. p. 2. ibique Carpz. def. 1. sequ.*

XXIX. Usurpatio civilis in specie interpellatio vocatur, qua possessor non quidem possessio ipsa adimitur, vel intervertitur, sed jus tantum possidendi in dubium vocatur: estque alia judicialis, alia extrajudicialis. Judicialis est, quae fit in judicio; & quidem præscriptio longissimi temporis etiam per citationem interpellatur. *arg. l. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. usucapio ac præscriptio triennii, ac longi temporis, non nisi litis contestatione l. 18. ff. de R. V. l. 26. C. eod. l. 10. C. de præscript. long. temp.* Jure Saxonico præscriptio tricennalis etiam sola interrupitur citatione *quid obte- neat, si Carpzov. d. p. 2. C. 7. d. 4.* Si vero actor non obtineat, sed possessor absolvatur, nihil *possessor absolvatur;* item motam præscriptioni obstare, æquior est sententia l. 18. l. 21. d. R. V. Sin actor cesset in lite cæpta prosequenda, hæc interruptio isthoc operatur, ut huic actori (non alii vid. l. 5 ff de usuc.) perpetuetur actio usque ad 40. annos, a tempore quo ultima cogni-

nition facta, l. fin. C. de præscr. 30. vel 40.
ann.

*tum extra-
judicialis:
qua certis
casibus ef-
fectum
habet.*

XXX. Extrajudicialis autem interpellatio fit per denuntiationem privatam, contradictionem, vel protestationem, ac non nisi certis casibus effectum habet. Ut . . .) in l. 17. C. de R. V. 2.) in l. 2. C. de ann. except 3.) in l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. ff. de petit. hered. 4.) in l. 2. C. de servit. 5.) in actionibus personalibus. vid. Gebhard. d. tr. c. 1. §. 4 n. 9. c. 3. §. fin. c. 3. §. ult. Sufficit autem, ad incorporalium rerum seu jurium præscriptio nem prohibendam, etiam extrajudicialis prohibitio, protestatio, vel pignoratio. Gebhard. d. l. Et quidem moribus Saxon. pignus captum judici tradendum est d. Const. 7. p. 2. d. 2. Præscriptiones aliæ temporales, sola libelli porrectione interrumpuntur.

*Jure can.
quilibet
interrella-
tio, m. f.
inducens,
obstat.*

XXXI. Cæterum cum jure canonico & ho- diernis moribus, uti aph. 9. monitum, omni tempore usque ad completam usucacionem, b. f. requiratur: ideo quocunque tempore superveniens mala fides, & quilibet interpellatio, modo malam fidem inducat, præscriptionem interrumpit, c. f. X. de præscript. c. 2. de R. I. in 6. Myns. s. o. 6. n. 4. Scheidev. pr. L. de usuc. num. 17.

Add. L. 2. T. 6. I. de usucaption. & long. temp. præscript.

TIT.

TIT. X.

DE

DONATIONIBUS MORTIS CAUSA
ET INTER VIVOS.

I. Donationes quidem in genere consideratæ, referri possent ad modos acquirendi dominium juris gentium : quoniam vero jure civili varia donationum genera sunt constituta, & specialiter quædam ordinata : ideo donationis modis civilibus annumerantur.

II. Donatio in genere est actus, quo dominium in alterum ex liberalitate transfertur l. 29 pr. ff. de donat. l. 35. §. 1 ff. de donat. mort. caus. l. 67. §. 1. 2 L. 214. de V. S l. 82. ff. de R. I. Est vero donatio vel mortis caussa, vel inter vivos, pr. I. de donat.

III. Mortis caussa donatio est, qua cogitatione, ac inventum fecuturæ suæ mortis, quis coram quinque testibus in alterum consentientem, & acceptantem quid confert. l. 2. l. 29. l. 32. l. 35. §. 2. l. 40. ff. de mort. caus. don. l. f. C. eod.

IV. Mortis caussa donare potest, quæ testamentum facere, vel legare l. 15. de donat. mort. caus. adeoque pupillus, ne quidem tutoris autoritate interveniente, l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rat. distr. minor vero sine curatoris autoritate mortis caussa recte donat.

V. Similiter & ei donari potest, cui & legari. l. 9. l. 36. ff. de m. c. donat. ac moratur.

K

tuq

tuo donatario ante donantem intercidit donatio, perinde ut legatum. l. 35. §. 4. l. 42. ff. de mort. caus. donat. §. 1. I. de donat.

*Differen-
tia a lega-
to quoad
donans.*

VI. In eo tamen est quoad personas inter hanc donationem & legatum differentia, quod filius familias etiam paganus de adventitio quidem, cuius plenam habet proprietatem, libere possit donare: nec non de peculio profectio & adventitio, patre permittente. l. 25. §. 1 ff. de don. mort. caus.

*Res, qua
donantur.*

VII. Possunt res mortis caussa donari, quae sunt in bonis donatoris, etiam omnia bona, tam praesentia quam futura, l. 17. de m. c. donat. Non vero opus est insinuatione judiciali secundum LL. Romanas, l. f. C. b. t. & locus est Falcidiæ. l. 5. C. ad L. Falcid. scil. propter similitudinem cum legatis. Iure autem Saxon. Elector. insinuatio exigitur, & Falcidiæ non potest detrahere heres. p. 3. C. 1. ubi add. Carpz. def. 5. n. 22. & 23.

*Forma hu-
jus dona-
tionis.*

VIII. Forma hujus donationis consistit in eo, ut 1.) præsens præsenti, vel alicui nomine absentiis acceptanti donet. l. 38. de m. c. don. alias erit fideicommissum. vid. l. 75. pr. l. 77. §. 26. ff. de Leg. 2. Carpz. Lib. 2. Resp. 62. 2.) ut quinque testes, licet non rogati, adhibeantur. l. fin. C. de m. c. donat. 3.) ut mortis cogitatione seu intuitu, ac in eventum nostræ mortis expresse fiat. vid. text in l. 42. §. fin. & l. 1. de m. c. donat. Unde fluit, quod de hac donatione, an subsistat, ante mortem se- cutam

cutam judicari nequeat. l. 35. §. 2. d. t. adeo-
que non tam mortis caussa donatio sit, si adda-
tur, quod nullo casu revocari debeat, quam
inter vivos, vid. l. 27. d. t. alias in dubio dona-
tio inter vivos reputabitur. arg. dd. text. Carpz
p. 2. const. 12. def. 24. Sand. lib. 8. tit. 1.
def. 3.

IX. Irrita igitur fit hæc donatio, aut revo- Casus
quibus ir-
rita fit
hec dona-
tio.
catur 1.) si mortis eventus, quem quis respe-
xit, non fecutus fuerit l. 2. 3. & seqq. l. 35.
§. 8. & 4. d. t. 2.) si donatorem donationis
pœnituerit. §. 1. I. de don. 3.) Si quid su-
pervenerit, ut donatio non possit subsistere.
vid. l. 7. d. t. Ita cum jure Saxon. bona mo-
bilia post mortem uxoris. ad maritum per-
tineant, fœmina, quæ mortis caussa donavit,
matrimonium post contrahente, & moriente
ante maritum, non subsistet quoad mobilia
ista donatio. Carpz. Lib. 6. Resp. 26. n. 17.

X. Actionem quod attinet, qua revocari
possit res donata vel tradita, distinguendum
est, aut quis ita donavit, ut dominium, re-
vocabile tamen transferret: aut vero ut do- Actio, que
revocatur.
donatio,
dominio
jam trans-
latio.
minii translationem abhuc differret. l. 2. l. 28
ff. de m. c. donat. Priori casu fit revocatio aut
ex sola pœnitentia, & datur condicō. l. 30.
de m. c. donat. aut vero ob conditionem non
evenientem, & datur actio in rem, l. 29. eod.
vel etiam condicō caussa non secuta. l. 35. vel non-
§. 3. eod. Posteriori casu repetitur res, si dum trans-
mors non secuta, per actionem in rem di- ato.

rectam. d. l. 29. vel si donatorem pœniteat; per actionem in rem utilem d. l. 30.

*Actio, qua
morte e-
veniente
peritnr res
donata.*

XI. Quod si vero mortis eventus secutus fuerit, re nondum tradita, datur vel rei vindicatio donatario, ad exemplum legatorum §. 2. I. de leg. junct. l. fin. C. de mort. c. donat. vel condic̄tio ex l. 35. §. 5. C. de donat. Quod si bona omnia sint donata, reservata solum de quibusdam disponendi licentia, bona reservata, si de iis nihil disposuerit, non accrescunt legatario, sed remanent heredibus ab intestato, tum secundum jus civile, cum isto casu ratio juris accrescendi cesseret, uti suo loco patebit, tum secundum jus Saxon. per Conſt. Eleſt. p. 3.

*A mortis
cauſa do-
natione
differt
mortis
cauſa ca-
pionis*

XII. Denique notandum, quod a m. c. donatione, stricte dicta, differant aliæ mortis cauſa capiones: cujusmodi vocantur 1.) si propter alterius mortem quis donet l. 8. l. 11. l. 18. pr. ff. de m. c. donat. 2.) si ob omissionem hereditatis quis capiat l. 8. l. 31. §. 2. eod. Si quis non ex bonis defuncti, sed ejus, qui conditionem implet, quid m. c. capiat. l. 8. l. 20. d. l. 31. §. 2. l. 36. l. 38. ff. eod.

*Donatio-
nis inter-
vivos de-
scriptio.*

XIII. Donatio inter vivos est gratuita rei licitæ in alterum acceptantem, animo nunquam revocandi facta, nullo jure cogente, L. 39. ff. t. seu ex liberalitate, collatio l. 1. pr. l. 19. §. 2. s. de do- l. 27. ff. de don. l. 18. ff. de adim legat. nationi-

*Donans, in
quo requiri-*

XIV. In donante requiritur 1.) voluntas donandi, verbis vel facto declarata. l. 7. l. 8. C. de

C. de donat. In dubio autem animus donandi non præsumitur. *l. 25. pr. ff. de probat.* Aliquando tamen donatio præsumitur. 1. Ex paterno affectu, si quis liberis quid subministraverit. *l. 34. ff. neg. gest.* 2. si is, qui dedit, & is, qui accepit, sanguine juncti sint, & conjecturæ quædam accedant pro donatione: *l. 26. ff. de probat.* Kœppen. 1. *Dec. 14. 3.* si quis alicui pecuniam daret, ut accipiens eam in suum commodum, e. g. ædificii structuram, verteret, quam alias non suscepisset donarius. *l. 13. § fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* 2.) facultas donandi, quam habet is, cui administratio rerum suarum concessa. *l. 12. C. de donat.* Hinc filius fam. potest quidem donare de peculio castrensi vel qs. vel etiam peculio adventitio, in quo plenam habet proprietatem *arg. Nov. 117. c.* 1. non vero de peculio adventitio, in quo pater habet usumfructum; multo minus de profectio, nisi pater concederit, quæ concessio quibusdam casibus præsumitur. *vid. l. 7. §. 1. & seq. ff. de donat.* Uxor jure Civ. de rebus parapernalibus donare potest. *l. 6. C. de revoc. donat.* Jure vero Saxon. sine consensu mariti non potest donare.

XV. Licet etiam fœminæ geradam donatione inter vivos (non ultima voluntate, nisi proxima cognata consentiat) in alium quemlibet, extra martium, transferre, etsi cognatae nihil relinquat. Fit autem ista donatione *Fœmina
licet geradam donare
vel iudicialeiter.*

tio geradæ vel judicialiter, & tunc requiritur
 1.) autoritas judicis, ut scil. fiat coram judice,
~~vel extra-
judicialiter,~~ vel coram personis, a judice missis, 2.) præ-
 fentia donatricis, 3.) consensus curatoris, nec
 non mariti, 4.) traditio clavium, 5.) desig-
 natio rerum donatarum, 6.) insinuatio apud
 acta: vel extra judicialiter, & tunc requiritur
 1.) ne species donatæ excedant valorem quin-
 gentorum solidorum, seu aureorum ungari-
 corum; alias insinuatione judiciali opus erit,
 2.) ut fiat in præfentia duorum, vel trium te-
 stium, vel Notarii & testis, 3.) ut præsentes
 sint cistæ & capfæ, quibus res asservantur, 4.)
 ut claves ei, cui donatur, tradantur, 5.) cu-
 rator mulieris consentiat. *Decis. Elec̄t. 22.*
 Permissum vero est utroque casu donatrici,
 usum rerum ad vitam sibi reservare, quem
 in finem claves ipsi restituuntur a donatario.

*Non posset
donare 1.
pater filio,*

XVI. Ob speciales cauſas non procedunt
 donationes 1.) patris in filium fam. *l. 11. C.*
de donat nisi donatum fit ob bene merita fi-
 lii Gail. 2.) *O. 38. n. 5.* & nisi donatio morte
 patris fuerit confirmata. vid *l. 25. C. de donat.*
inter vir. & *uxor;* Gail. *d. l. n. 15.* mater ve-
 ro liberis valide donat, quia cessat jus pro-
 hibitionis: *Carpz. d. p. 2. Const. 12. def. 23.*
 Imo & jure Saxon. pater res mobiles filio recte
 donat, *Coler. 1. dec. 13. Carpz. d. l. def. 22.*
 2.) filii fam. in patrem. licet decretum Magi-
 stratus accedat. *Decis. Elec̄t. 23. 3.)* conjugis
 in conjugem, qua de re inferius.

*2. filius
patri. 3.
conjugi.*

XVII. In eo, cui donatur, requiritur, *Is. ouò dem*
 donationem ipse, vel alius eius nomine, ac-^{natur.}
 ceptet, *l. 55. ff. de O. & A. Carpz. p. 2. c. 12.*
def. 20. & 21. ante acceptationem vero licet
 revocare. add Carpz. 5. *Resp. 62.* remissio
 tamen debiti etiam ante acceptationem sub-
 sistit. *l. 23. l. 53. de solut.*

XVIII. Res donari queunt, quæ sunt in *Res, qua*
 hominum commercio; non vero volunt sub-^{donatur.}
 sistere donationum omnium bonorum, præ-
 sentium & futurorum. vid. Carpz. *d. l. 5. Re-*
sp. 67. it. p. 2. c. 12. d. 26. & 27. Sciendum
 quoque est, quod jure Saxonico bona avita
 immobilia sine consensu heredum nequeant
 donari. Carpz. 7. *p. 2. C. 12. def. 67. Lehn-R.*
l. 1. art. 52.

XIX. Quod si res donata, vel etiam remis-
 sio juris, debitiva, excedat 500. solidos, s. *si excedas*
500. solidos insinua-
 500: aureos ungaricos, requiritur donatio-*zione opus*
 nis insinuatio, h. e. redactio coram judice in *est;*
 tabulas publicas. *l. 35. §. 3. C. de donat.*
 Quod si insinuatio fuerit omissa, subsistit us-
 que ad 500. solidos, in eo autem, quod ex-
 cedit, non valet. *L. 34. pr. l pen. §. ult. C. d. t.*
 Sunt tamen quædam donationum genera, quæ *exceptis*
 citra insinuationem valent, ut 1.) donatio a *certis easfi-*
 Principe in aliquem collata. *l. 34. pr. C. d. t.* *bis.*
 item quæ fit Princi. *Nov. 52. c. 2. 2.) a*
 Magistris milium in milites. *l. 36. §. 1. C.*
d. t. 3.) facta ad redemptionem captivorum.
d. l. 36. pr. & ad refectionem domus, incen-

*Jure Sax.
indonans-
ne rerum
immobili-
um insinu-
atio sem-
per neces-
aria.*

dio vel ruina sublatæ d. l. 36. § 2. quod ad alias pias caussas non extendendum. l 29. C. de SS. Eccl l. 35. § ult. C. d. t. Carpzov. p. 2. C. 12. p. 13. Denique notandum, quod jure Saxonico immobilium donatio semper debeat fieri coram judice loci, ubi bona sita. Lond. R. l. 1. art. 52. & art. 21. pr. Carpzov. d. c. 12. def. 19. & l 8. R. 57.

*Traditur
res vel
promitte-
tur.*

XX. Traditur in donatione res vel statim, vel promittitur: & hoc posteriori casu datur condicō ex l. 35. §. 5. C. de donat. vel etiam actio ex stipulatu, qua donatarius donantem, ejusve heredes, convenit, ut rem donatam tradat.

*Perfecta
donatio
non revo-
catur nisi
1. ob que-
relam do-
nationis
inofficiosa.
2. ob ingra-
titudinem.*

XXI. Perfecta donatio regulariter non potest revocari. l. ult. pr. C. de revoc. donat. nisi 1.) sit inofficiosa, h. e. qua contra officium pietatis laeduntur liberi, parentes, aut fratres in legitima: & revocatur ob hanc causam solum quoad legitimam. tot. tit. C. de inoff. donat. Finitur haec querela lapsu quinquennii a morte donantis computandi. l. ult. C. de inoff. donat. 2.) Revocatur donatio ob ingratitudinem donatarii. vid. l. ult. & l. 1. C. de revoc. donat. Si tamen donator non fuerit conquestus, ejus heredes non possunt revocare donationem d. l. ult. C. de revoc. don. Similiter nec in heredem donatarii datur haec actio, nisi revocatio jam vivente donatario facta l. 7. C. de rev. don. 3.) ob supervenientiam liberorum, si nim. quis omnia bona,

*3. ob super-
venienti-
am libero-
rum.*

bona, vel magnam honorum partē, vel etiam rem singularem, Carpzov. p. 2 c. 12. d. 32. cum liberos nondum haberet, donaverit, & postmodum ipsi nascantur liberi. l. 8. C. de rev. don. quam legem late explicat Tiraquelius.

XXII. Aliquando donatio sub modo, vel *Aliquam-*
etiam sub conditione fit. Sub modo donatur *do donatio-*
eum in finem, ut rursus aliquid fiat, v. g. ut *fit sub mo-*
donatarius donatori alimenta præbeat. l. 1. C. *da.*
de don quæ sub mod. Hic modus si non im-
pleatur, vel revocatur donatum per condi-
ctionem. l. 3. C. de condit. ob caus. dat.
vel agitur præscriptis verbis, ut impleatur mo- *ut sub*
dus l. 9. C. de donat. Sub conditione fit ita *conditions.*
donatio, ut res sit tradenda, cum ista condi-
tio extiterit. l. 4. & ult. C. de donat. sub
mod.

XXIII. Est etiam quædam donatio remu- *Donatio*
neratoria, quæ fit ob insignia bene merita, *remunera-*
ab eo, cui donamus, in nos profecta: atque *toria.*
hæc insinuatione non indiget, nec potest ob a-
liquam causam revocari. l. 34. §. 1. ff. de don.
add Carpz. p. 1 C. 12. d. 15. 34. & 35.

XXIV. Est & aliud genus donationis inter *Donatio*
vivos, nempe donatio propter nuptias, de *propter*
qua diximus l. 1. tit. 8. aph. 5. Alias vero *nuptias.*
donationes inter virum & uxorem sunt prohi-
bitæ, adeo, ut licet conjux conjugi rem tra-
diderit, tamen dominium non transferatur,
sed res extans vindicetur, & consumpta condi-

L. 24. ff. t. catur l. 5. §. fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.
 1. de do- Non tamen id restituendum est, ex quo con-
 nat. int. jux non fuit factus locupletior. L. 7. pr.
 vir. & u- d. t. Inde etiam fructus, qui conjugis
 xor. industria & cultura, ex agro donato sunt per-
 cepti, non veniunt restituendi l. 45. ff. de usur.

*exceptis
tamen certis casibus.* XXV. Non prohibetur vero inter conjuges
 1.) donatio mutua & reciproca, seu remune-
 ratoria, quatenus est æqualis l. 32. §. 14. l. 7.
 §. 2. ff. d. t. & Gail, 2. O. 40. n. 7.
 vid. Berlich. P. 2. concl. 15. num. II. Carp-
 zov. p. 2. c. 13. def. 18. 2.) ad dignita-
 tem consequendam. l. 40. l. 41. 42. ff. d. t.
 3.) strenæ vel alia xenia modica. Carpzov.
 p. 2. C. 13. d. 20. & 21.) permitta etiam
 est donatio mortis causa l. 9. §. f. l. 10. l. 11.
 d. t. 5.) secundum jus canon. valet juramen-
 to confirmata donatio inter conjuges.

*Confirman-
tur donati-
ones morte
conjugis.* XXVI. Confirmantur etiam donationes in-
 ter virum & uxorem, si ante mortem non fue-
 rent revocatae, adeo, ut si res nondum tra-
 dita, contra heredes conjugis detur actio.

Nov. 162. cap. I. Requiritur autem etiam
 in hoc casu, si excedant 500. aureos unga-
 ricos, insinuatio, Carpzov. p. 2. C. 13. d.
 15. Si vero donatarius ante moriatur, nulla
 est donatio, etiamsi in heredes donatarii col-
 lata fuerit. c. 8. X. de donat. inter vir. & uxor.
 l. 18. C eod. Carpz. de l. def. 14.

*Quid mori-
bus Saxon.
obtinet.* XXVII. Cæterum moribus Saxonis ob-
 servaritradunt, quod donatio inter conjuges
 judi-

judicialiter facta, & actis publicis insinuata,
accedente mulieris recte instructæ, si ea do-
net, curatoris autoritate, valeat. Carpzov. d.
t. def. 16. & 17.

XXVIII. Denique singulariter de Gerada Nec Ger-
da marito
ab uxore
potest do-
nari:
notandum, quod hæc marito ab uxore donari
nequeat, adeo, ut nec morte uxoris confirme-
tur donatio; nech eredes uxoris teneantur do-
nationem Geradæ, juramento firmatam, fer-
vare, *Constit. Elect. p. 2. C. 12.* ibique Carp-
zov. d. l. seq. Valet tamen donatio Gera-
dæ remunerationis causa, sive reciproce facta. nisi certis
casibus.
Nim. si maritus vicissim in continenti certam
pecuniæ summam vel rem aliquam immobi-
lem æquivalentem Geradæ, Carpz. ib. d. 8.
uxori judicialiter donet, reservato sibi usu-
fructu ad dies vitæ, Carpzov. P. 2. C. 13.
d. 8. Vendere quoque uxor Geradam ma-
rito potest, accedente consensu curatoris, &
traditur Gerada ita vendita per traditionem
clavum, & nihilominus uxor sibi reservare
potest usumfructum ad dies vitæ: Nec rescin-
ditur huiusmodi venditio, licet filius sit pre-
mium: Et potest quoque venditrix uxor pre-
mium marito legare, vel mortis causa donare.
vid. Carpzov. d. l def. 9. & seq.

Add. L. 2. T. 7. I. de donatione.

TIT XI.
DEPERSONIS QUÆ POSSUNT
TRANSFERRE DOMINIUM, SIVE DE
IIS, QUI ALIENARE POSSUNT VEL
NON: ET PER QUAS PERSONAS
CUIQUE ACQUIRITUR.

Ad dominium transfrendum quidem natura non sunt idonei, Quibus etiam jure Saxonico accenseruntur familiæ.

I. Possunt dominium in alium transferre, res alienare, qui uatura idonei sunt, nec lege prohibentur. Non vero sunt natura idonei 1.) propter ætatem, pupilli & minores, quorum bona, non nisi peculiaribus requisitis interventientibus, alienari & oppignorari possunt, de quibus diximus *l. 1. tit. 21. §. 11. seqq.* His etiam quodammodo accenserit possunt 1.) fœminæ, quæ certis casibus in foro Saxonico curatore opus habent, uti dictum *tit. ult. lib. 1. add. Grot. introd. in jus Belgic. 1. c. 5.* Iohan. a Sande decis. *Fris. L. 2. tit. 4. d. 4.* Gudelin. *de jur. noviss. l. 1. c. 7.* Christin. *ad LL. Mechlin. tit. 9. art. 10.* 2.) furiosi & mente capti, in quorum bonorum alienatione itidem certa requisita observanda, de quibus dictum *d. l. 1. tit. 23. §. 4. seqq.*

Quidam lege prohibentur. Huc referri possunt in fraudem creditorum alienantes.

II. Lege prohibetur 1.) maritus alienare res dotaes, ut itidem *l. 1. t. 2. §. 4.* jam expositum. 2.) prodignus, de quo etiam jam dictum *l. 1. tit. 23. §. 4.* Addi possunt 3.) qui in fraudem creditorum alienarunt: hæc enim alienatio revocatur. vid. *tot tit. ff. quæ in fraud.*

fraud. cred. facta sunt, ut restit. add. Carp-zov. p. 2. 6. 3. d. 20. & p. 3. C. 23. d. 21. Sande l. 3. tit. 13. d. ult. Item 4.) illi, qui bus de fuga suspectis, desiderante creditore alienatio bonorum interdicta est. l. 8. inf. ff. de pollicit. aut hi, qui nimis obærati bonis suis cedunt, aut fuga sibi consulunt, quos Bancoruptores vulgo vocant, qui bona sua alienando, aut in alium transferendo, nihil agunt, eorumque bonis administrandis curator datur. l. 1. §. 1. l. 2. pr. l. f. ff. de curat. bon. dand.

III. Acquiritur nobis non solum per nosmetipso, sed & per eos, quos in potestate nostra habemus. pr. I. per quas person. cuique acquirit. Nimirum per liberos nostros: circa quos tamen differentia est notanda inter peculium, quod scil. filius fam. patris permisit, separatim à rationibus paternis habet. l. 5. §. fin. ff. de pecul.

IV. Est enim peculium vel profectitium, quod scil. ex re patris ad filium f. pervenit. §. 1. per quas person. cuique acquir. Et hoc tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum patris est, & quicquid inde provenit, patri acquiritur. d. §. 1. l. 39. de R. I.

V. Vel adventitium, quod non ex re patris, sed aliunde, v.g. ex bonis maternis, vel ex opera & industria filii fam. obvenit d. §. 1. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. Et hujus usumfructum regulariter patri acquirit filius familiias, apud ipsum autem dominium remanet.

*Acquiritur
nobis per li-
beros nostros
habita ta-
men ratione
peculii.*

*L. 15. ff t.
1. de pecu-
lio.*

*Peculium
est vel pro-
fectitium,*

*vel adven-
titium, cu-
jus usus fru-
ctus ad pa-
trem per-
net; excepto
piuntur ta-
men qui
dam caſis;*

dd. text. Excipiuntur tamen quidam ca-
sus, quibus plena proprietas ad filium f. per-
tinet, nim. 1.) quod sub expressa hac condi-
tione liberis donatum est, ut ad patrem usus-
fructus non pertineat. *Nov. 116. c. 1. autb.*
excipitur. junct. auth. item. *C. de bon. quæ lib.* Carpzov. p. 2. *C. 10. d. 10.* & 11. 2.)
si cum patre simul succedat filius in heredi-
tatem fratris vel sororis, tunc filio etiam usus-
fructus competit in portione hereditaria *Nov.*
118. c. 2. quod tamen jure Saxon. non obti-
net, uti in materia successionalis monebimus.
3.) si filius sibi relictum, renuente patre, acci-
piat. *l. f. §. 6. C. de bon. quæ lib.* 4.) si li-
beris quid donatum sit à Principe, ejusve uxo-
re *l. 7. C. de bon. quæ lib.* 5.) si pater in vita
sua fructus non percipiat, sed eos liberis suis
relinquat: tunc etiam post mortem patris eo-
rum manent.

VI. Vel denique castrense, quod filius fami-
lias occasione, armatæ militiæ, vel à parte,
L. 49. ff. t. *vel ab alio, acquisivit, l. 1. C. de castr. pec-*
37. de ca- *aut etiam qs. castrense, quod filius fami* *acqui-*
strensi pe- *sivit ex militia togata, s. officiis publicis l. ult.*
cilio. *C. de inoff. testam. l. 6. in f. C. de bon. quæ lib.*
utrumque hoc peculium pleno jure ad filios
pertinet. *dd. text.*

VII. Porro servi & proprii homines, qui-
quid acquirunt, sine distinctione dominis suis
acquirunt, qua de re *Lib. 1. t. 4. §. 2. dictum.*
Hodie famuli & ministri, qui, mercede con-
du-

val ea-
strense,
L. 49. ff. t.
37. de ca-
strensi pe-
cilio.

Servi do-
minis ac-
quirunt.

Modierni:

ducti, operis suis nobis inserviunt, non omnia ^{famuli non}
nobis acquirunt, sed id duntaxat, quod ex ^{nisi quod ex} ^{conductis}
istis operis consequuntur, nec eorum facto, ^{operis pro-}
quod extra ministerium est, ulterius, quam ^{v. n. s.}
pro mercede debita, obligantur. Grot. d.

Lib. 3. c 38. n. 9.

VIII. Tandem sciendum, quod etiam per *Etiam per*
procuratorem, negotiorum gestorem, insti- *procurato-*
torem, exercitorem nobis acquiratur, uti con- *rem nobis*
venientibus locis explicatur. §. 5. I. *per quas*
person. cuique acquir. *acquiritur.*

Add. L. 2. T. 8. I quib. alien. lic. vel non, &

T. 9. I. *per quas pers. cuique acquir.*

TIT. XII.

DE

DOMINII NATURA ET EFFECTU, EJUSQUE DIVISIONIBUS, AC IN SPECIE DE EMPHITEUSI, ET SUPERFICIE.

I. Acquisitum dominium potissimum con- *Dominii*
sistit in proprietate, & arbitrio de re sua dis- *acquisiti*
ponendi, deinde in fructuum perceptione, *vis & effe-*
quæ per consequentiam ex proprietate fluit, *tus,*
ac dependet. l. 25. pr. l. 1. f. de usur. atque
hæc etiam à proprietate separari potest. l. 25.
de V. S.

II. Cum vero arbitrium ac potestas de *Dominii*
re sua disponendi vel sit omnino libera, vel re- *divisio in*
stricta, ideo ab interpp. dominium distingui *plenum &*
tur in plenum, & minus plenum. Plenum *minus plen-*
dici

dicitur, ubi liberum est disponendi arbitriū: minus plenum, quando adest ipsi proprietati restrictio, & quidem, qui retinet proprietatem ita restrictam, & superiorē in re potestatē, dicitur habere dominium directum, ut 1.) dominus emphyteuseos 2.) dominus superficieī 3.) dominius feudi. Qui vero cum jure utendi fruendi concessō, participat de proprietate, dicitur habere ipsius regni, sibi ita concessae, dominium utile, ut 1.) emphyteuta, 2.) superficiarius, 3.) vasallus. add. Synt. nostr. Feud. cap. 2. aph. 3 in m.

**Emphyteus-
eos descri-
ptio.** III. Emphyteusis, sive jus emphyteuticum, est jus in re immobili à domino alicui, sc ad certum vectigal s. canonem, in recognitionem L. 6. ff. t. 3. dominii præstandum, obliganti, constitutum, Si ager ve- ita, ut possit illa re uti frui, ac de illa, pro ar- etigalis i.e. bitrio quodammodo restricto, & dependentē emphy- ab alio, disponere; vel, est dominiumutile, in touticari- re immobili à vero domino, sub conditione us pet. certae pensionis, in recognitionem dominii directi solvendæ, alicui concessum l. 1. & 2. ff. si ager vectig. junct. tot. t. C. de jur. emph.

**Res emphy-
teusica; &
modus con-
stituendi.** IV. Dantur in emphyteusin ager & domus & constituitur hoc jus per pacta, contractus, vel etiam ultimas voluntates Sciendum vero est, quod etiam opus sit singulare contractu emphyteutico, per quem promittitur canon, uti suo loco tradetur. Prater ea etiam præscriptione longi temporis acquiritur

em-

emphyteusis, vel etiam longissimi, secundum casum diversitatem.

V. Constituta & acquisita emphyteusis defertur legitimis successoribus, & succedunt in ea non solum masculi, sed & feminæ. *Constituta*
emphyteu-
sis trans-
Nov. 7. c. 3. pr. Si vero in contractu emphyteutico certa restrictio sit addita, illa obserfatur in successo-
bus.

VI. Jus domini emphyteuseos consistit in *Jus domi-*
eo, quod ipsum emphyteuta pro domino su-*nī emphy-*
*periori recognoscere debeat, ac inde 1.) ob-**teuseos.*
strictus sit ad canonem annuatim præstan-
dum, 2.) ad renovandum contractum, &
laudemium solvendum, certis easibus: vid.
aph. 10. & 3.) ad impetrandum consensum
in alienationem rei emphyteuticæ. Dominus
vero pro lubitu jus suum, absque consensu
emphyteutæ, alienare potest, Carpzov. p. 2,
c. 39. def. 10.

VII. Emphyteutæ jus in eo consistit, quod *Jus em-*
phyteuta
*instar domini sit, adeoque 1.) omnes obven-**consistit 1.)*
*tiones, fructus, & commoda ex re emphy-**in percipi-*
*teutica percipiat, & inde etiam thesaurum**endis om-*
*inventum solus retineat, vel cum inventore**nibus*
*dividat. Hinc etiam omnia onera sustinere,**commodis,*
atque tributa & collectas, aliasque publicas
pensitationes, solvere tenetur. l. 2. C. de jur.
emph. Carpz p. 2. C. 38. d. 18. nec non dam-
num particulare ferre, l. 1 inf. C b. t. adeo-
que ipsi etiam non remittitur pensio, seu
canon, ob sterilitatem, vel incursionem hosti.

um arg. d. l. i. nisi quis re plane non potuerit
nti. vid. Carpz. I. Resp. 91.

*2. in po-
testate
quodam-
modo alien-
nandi.*

*Pignus
constitu-
andi.*

*Emphy-
teusi alien-
nata lau-
demium
solven-
dum est
domino.*

VIII. Porro 2.) potest vi dominii sui, vel quod quodammodo participet de proprietate, rei ipsam pro lubitu tractare, & ad usum proprium aptare, d. l. I. & 2. C. b. t. imo etiam jus empheteuticum in alium transferre, ita tamen ut domini consensus quidem sit requiriendus, hic vero novum emphyteutam suscipere teneatur. d. l. ult. C. de jur. emph.

IX. Pignus tamen, cum eo emphyteusis in alium non transferatur, absque consensu domini in re empheteutica recte constitui volunt. l. 31. ff. d. pignor. Jul. Clar. l. 4. sent. §. empheteusis. q. 18. Corpzov. p. 2. C. 25. d. 7. n. 10.

X. Alienata emphyteusi in alium, novus ille empheteuta, in quem sive contractu, sive testamento, emphyteusis transfertur, domino laudemium solvere tenetur, quod olim erat quinquagesima pars pretii, l. ult. C. de jur. nmpbyt. Hodie regulariter pro singulis centenis pretii quinque praestantur. Quibusdam vero locis majus laudemium est introductum, ita nim. ut pro centenis decem debeantur, vid. Franzk. tr. de laudem. add. etiam Synt. nost. Feud. cap. 10. aph. 12. & 13. Præterea etiam in hoc variant consuetudines locorum, quod nim. quibusdam locis solum in translatione in extraneum laudemium sit praestandum, quibusdam vero locis etiam in casu, quo

ab

ab intestato liberi, aliive heredes, succeedunt, solvendum est, vid. Franzk. d. tract. Carpz. p. 2. c. 39. def. 11. seq.

XI. Finitur vel amittitur emphyteusis tum *Finitur & ex causis communibus, tum ex causis propriis. amittitur emphyteu-*
Causa communis est 1.) consolidatio, quæ fit 1. moriente emphyteuta, nullis relictis suc-
cessoribus, 2. præscriptione, sive dominus rem debito modo, & tempore possidens,
contra emphyteutam, sive emphyteuta con-
tra dominum, denegationi canonis acquies-
centem, præscribat Carpz. p. 2. C. 38. def.
15. 3. renunciatione s. cessione, si domino iterum jus suum cedat emphyteuta : quod tamen invito domino non licet.

XII. Porro 2.) si emphyteuta, dolo culpa-
ve lata, rem reddat insigniter deteriorem :
tum enim emphyteusi privatur auth. qui res.
C. de SS. Eccles. si vero pars solum deterior
reddatur, ea tantum privatur. Corpz. p. 2.
C. 38. def. 23. & 24. 3.) interitu rei, si 3. interita
scil. in totum res emphyteutica perierit ; al-
lias si pro parte tantum, nihilominus jus ip-
sum in qualibet ejus parte remanet. l. 1. C.
de jur. emphyt. sic domo licet combusta, ni-
hilominus in area subsistit. 4.) lapsu tempo-
ris præfiniti l. fin. ff. si ager. veltig.

XIII. Propria caussa, ob quam specialiter
jure suo emphyteuta cadit, ost 1.) si canon
in ecclesiastica emphyteusi intra biennium, prius.
c. ult. X. de loc. & cond. seculari intra 1. canonio
non solente,

triennium, l. 2. C. de jur. emphyt. non solvantur. add. Carpzov. p. 2. c. 38. d. 1. seqq. Ubi tamen causae cognitione opus est, nec potest propria autoritate expellere dominus emphyteutam, nisi ipse jurisdictionem quoque habeat. Est vero in arbitrio domini, velitne canonem exigere, an vero ad privationem agere, l. 2. C. d. t. Heres autem domini ad rei privationem agere nequit. arg. l. 7. C. de revocat. donat. Cæterum antequam dominus de canone non soluto conqueratur, emphyteuta, offerendo canonem, morari purgare, & poenam caducitatis evitare potest. d. c. ult. X. de loc. & cond. Jul. Clar. lib. 4. quæst. 10. §. emphyt. Carpz. p. 2. C. 38. d. 11. 2.) si emphyteufis absque consensu domini fuerit alienata. l. 3. in f. C. d. t. quod tamen in foro Saxon. vix obtinet, cum, resignatione judiciali non interveniente, non censeatur res perfecte tradita. vid. Carpzov. d. l. def. 13.

2. emphyteufi absque consensu alienata.

Amissa emphyteusi non recuperantur impensa. Fructus percepti retinentur.

Divisio rei emphyteuti-

XIV. Amissa emphyteusi, emphyteuta non potest impensas seu meliorationes repetere l. 2. vers. si autem. C. d. t. quia eas secundum naturam hujus contractus fecit, Carpz. d. l. def. 12. num. 9. fructus autem, quos ante privationem, licet post lapsum biennii trienniive percipit, ad emphyteutam pertinent. Carpz. ibid.

XV. Denique addendum, quid obtineat, si emphyteuta partem aliquam fundi emphyteutici

teutici divisim vendat, aut alio modo alienat, an per hoc ipse etiam annuus canon pro rato dividatur? Et quidem cum canon ille totam rem emphyteuticam pro indiviso haud dubie afficit, consequens est, ut, licet emphyteuta partem fundi emphyteutici cum suo onere pro rato partis suæ vendat, domino tamen libera electio competit, adversus quem fundi possessorem, etiam divisim & pro parte tantum possidentem, velit pro integro canone in solidum agere, sic ut divisionis beneficium possessori nihil profit, *arg. l. 2. C. si un. ex plur. her. deb.* Aliquando etiam ex pluribus heredibus seu possessoribus constituitur certa persona, quæ nomine omnium rem a domino emphyteuseos recognoscet, & canone in solvat, & vocari solet *ein Lebentræger*. *Carpz. p. 2. c. 38. def. 5. n. 8.*

XVI. Differt ab emphyteusi census. Census vero est jus anni reditus perpetuo recipiendi, quem quis in ipsa rei suæ translatione in veteris dominii memoriam, annuatim solvendum sibi retinet, Differt igitur in eo ab emphyteusi, quod verum & directum dominium in censualem transferatur, quod in ephyteuseos constitutione apud constituentem manet: Nec censum solvimus de re aliena, sed de re nostra. Unde nec caducitatis poena ob cessationem locum habet. *vid. Franzk. Lib. I. Var. Resol. resol. I. & seqq. Carpzov. p. 2. C. 39. d. I.*

*tice non
obest den
mino.*

*Plurium
emphyteu-
tarum no-
mine unus
constitui
solet : ein
Lebentræ-
ger. Ab
emphyteu-
ticis dif-
ferunt
censuca
bona,*

Synt. nostr. Feud. cap. 2. aph. pen. n. 3. add.
 Grot. introd. in *jus Belg.* Lib. 2. c. 45. Christin.
Decis. Belgic. 91. num. 2. vol. 5. Argentræus
ad Consuetud. Britann. art 73. gloss. 2. num 1.
 Qualia in
dubio bona
consensur
Cæterum in dubio censentur bona censitica,
 non emphyteutica: *Constit. Elec̄t.* p. 2. c. 39.
 §. So viel nun. ubi Carpzov. def. 8. & trans-
 lato dominio direc̄to in possessorem, contra-
 etus habetur censiticus, licet expressis verbis
 facta fuerit mentio emphyteuseos. Carpzov.
ibid. def. 9.

*Superficiarii ju-
ris de-
scriptio.
L. 43. ff t.
18. de su-
perficio-
bus.* XVII Superficies s. jus superficie (Germ.
Grund- oder Platzrecht) est jus, ædificium
 in fundo vel solo alterius, suo suintu haben-
*di. l. 2. ff. de superf. l. 18. §. 4 ff. de danni.
 infect.*

*Personæ
constitutes
& acqui-
rens.
Res in qui-
bus consti-
tuuntur.* XVIII. Constituit hoc jus soli dominus
 alteri, qui superficiarius dicitur. l. 1. §. 4 ff. de
*superfic. l. 73. l. 74. d. R. V. & qs. inqui-
linus est l. 3. § pen. ff. d. nov. oper. nunc.*

XIX. Constituitur hoc jus in solo, in quo
 superficiariae ædes ponuntur. l. ult. ff. de *superf.*
*Nimirum superficiem IGTi vocant, quicquid
 super solum s. super faciem terræ est, ut pa-
 rietes, tecta, l. 44. §. 1. ff. d. O. & A. l. 23.
 pr. d. usurp. l. 86. §. f. ff. d. legat. i. arbores,
 vineæ, plantæ. l. 13. pr. ff. d. S. R. P. Spec-
 tat vero hic superficies ad prædia urbana s.
 ædificia. l. 2. de *superfic.* Frantz *de laudem.*
*cap. 13. num. 3. & 5.**

XX. Constituitur hoc jus vel mediante *Medus venditione*, vel *conductione*, certo sc. promisso salario, domino pendendo, *l. 2. §. 17. ff. ne quid in loc. publ. l. 15. ff. qui pot. in pign. l. 39. §. 5. ff. de legat. l. l. 7. §. 2. vers. hactenus ff. d. ususfruct. vel gratuita concessione: quando nimirum hujusmodi modis intervenientibus solum traditur ita, ut ædificium in eo exstruere sui commodi caussa, vel ædes jam exstructas, suis sumtibus conservandas, vel etiam reparandas, inhabitare instar domini ad longius tempus liceat. *dd. text.**

XXI. Competit itaque superficiario *Jus ipsum dominio simile*, ratione cuius superficie in solo illo pro arbitrio quis uti frui, servitutem *constituta cum* isti imponere, *l. 1. §. ult. de superfic. arg. l. 1. pr. ff. q. m. ususfr. amitt. eamque alienare potest l. 1. §. 7. ff. de superfic. Menoch. de retin. poss. remed. 4. Renneim Jurisprud. membr. 2. tb. 8. lit. C.*

XXII. *Jus hoc extingui existimat sublato* *Eius aper incendium aut ruinam ædificio: argumento ducto ab ususfructu. l. 34. in fin. de ususfr. Bald. ad rubr. de superfic. Jason. ad l. in provinciali 3. §. si ego 3. de oper. nov. nunc. Alphar. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 33. n. 4. Verum cum non ususfructus, sed dominium quoddam ipsum solum afficiens, si hic translatum, asserere non dubito, quod ob solum interitum ædificium non amittatur hoc jus, sed potius superficiario liceat alias missio.*

in solo extruere ædes. Conf. Christin. ad consuet. *Mecblin.* tit. 14. art. 45. n. 4.

Jus fundi. XXIII. Restat species domini utilis, *jus feudi* dicta, quæ peculiaribus plane constat juribus, ideoque singulari tractatione venit exponenda. Vid. Syntagm. nostr. Feudal,

TIT. XIII.

DE

ACTIONE EX DOMINIO SINGULARI FLUENTE S. REI VINDICA- TIONE.

*Jus in rem persequi-
mūr actione in rem
sive vindica-
tione, que descri-
bitur.*

*Rei vindi-
cationis
descriptio.
L. & ff. t. 1.
derei vin-
dicatione.*

*Funda-
mentum:
& cui de-
sunt.*

I. *Jus in rem persequimur in judicio* (conf. L. 1. Tit. XV. aphor. 1. & 2.) *actione in rem s. vindicatione*, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & adversus eum datur, qui rem possidet l. 25. pr. ff. de O. & A. Uti vero jura in rem sunt diversa: ita etiam actiones in rem s. vindicationes sunt diversæ.

II. Ex dominio singulari rerum corporalium oritur rei vindicatio, quæ est actio in rem, qua quis contra possessorem rei corporalis istam rem suam esse intendit. §. 1. inf. I. de act. vel: Et actio ex dominio competens, qua dominus adversus possessorem rei corporalis contendit, ut ipse dominus declaretur, & consequenter res cum omni caussa restituatur, l. 9. ff. de R. V.

III. Fundamentum itaque hujus actionis est dominium: & datur domino, l. 23. pr. ff. d. R. V. cui incumbit istud fundamentum, si dominium probare, l. 9. verb. probari rem mean esse, ff. de R. V.

IV.

IV. Datur contra possessorem rei corporis l. 36. pr. l. f. ff. de R. V. l. 25. pr. ff. de O. & A. Habetur vero etiam ex interpretatione juris pro possessore, & utili rei vindicatione convenitur 1.) qui ante litem contestatam dolo desit possidere. l. 27. §. 3. ff. de R. V. add. l. 52. eod. 2.) qui liti se obtulit, modo actor ignoret, eum non possidere, l. 25. eod.

*Contra
quem.*

V. Præterea ex æquitate datur hæc actio *Præterea &*
sive potius actio in factū contra eum, qui rem *actio in fa-*
furtivam b. fide comparavit, & alienavit, & *dum datur*
quidem solum ad id, quod is ex ista venditione *contra e-*
lucratus est, seu quod ultra pretium, quod *mentem rem*
ipse exsolvit, consecutus est. Sin vero sciens *furtivam.*
rem esse furtivā comparaverit, eamque postea alienaverit, ad verum rei pretium restituendum, una cum interesse tenetur. vid. *Dec.*
El. nor. 87. it. Carpz. p. 2. pr. Crim. q. 87.
n. 71. seq.

VI. Res, quæ hac actione petitur, certum *Res petitur*
aliquod corpus esse debet, & certa species, *cera.*
ideoque designanda & describenda in libello.
l. 6. ff. de R. V. Petitur etiam simul omne id, *cum accessi-*
quod vel rei petitæ accessit, ut per alluvionem. l. 34. ff. de R. V. vel propter rem petitam *onibus &*
possessor habet, vid. l. 20. eod. vel ex re ipsa *fructibus.*
provenit, ut fructus. Et quidem b. f. possessor fructus ante litem contestatam perceptos extantes solum restituit, ratione consumtorum vero tenetur juxta usum receptum, in quantum ex iis locupletior est factus. Carpz.

p. 3. C. 32. d. 28. At m. f. possessor omnes omnino fructus, non modo perceptos, sed & eos, quos percipere potuisset, restituere tenetur. Carpz. d. l. def. 30. Similiter etiam b. f. possessor post litem contestatam, perinde ut m. f. possessor, fructus omnes restituere tenetur. Carpz. d. l. def. ult. & 1. Resp. 39. add. & Resp. 79. ejusd. l. 1.

*Res salva
restituenda.* VII. Si deterior res apud possessorem sit facta, ejus quoque rationem judex habere debet l. 13. & seqq ff. de R. V.

*Deducun-
tur tamen
impensa.* VIII. Deducit tamen reus conventus, sive in b. sive in m. fide fuerit, impensas, quæ fructuum gratia fiunt. l. 46. ff. de usur. Exceptio est in furibus, l. 27. §. 25 ff. ad L Aquil. Cæteras in ipsam rem factas impensas, quod attinet, necessarias. & b. & m. f. possessor deducit, dum rem possidet, h. e. opposita doli exceptione tamdiu retinet, donec de impensis ei satisfiat l. 5. C. de R. V. Exceptis itidem furibus, raptoribus & violentis invaditoribus l. 1. C. de infant. expos. l. 13. & fin. de condit. furt. Utiles porro impensas b. f. possessor etiam deducit, h. e. tam diu retinet, usque dum ipsi satisfactum. §. 32. & 33. f. de R. D. add. tamen l. 30. & 38. it. l. 27. §. 5. ff. d. R. V. Ast m. f. possessor, hoc judicio convenitus, utiles impensas tantum potest tollere. d. §. 31. f. de R. D. & l. 5. C. b. Ex æquitate tamen hodie etiam m. f. possessori jus deducendi impensas utiles aliquando conceditur

tur. Præterea etiam b. f. possessori, juxta mores receptos, datur actio ad repetendas impensas necessarias & utiles, licet rem non amplius possideat. Voluptuarias denique impensas tollere tantum potest tam m. f. quam b. f. possessor, modo sine detrimento rei auferre possit. Vid. d. l. 38. ff. de R. V. l. 9. ff. de impens. in rem dot. fact. l. 5. C. d. R. V.

IX. Sciendum vero est, quod tum deum ^{Compensa-}
b. f. possessor sumtus, in rem alienam factos, ^{fanda ta-}
petere possit, si fructuum antelitem contesta- ^{men sunt}
tam perceptorum summam excedant; institu- ^{impensa}
ta enim inter impensas & fructus perceptos, ^{cum fru-}
usque ad concurrentem summam, seu quanti- ^{tibus.}
tatem, compensatione, superfluum sumtuum,
quo melior res est, restituere dominus tenetur
l. 48. ff. de R. V. Vid. latius Joh. à Sande lib. 3.
Decis. Frif tit. 15. d. 2. 3. & 4.

X. Cæterum pretium, quod possessor pro ^{Premium,}
revindicata solvit, non potest repeti à domi- ^{pro re vin-}
no, licet illam rem b. fide compararit. l. 2. C. ^{dicata se-}
de furt. & quamvis in publico foro emerit. ^{lutum, non}
vid. Franzk. *resol.* 9. n. 61. Nec juvabit ^{potest repe-}
eum, quod protestatus fuerit, se eo animo ^{tere possessor}
emere, ut domino inquirenti restitueret, quia
scil. per ejusmodi protestationes non potest
tolli ius domino competens. l. 11. ff. de R. I.
Richt. *Decis.* 96. num. 50. & seqq. nisi 1.)
res alias peritura emendo servata fuerit, vel
2.) ab hominibus redempta l. 6. ff. de capt. & post-
lim. revers. vid. add. Aut. Præterea jure Ele-
ctor.

stor. Saxon. noviss. constitutum est, ut is etiam possit repetere pretium, qui judicialiter protestatus est de re, v. g. à militibus empta, domino repetenti restituenda, *dec. 90.* add. *Carpz. p. 4. C. 39. d. 5. §. 6. & 7.*

Ratione do- XI. Quemadmodum vero dominium vel
minii dire- plenum est, vel minus plenum s. jus dominio
cti etiam proximum, ita quoque competit rei vindica-
competit rei tio non solum ei, qui plenum dominium ha-
rejudicatio. bet, sed etiam similis actio in rem, qua domi-
L. 6. t. 3. nus directus rem, in emphyteusin concessam
ff. si ager alteri, istam tum à tertio possessore, tum quo-
vestig. que ab ipso emphyteuta, canonem non sol-
vente, vindicare potest arg. l. 1. & 2. ff. si ag.
vestigal.

& ratione XII. Competit vero etiam emphyteuta
utilis rei actio in rem s. rei vindicatio emphyteuticaria
vindicatio adversus quemvis possessorem, ut res resti-
emphyteu- tuatur cum fructibus *l. 1. §. 1. & tot. tit. ff.*
ticaria. *si ager vestig. i. e. emphyteuticarius pet.*

Similiter XIII. Similiter domino soli datur rei vin-
datur do- dicatio ratione dominii superioris, quod re-
mino su- tinet in solo, in quo alteri superficiem con-
perficies] rei cessit; etiam contra superficiarium, si solari-
vindicatio. um, in recognitionem dominii promissum,
 per aliquot annos non solvat *arg. l. 1. & 2. ff. si*
ag. vestig. & actio in rem rei, cui superficies
 concessa, *l. 1. §. 2. 4. & 6. ff. de superfic.* add. *l.*
1. §. 1. si. ager vestig. l. 75. ff. de R. V. unde &
 publicana ipsi accommodatur. *l. 12. §. 3. d. public.*

superfici- XIV. Item superficiario competit rei vin-
dica-

dicatio superficiaria, qua superficiem, vel ^{rio vero res} etiam solum ratione superficii, à quovis pos- ^{vindicatio}
fessore petit. ^{superficiarum}

XV. Ex dominio rerum incorporalium, ^{Ex dominio} nim. servitutum, oritur actio confessoria ^{rerum in-} corporalium ^{oritur actio} vindicatio servitutum: cui opponitur nega- ^{confessoria} toria seu negativa actio: de utraque jam su- ^{Ex presum.} pra dixinus. lib. 2. tit. 6.

XVI. Quoniam vero saepius accidit, quod quis dominium rei s. juris, b. fidē acquisiti, exakte probare non possit, ideo ex æquitate peculiaris actio ex qs. seu presumta dominio oriens est introducta, & vocatur publiciana ^{L. 6. ff. t.} blicitana in actio in rem: quæ competit ei, qui à non domino, b. fide & justo titulo, rem vel jus ali- ^{rem actio.} quod accepit, & ita per aliquod tempus pos- sedit, contra possessorem, qua intendit rem vel jus, perinde ac si usuccepisset, suum esse, sibi que proinde restituendum una cum interesse, seu fructibus. §. 4. I. de action. l. 1. l. ult. ff. de publ. in rem. aet.

XVII. Hanc actionem eodem libello cum rei vindicatione cumulari, atque alternatim proponi, i. e. rem jure dominii vel qs. peti, usu receptum est hunc in finem, ut, si quis forte dominium autoris sui non possit satis probare, sufficiat probasse aliquam rem s. jus b. fide ac justo titulo acquisivisse, & usucapione quidem nondum impleta, in usucapiendi ta- men conditione positum esse,

XVIII. Cæterum non requiritur etiam jure ^{Mala fide} canon.

superveniens non est eb. onis. canon. quod in fides non supervenerit, quia scilicet prior possessor firmius jus habet præ posterio est his acti ri posseffore, l. ult. in f. junct. l. 7. §. 6. & 7. ff. de publ. in rem actione.

Non datur contra verum dominum non detur haec actio, quia ejus dominum domini minium demum per completam usucaptionem num. XIX. Patet ex dictis, quod contra verum dominum non detur haec actio, quia ejus dominum domini minium demum per completam usucaptionem intervertitur l. ult. d. t.

E contrario res stricto jure reamissa per actionem rescissoriam revocatur. XX. E contrario etiam datur ex aequitate actio rescissoria, qua usucapio stricto jure completa, absente tamen vero domino, rescinditur, & dominus, qui abfuit, ea periret revocatur. de rem vel jus suum petit, vel periclitatur, ac si usucaptares, vel jus, non esset. §. 5. I. de actione.

TIT. XIV.

DE

ACTIONE AD EXHIBENDUM.

Actionis ad exhibendum descripsio. I. Ad commodius persequendam rei vindicationem saepius conductit, ut res antea exhibatur. Datur igitur peculiaris actio ad exhibendum, quae competit contra detinendum rem aliquam mobilem, aut immobilem, ei, cuius interest rem exhiberi, ad id, ut in publicum proferatur, l. 2. l. 3. §. 9 ff. ad exhib. §. 3. I. de off. jud.

qua competit ob quod liber inservit effo. II. Competit vero haec actio non solum, si ratione juris in re s. dominii intersit l. 9 §. 1. ad exhib. sed etiam si ratione actionis in personam intersit, ut res exhibeat, seu producatur. l. 19. l. ult. ff. ad exhib. l. 27. ff. de furt.

III.

III. Datur etiam interdictum ad exhibendas tabulas testamenti s. codicillorum, vel etiam ad exhibenda instrumenta, ut scil. de- tentores iis, quorum interest, istas tabulas, vel instrumenta inspicienda, veletiam legenda exhibeant. vid. tit. *de tab. exhib.*

TIT. XV.

DE

**DOMINO UNIVERSALI S. JURE
HEREDITARIO, AC IN SPECIE DE
TESTAMFNTIS ET ULTIMIS
VOLUNTATIBUS.**

I. Dominium universale s. jus hereditari- *Juris herē-
um est successio s. jus, quo succeditur in uni- ditarii de-
versum jus, quod defunctus habuit. l. 24. ff. scriptio.
de V. S. l. 62. ff. d. R. I. vel, est jus seu facul-
tas jure competens in universitate rerum, à
defuncto relictorum, ita ut quis in idem, ac
omne jus, quod defunctus habuit, succedat.*

II. Circa hoc jus hereditarium observan- *capita.*
da est 1.) ejus acquisitionis, 2.) ipsum jus here-
ditarium in se consideratum, 3.) actiones in-
de fluentes.

III. Circa acquisitionem discernenda *Acquiren-
venit delatio hereditatis (der Anfall) & ipsa da heredi-
eius acquisitionis. l. 151. ff. de V. S. Dela-
tio idem est, quod in dominio specialiter
dicto titulus s. causa junct. d. l. 151. de V.
S. Defertur autem hereditas vel ordinario *vel ordi-*
modo, vel extraordinario per pacta heredi- nario vel
*taria.**

*extraordi-
nariorum modis.*

taria. Ordinario modo iterum dupliciter defertur 1.) per ultimam voluntatem defuneti, 2.) per legem s. successionem ab intestato; & quidem utrumque fit vel juxta jus civile, vel prætorium. Jure civili defertur hereditas aut per testamentum, in quo & directis verbis, & per fidei commissum hereditas relinquunt potest aut per codicillos, qui solum per verba aliqua fiunt.

Ad illorum pertinet testamento. IV. Testamentum est voluntatis nostræ justa h. e. secundum juris civilis regulas ordinamentum, dinata sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. l. 1. junct. l. 4 ff. qui I. Qui test. fact. poss. vel explicatius: Testamentum est statim. fac. legitima & directa, à persona habili facta poss. & quemadmodum designatio habilis successoris in universum test. fiant, jus, quod ipsa post mortem relinquunt.

Persona ille libet condens re, non vi nec dolo inductus, ultimam voluntatem declarat, L. 11. C. de test. mil vid. Carpzov. p. 3. C. 5. d. 9. Blanditiae tamen adhibitæ non Oberunt. l. 3. ff. si quis aliq. testam. l. 70. de hered. instit. vide Sande Decis. Fris. Lib. 4 tit. 1. def. 11. nec simpliciter alterius interrogativo vitiat testamentum. vid. Carpz. d. l. def. 4. 5. § 6.

Quidam prohibentur testari natura. VI. Prohibentur vero quidam testamentum facere natura 1.) propter defectum iudicii in impuweribus, etiamsi tutoris autoritas intervenerit, §. 1. 1. quib. non est perm. fac. test. l. 1. §. 1. ff. de tueel. § 2. rat. distractab. item fu-

furiosis. l. 9. *qui testam. fac. poss.* Minores autem, etiam sine curatoris autoritate, testari possunt. l. 4. d. t. 2.) propter defectum corporis, inhabilem quem reddentem, ut sunt muti & surdi, l. 6. §. 1. ff. *qui testam. fac. poss.* Justinianus tamen muto qui scribere, & surdo qui loqui potest, testamenti factionem concessit, l. 10. C. d. t. Porro cœcus nonnisi observatis certis solennitatibus, in l. 8. C. d. t. præscriptis, testari potest. Inter quæ præcipuum est, ut præter septem testes etiam tabellionem, seu ejus loco octavum testem adhibeat. add. Recess. Imp. de anno 1512. §. 9. Carpz. p. 3. c. 6. def. 5.

VII. Lege prohibentur juxta jus Roman (I.) ob statum 1.) servi 2.) monachi, auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Nov. 123. c. 38. 3.) filiif. ne permittente quidem patre. l. 6. pr. ff. *qui testam. fac. poss.* nec in peculio adventitio, licet in illo plenam habeat proprietatem filiusf. Nicol Reusnerus tr. de testam. p 1. c. 28. num. 9. & seqq. de peculio autem castrensi & qs. castrensi potest testari pr. I. quibus non est perm. & l. ult. C. *qui test. fac. poss.*

VIII. Porro (II) ob aliam inhabilitatem 2.) ob aliæ lege prohibentur 1.) prodigi. §. 2. I. d. t. 2.) am inabilitatem, ut 1. carminis famosi damnati l. 18. §. 1. ff. d. t. 2. apostatæ, l. 2 3 & 4. C. d. Apost. quibus Dd. accensent veneficos, nisi pœnitentiam egerint, ac conversi fuerint, & postea confecerint testamentum. Theodoricus

*Coll. Crim. Diff. X. tb. 6. lit. e. & f. Richt. De-
cis. 57. n. 12. 3. heretici, auth. Credentes C. de
beret. 4. incestis nuptiis se polluentes, l. 6 &
auth. seq. C. de incest. nupt. 5. quorum bona
fisco vindicantur. add. Ord. Crim. art. &
lege 218. 6. banniti & proscripti imperii Gail.
Lib. 2. de P. P. c. 6. n. 9. & 10. Damnati
vero alias ad mortem usu hodierno testamen-
tum condere possunt. Constit. Elekt. p. 3. C.
6. Coler. dicis. 34. nisi alia ratio obstet, ni-
mirum vel 1.) inhabilitas personæ, v. gr.
quod veneficus fit testator, uti modo dictum
hoc. apbor. n. 2. vel 2.) defectus bonorum,
quod sc. bona sint confiscata ob crimen læse
Majestatis, aut declarationem in bonum su-
perius, (in die Ober Acht.)*

*Modus
condendi
testamen-
tum vel
judiciali-
ter, aus in
loco judicij
ipso testa-
tore com-
parens;*

IX. Conditur testamentum dupli modo
1.) est testamentum judiciale s. apud acta
conditum, in quo hæc requisita sunt obser-
vanda: 1. ut ipse testator ultimam suam
voluntatem, scripto comprehensam, judici
pro tribunali sedenti, præsente actuario, in-
sinuet s. offerat, & diserte afferat, in ista scri-
ptura ultimam suam voluntatem compre-
hensam esse, vel oretenus coram judice &
actuario, in loco judicij, ultimam voluntatem
exponat. 2. Iudex s. actuarius jussu judicis ad
acta reponat hanc ultimam voluntatem, seu
scripto, seu oretenus expositam? & non so-
lum ipsi ultimæ voluntati inscribat, quod ista
rite sit exhibita a testatore v. gr. Cajo, sed
etiam

etiam ipsi testatori Gajo breve testatum exhibeat, quod testamentum ad acta reposuerit. Quodsi vero propter morbum non possit ipse in loco judicij comparere, necesse est ut ad judicem aliquem mittat, atque petat, ut nomine judicij duæ personæ, ad judicium pertinentes, veniant ad ipsum, & testamentum ab ^{ante domi-}
^{ad se ve-}
^{catis per-}
^{sonis &}
^{missis a ju-}
^{dice.} ipso accipient. His cōparentibus, testator similiter vel in scripto offert, vel oretenus proponit ultimam suam voluntatem, quæ postea ad acta, uti diximus, reponitur, & breve testatum testatori datur: quo posteriori casu scabinorum præsentia nonnublibi desideratur. vid. *Dec. Elec̄t. Saxon.* 45. § 37. *Carpzov. Lib. 6. Resp.* 12. secundum jus commune vero sufficit, judicem ejusque actuarium adefse.

X. Extra judicium ordinatur testamen- *Vel extra*
tum certis solennitatibus adhibitis, & insti- *judicium*
tuto certo herede, de quo *Tit. XVII.* *se: institu-*
to certo he-
rede:

XI. Solennitates, si testamentum velit quis scripto comprehendere, sunt hæ: I. ipse testator, vel alius ejus nomine ultimam voluntatem conscribat, necesse est: II. coram septem testibus actus testandi fieri debet. Circa quos testes requiritur 2.) ut sint septem, inter quos tamen etiam numeratur Notarius, si quis adhibeatur 1.) ut sint habiles s. idonei, vid. *aphor. XIII.* 3.) specialiter ad hunc actum rogati 4.) prætententes toti actui testandi 5.) audiant & videant testatorem dicen- *et solenni-*
tatibus
adhibitis
in testa-
mendo scri-
pto. I.
II.

III.

tem, in ista scriptura voluntatem suam conti-
neri ; neque enim opus est, ut testes sciant,
quid in testamento contineatur, sed solum,
ut coram ipsis testamentum producatur, &
claris verbis testator significet, hanc suam
esse ultimam voluntatem, & testes roget, ut
de hoc actu testentur. Præterea III. requi-
ritur, ut ipse testator, nisi totum testamen-
tum sit holographum, id subscribat l. 28.
§. ult. C. de testam. aut si scribere nequeat,
testem adhibeat octavum, qui ejus nomine
subscribat. l. 21. C. de testam. IV. ut dicti
testes signent, & subscribant. d. Ord. von Un-
terrict der Notarien de An. 1512. §. 1. verb.
mit ihren Signeten. Denique V. ut hic actus
testandi non interrupatur, sed unico con-
textu fiat. l. 21. §. ult. ff. qui testam. fac. poss.

IV.

XII. Potest vero etiam testamentum sine
scriptura confici, quod nuncupativum (*ein
ausgesprochen Testament*) appellatur : quod
nim. verbis, coram septem rogatis testibus
habilibus, uno contextu a testatore profertur:
adeoque præter scripturam signaturam, om-
nia alia follennia etiam in hoc requiruntur.
§. fin. I. de testam d. Ord. §. Aber die 8. Ut vero
constet de testamento nuncupativo, post
mortem testatoris testes jurato de illo, ita
confecto, deponent. l. ult. in f. C. de testam.
eisi instrumentum publicum de isto fuerit
confectum in ipso actu testandi, add. Carp-
zov. 6. Resp. 12. n. 4. & seqq.

vel etiam
non scri-
pto;quod pro-
batur ju-
ratis testi-
bus vel in..
strumento.

XIII.

XIII. Diximus, testes habiles esse adhibendos: sunt vero idonei testes, cum quibus testamenti factio est, seu qui possunt heredes institui. §. 6. *I. de testam.* & sufficit, quod tempore facti testamenti sint, vel habeantur pro habilibus §. 7. *I eod. l. 1. C. d. t.* Inhabiles vero sunt I. ratione personæ in genere, quod scil. alias etiam ad testimonium feren- dum non sint idonei; qua de re dicemus in materia probationis & de testibus. *infir. Lib. 4. t. II. §. 17.* II. ob specialem rationem in testamentis, nimis, I. inhabilis est in testamento testis, qui est in patria potestate testatoris, vel etiam, qui in eadem cum testatore est familia. §. 9. & 10. *I. de test.* filius vero eman- cipatus in patris, vel etiam filius in matris; maritus in uxoris, minister in domini testa- mento est habilis testis *arg. dd. §. & d. Ord. §. 6. verb.* Auch die in Gewalt des Testators. add. Reusnerus *de testam. p. 3. c. 21. num. 4. & seqq.* Alia vero est ratio, si pater, frater, mater, uxor, dominusve sit institutus heres in testamento, tunc in eo hujus heredis filius, maritus, ministerve non possunt esse testes: quia scil. totum negotium, quod agitur testa- menti ordinandi gratia, inter testatorem ac heredem agitur. §. 10. *I. de testam. d. Ord. §. die Notarien. 6. vers. item einer.* Ideo dictæ personæ propter singularem affectionem erga heredem sunt suspectæ. 2. Non potest heres esse testis in testamento, quo institutus est he-

res : Non vero prohibentur legatarii testes esse, §. 11. *I. d. t.* etiamsi fuerit nuncupativum, uti communiter sentiunt Interpp. vid. Reußnerus *d. p. 3. C. 22. inf.* Contrariam tamen opinionem, legatarios in nunupativo non esse ~~admittendos~~ testes, receptam esse in Dicasterio Lenensi testatur Richter. *Decis. 31. n. 21. 3.*) Ob singularem, testamentis propriam, solennitatem non admittitur mulier testis. §. 6. *I. testam. ord. d. ord.* §. *die Notarii. 6. in codicillis vero & istæ admittuntur. arg. §. fn. I. de codicill.*

In quibus-dam locis minor solemnitas requiri-satur.
Accendens-dum jus loci, quo testamen-tum con-detur.

XIV. Sciendum vero est, quod hodie quibusdam in locis secundum peculiaria statuta, non eadem, quæjure civili, exigatur solennitas, sed e. g. alicubi duo testes sufficient : attendenda igitur tunc in testamento condendo ea testandi ratio s. modus, qui requiritur in isto loco, ubi testamentum conficitur. Et habet hoc vires etiam in alio loco, ubi bona hereditaria forte sunt sita, etiamsi alias major ibi requiratur solennitas testandi, Carpz.

5. Resp. I.

Add. *L. 2. T. 10. I. de testam. ordin.* &
Tit. 12. ff. quib. non est permis. fac. testam.

TIT. XVI.

DE

TESTAMENTO MILITARI ET
ALIIS MINUS SOLENNISUS S.
PRIVILEGIATIS TESTAMENTIS.

I. Solennitates, de quibus diximus, in quibusdam testamentis remittuntur: nimis. I.) *Solenni-
tes remissa-*
in testamento militis, in peditio occupati, *i. in testa-*
quod ex nuda testamentis voluntate, sine ulla *menco mi-*
Solennitate, & absque testibus, ac quocunque *lites;* L. 29 ff. t.
modo voluerit, valet. tot. tit. I. de milit. *i. de te-*
testam. mil.

II. Distinguitur vero secundum Const. Maxim. I. von Richtern und Notarien. rubr. *Milites v.*
von Testamenten § und sollen 2. inter milites, *aut in con-*
qui sunt in conflictu, & eos, qui in castris *fliatu sun-*
sunt (*die zu Felde liegen.*) Illorum testamentum, *aut in ca-*

modo de voluntate alias, v. gr. ex scripto, constet, sine illis testibus valet:
hi vero duos testes debent adhibere. add.

Carpz. p. 3. C. 4. d. 26. Testamentum autem *Eodem in-*
ita conditum post missionem intra annum tan- *re uiuntur*
tum valet proximum §. 3. I. d. t. l. 26. ff. eod. *persona*
Extenditur quoque illud privilegium ad con- *circa mili-*
cionatores, consiliarios, medicos & ve- *ties occupa-*
litiarios castrenses. Richt. dec. 38. *ta.*

III. Qui vero neque in conflictu sunt, neque *Ad prae-*
in castris milites, sed praesidiarii, aut in hyber- *diarios*
nis constituti, usu fori testamenta privilegiata *privilegiorum*
conderunt nequeunt, sed jure communi testari *hoc re-*
M 4 debent, *gulariter*
non exten-
piscut.

debent, d. const. §. und sollen 2. verb. die Ritter &c. nisi hostis sit in propinquuo, & parati illi debeat esse ad pugnam singulis momentis
Carpz d.l. def. 28. Finckelth. obf. 40.

Sufficit in-
transmilitia
tempora
confirma-
tum esse te-
stamentum
ante con-
fereprum.
Alia singu-
laria jura
in milite.

IV. Non solum autem in militia, sed & ante militiam, non adhibitis solennitatibus, factum testamentum subsistit, si postea testator fiat miles, & constet, quod jam illud velit valere, §. 4. I. d. t.

V. Cæterum non tantum solennitates sunt remissæ militi, sed etiam alia singularia jura, juxta ejus liberum arbitrium, in testamento ipsius observantur, l. 2. ff. de testam. mil. Sic potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus l. 6. d. t. it. daobus testamenti l. 19. l. 35 ff. eod. liberos præterire. §. 6. I de exheret lib. filio impuberi substituere, licet sibi non faciat testamentum l. 41. §. fin. ff. de testam. mil. Cessat præterea in testamento militis Lex Falcidia arg. l. 17. ff. ad L. Falc. Potest etiam is institui heres a milite, qui alias non possit. l. §. C. de testam. mil. l. 13. §. 2. ff. eod. potest etiam miles nuda voluntate admovere rursus hereditatem, & testamentum revocare, l. 15. §. 1. ff. d. t.

Ht. in te-
stamento.
suffici.

VI Porro 2.) remittitur solennitas quædam rustico, veletiam nobili ruri degenti, ita, ut sufficient quinque testes, si septem haberent nequeant vid. l. fin. C. de testam. & d. Ord. § und soll &c 2. Imo in provinciis Saxonici firma sunt rusticorū testamenta coram parocho.

cho & duobus testibus, etiam non rogatis, ruri condita. Coler. decis. 35. num. 4. vel etiam quatuor testibus, absque parocho. Richt. decis. 28. num 6.

VII. Privelegiatum 3.) testamentum est parentum inter liberos: quo liberi legitimi absque ullis sollennitatibus, per nudam parentum voluntatem, heredes instituuntur: adeoque si propria manu patris vel matris perspicue expresso anno & die scriptum. l. 21. §. 1. C. de testam. vel saltem subscriptum Carpzov. p. 3. C. 4. d. 17. & 18. testes nullos desiderat; si vero sine scripto sit exposita voluntas, ad eam probandam duo testes requiruntur. autb. quod sine C. de testam. Nov. 107. c. 1. Maulius tr. de ult. volunt. tit. II. n. 19.

*III in teste-
mento pa-
rentum in-
ter liberos.*

VIII. Extraneæ vero personæ heredes in tali testamento non possunt institui; atque si instituantur, valet testamentum solum quod liberos attinet d. l. 21. §. 1. in f. C. de test. l. ult. C. fam. bercisc. At legata & fideic. recte eo relinquuntur uxori, aut extraneis personis, si duo testes adhibiti, quæ à liberis veniunt præstanta. Exhereditatio vero liberorum in tali privilegiato testamento, secundum communiorem sententiam non potest fieri, add. Carpzov. p. 3. c. 4. d. 19. seq.

*Extraneæ
persona hoc
testamento
non possunt
institui.*

*Legata ta-
men & fi-
dei com-
missa eo re-
tine re-*

linquuntur.

IX. Differt ab hoc testamento nuda divisio paterna, qua parentes heredes non instituunt liberos, sed iis assignant, quam partem ab in-

*Differt ab
hoc testa-
mento nu-
da divisio
paterna.*

testato quisque capere debeat. *d. l. ult. C. fam. hercisc.* Uti vero institutio in testamento: ita hæc divisio inæqualiter fieri potest, modo salva sit legitima Carpzov. *p. 3. C. 4. d. 22. n. 9. seq.*

Liberi non possunt sine solennitate testari. X. Cæterum non vice versa liberi suos possunt sine rentes instituentes, sine solennitatibus testari possunt Hartmann, Pistor. *L. 1. q. 1. n. 18. bus testari.*

IV. in tempore pestis conditum. XI. Privilegium 4.) testamentum est tempore pestis conditum, in quo quidem iure Romano de numero testium nihil remittitur, sed tantum consociatio. *l. 8. C. de test.*

Moribus tamen tempore pestis vel alius morbi contagiosi, duo testes, etiam fœminæ, sufficiunt. Requiritur autem à Dd. ut testator vel ipse decumbat, vel domus ejus infecta sit. Carpzov. *p. 3. C. 4. d. 4.* Quamvis alii statuant sufficere, quod pestis in loco tantum grassetur. Berlich. *p. concl. 5.* Testamentum hoc ita semel conditum, si isto tempore non decebat testator, non in perpetuum, uti sentit Carpzov. *d. c. 4. def. 5.* sed tantum anno, postquam cessavit pestis, valere videtur arg. §. 3. *I. de testam. mil.* Fernandus Vasquius *de success. testati & intest.* Lib. 2. §. 30. n. 50. Franciscus de Barri *tr. de success.* Lib. 1. tit. 2. n. 8.

V. in testamento in navis vel viis tenante. XII. Similiter 5.) testamentum, coram duobus testibus conditum, volunt valere Dd. si quis v. gr. in via vel navi moribundus testetur, & plurimum testium copia haheri nequeat. Me-

Mevius ab jus Lubec. p. 2. tit. I. a. 2. n. 59.
 & seqq.

XIII. Denique ⁶) privilegiatum est testamento
 mentum ad pias causas. c. 11. X. de *testam.*
 &c. 4. eod. in quo quidem alii necessario duos
 testes requirunt. Carpzov. p. 3. c. 2. def. 33.
 Verior tamen videtur sententia, quod scriptu-
 ra sufficiat, ex qua certo constat de voluntate
 disponentis, et si testes non adsunt. Reusnerus
 de *testamp.* 4. C. 12. num. 5. & 10. Richter.
 de *Decis. mun.* 15. & 16 Dicitur autem
 piæ cause relatum, quod ecclesiis, hospita-
 libus, scholis, viduis, captivis, vel etiam
 ad opera publica relinquitur. Statuunt vero
 Interpp. quod in taliter testamento etiam valeant
 Legata aliis, s. extra piam causam, relictæ arg.
 l. 21. §. 1. C. de *testam. Nov.* 107. c. 1. & 2.
 Heredis tamen institutio extra piam causam
 erit nulla.

Add. Lib. 2. tit. 11. I. de *militar. testam.*

TIT. XVII.

DE

HEREDUM INSTITUTIONE IN
 GENERE, ET IN SPECIE DE LIBERIS
 ET POSTHUMIS, UT & PARENTIBUS,
 ET FRatribus SORORIBUSVE
 INSTITUENDIS VEL
 EXHEREDANDIS.

I. Heredis institutio pertinet ad formam, &
 essentiam testamenti, & caput & fundamen-
 tum

*Heredis in-
 stitutio per-
 tinet ad es-
 tum*

fonsiam testamenti. tum totius testamenti appellatur. §. 34. I. de leg. nihil vero interest, an primo, an me dio, an ultimo loco exprimatur, d. §. 34.

L. 28. ff. t. II. Ipsa institutio in genere ut sit legitima, requiritur 1.) ut ex ista de certa testatoris voluntate constet. l. 62. §. 1. ff. de hered. instit. Hinc in alterius arbitrium simpliciter collata non valet. l. 32. ff. de hered. instit. valet tamen si per relationem ad aliquam schedulam, etiam non solennem, qua sit expressa, fiat. arg. l. 38. ff. de condit. & demonstr. l. 77 ff. de hered. instit. l. 25. ff. de reb. dub. Pingitzer. quæst. Saxon. I. 5. n. 1. 2.) ut sit libera, non importunis sollicitationibus extorta. Hartm. Pistor. L. 2. q. 29. n. 6. vid. Ioh. à Sande decis. Fris. Lib. 4. tit. 1. d. 11. 3.) ut non sit captatoria, h. e. eo animo facta, ut alterum inducamus, quo hereditatem nobis vivissim relinquat. l. 70. l. 71. ff. de hered. inst. 4.) ut de certa heredis persona inde constet. l. 62. §. 1. eod. Sufficiens tamen certitudo subest, quando pia causa, v. gr. pauperes, it. ecclesia vel civitas instituitur heres. l. 8. l. 12. C. de hered. inst. Maulius. tr. de ult. volunt. tit. 16.

Heredes III. Sunt autem quidam heredes necessaria quidam ne cessario sunt instituendi, vel exheredandi, quidam pro lubitu instituuntur. Necessario instituendi, vel exheredandi sunt 1.) liberi l. 30. ff. de lib. & posthum. inst. 2.) si hi non adsunt, parentes. Nov. 115. c. 4. & 3.) quadam ratione fratre

tres & sorores, nim si persona infamis, velle-
vi macula laborans, instituatur, & ita fratri
præferatur. Nov. 22. c. 47.

L. 28. ff. t.

2. de lib.

& post

hum. hær.

inst. vel

exhær.

nimurum

1. liberi qui

cunque:

IV. Liberos quod attinet, secundum jus Novell. non amplius est, quantum hanc institutionem & exheredationem attinet, differentia inter suos & emancipatos, nec inter patrem & matrem, sed omnes liberi, cujuscunque sexus, & cujuscunque gradus sint, à parentibus, vel etiam aliis ascendentibus, sive in paterna, sive in materna linea, sunt vel instituendi, vel legitime exheredandi: alias testamentum erit nullum, vel saltim rescindetur.

V. Forma exheredationis liberorum, secundum jus Novell. in hoc consistit, ut ipsa exheredationis causa inseratur, s. exprimatur in testamento diligente. Nov. 115. c. 3. quam causam deinde heres institutus debet probare d. c. 3. Causæ vero istæ ennarrantur quatuordecim in d. Nov. 115. c. 3. hisce versiculis comprehensæ.

Forma ex-
heredatio-
nis libero-
rum.

Bis septem ex causis exheres filius esto:

Si patrem feriat, vel maledicat ei.

Carcere detrusum si negligat, aut furiosum,

Criminis accuset, vel paret infidias.

Si dederit damnum grave, si nec ab hoste remedit;

Vestarive vetet, se societque majis!

Si mimos sequitur, vitietque cubile paternum.

Non orthodoxus, filia si meretrix.

Sub

Sub istis tamen, tanquam sub regulis finitis & generalibus, similes vel majores causæ, vel potius singulares casus, in vita civili occurrentes comprehenduntur, modo ejusmodi sint injuriae, quæ ad ipsos parentes spectant add. Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. cent. 3. cas. 267. num. 6. Iul. Clar. rec. 3 §. testamentum. quest. 41. num. 2. Carpzov. part. 3. const. 14. def. 10. ubi decisum refert, patrem Augustanæ religionis non recte exheredare filium, Pontificiæ religioni addictum.

*Qua non
obseruata
testamen-
tum quoad
institutio-
nem est
nullum.*

VII. Si vero parentes liberos vel plane prætercant, n.e. ipsorum non faciant mentionem in testamento; vel exheredent quidē, sed non exprimant causam exhereditationis justam, testamentum quoad institutionem heredis non habet vires, sed filius præteritus, vel non legitime exheredatus, ab intestato admittitur ad hereditatem; reliqua vero capitula extra institutionem, ut legata, fideicomissa, tutoris datio, nihilominus sunt firma. *de Nov. 115. c. 3 inf.*

2. parentes. VIII. Similiter liberi parentes debent instituere, aut exheredare ex certis causis, exprimentis in testamento, *de Nov. c. 4.* ubi etiam istæ causæ enarrantur, & his versibus breviter includi solent:

*Si pater accusat capitalis criminis, aut se Adjungat nimis, vitæque est insidiatus;
Testari prohibet gnatum; dirumque vene-
num*

Pra-

*Præparet : inclusum si carcere , vel furiosum
Negligat ; & veram contemnat religionem.*

VIII. Denique fratres & sorores eo solum ^{3. fratres} casu, quo ipsis turpis persona, vel levis no-^{& sorores.} tæ macula laborans præfertur, exheredandi vel instituendi sunt Causæ vero exhereditationis habentur in Nov. 22. c. 47. nim. 1.) si quis fratri mortem inferre, vel 2.) eum criminis accusare, vel 3.) substantiæ inferre ja-eturam voluerit. add. *Dorell.* & *Hill.* 6. comm. 15. Non autem hæc forma hic præscribitur, quod causa expresse sit inferenda testamento, sed sufficis simpliciter exheredasse & tunc fratri exheredato incumbet, ut si ini-que se exheredatum esse dicat, probet, se tale quid non commisisse, sed debito modo erga defunctum fratrem se gessisse.

Add. L. 2. Tit. 13. I. de exheredat. Liberor.

TIT. XVIII.

DE

HEREDIBUS EXTRANEIS INSTITUENDIS , ET DE CONDITIONIBUS INSTITUTIONUM.

I. Si liberi vel parentes non extant, sive ^{Heredes} extranei, etiam certa ratione fratres non adsint, alii he- redes qualibet extranei institui possunt, modo sint habiles. vid. tit. *præced. aphor.* 4.

II. Potest vero vel unus, vel plures institui ^{vel unus} si plures sint instituti, & partes non expressæ, ^{vel plures} ^{instituuntur} æqualiter inter se dividunt hereditatem; sin ^{tur}, parti- ^{verō}

bus expressis vero partes sunt expressæ, illæ sunt observan-
vel non. dæ. Porro si partes quidem sint adscriptæ
 singulis heredibus, ista vero non exhaustant
 universam hereditatem, quod superest, pro
 rata inter omnes heredes dividitur. vid. §. 6.
 7. 8. & 9. I. de hered. instit.

Instituuntur vel pure, vel i., adjecto die certo aut incerto. III. Instituuntur heredes vel pure, vel sub
 conditione, vel etiam adjecto die. Dies aut
 certus est, aut incertus: ille, sive apponatur ut
 terminus à quo, sive ut terminus ad quem,
 pro non adjecto habetur. l. 17. ff. de R. I. §.
 9. I. de hered. instit. tacite vero dies inesse po-
 test. l. 68. ff. de hered. instit. l. 52. pr. ff. de con-
 dit. & demonstrat. Incertus dies aut simpliciter
 talis est, cum nec appareat an, nec quando, sit
 exiturus: & instar conditionis est, adeoque
 valet. l. 75. ff. de condit. & demonstr. l. 62. ff.
 de hered. instit. aut secundum quid, eum in-
 certum est vel tantum, an sit exiturus: &
 itidem pro conditione est l. 21. pr. ff. qu. dies
 legat. vel tantum quando; & similiter ut con-
 ditio se habet, si nim. in persona tertii sit ad-
 scriptus: posset enim fieri, ut heres ante exis-
 tentem in tertio conditionem moriatur. l.
 9. C. de hered. instit. Sin vero ipsi institu-
 to; pro non adjecto habetur, cur enim expe-
 ctetur, quod certo in herede exiturum est?

*vel 2. ad-
 ducta condi-
 zione possibi-
 li.* IV. Conditio in genere est adjectio ejus-
 modi, qua actum differimus in aliquem futu-
 rum eventum sc. casum. l. 10. §. 1. ff. de condit.
 L. 68. ff. t. instit. l. 91. ff. de condit. & demonstr.
z. de con-

V. Distinguuntur conditiones in possibiles & impossibiles: Possibilis est, quæ actum in futurum & incertum casum, qui contingere licite potest, & non contingere, suspendit, ita ut eo impleto i. existente, actus sive promissio valeat; deficiente, reddatur inutilis. l. 34.
 §. 1. eod l. 37. l. 39. ff. d. R. C. Atque iterum ^{enque aut} alia est potestativa, alia casualis, alia mixta. ^{potestativa,}
 l. un. §. 7. C. d. caduc. toll. Potestativa est, cujus eventus dependet ab ejus voluntate, & facultate implendi, cui sub ea quid relictum, aut promissum d. l. un. §. 7 l. 29. ff. de condit. & demonfir. l. 4. §. 1. ff de her instit. Casualis est, que ex alieno arbitrio, vel solo ^{aus casuali,} eventu & fortuna dependet. l. 60. pr. ff. de condit. & demonstr. Mixta est, cujus impletio partim a voluntate & arbitrio ejus, in quem confertur, partim a casu dependet. d. l. un. §. 7. C. de caduc. toll. l. 4. C. de instit & subst. Vid. Philibert. Brussel. de condition. lib. 4. tit. 2

VI. Omnis generis possibiles conditiones heredis institutione recte adjiciuntur, & usque ^{Huiusmo-} dum existant, institutio suspenditur §. 9. I. de ^{de condi-} hered. instit. Liberi tamen a parentibus non, ^{s ones re-} nisi sub potestativa conditione institui pos- ^{de adjici-} sunt, l. 4. ff. de hered. instit. l. 4. C. de inst. ^{untur; sed nou it., li-} & subst. imo quoad legitimam etiam con- ^{beris insti-} ditio potestativa rejicitur. arg. l. 32. C. de ^{tutis.} inoff. testam. nisi facile impleri possit. Vas- quius de success. Creat. Lib. 4. §. 10. num.

224. & de success. propress. §. 30. n. 117. & seqq.

Aliqua-
ndo & ne-
gativa
conditio
adjectur:
que casu
opus est
cautione
Mutiana.

VII. Non solum vero affirmativa, sed & negativa conditio imponi potest: quo casu, ut id, quod relictum est, quis possit persequi, cautio admittitur, per quam quis id, quod sib sub conditione possibili negative concepta, relictum est, sub onere restitutio, nis, si contra agat, percipere potest, vocaturque cautio Mutiana, l. 7. pr. ff. de condit. & demonstr. l. 77. §. 1. 2. eod.

Conditio,
si nou nup-
serit, ha-
betur pro
non adje-
cta.
Aliud ob-
tinet in se-
cundis nu-
gesiso.

VIII. Cæterum conditio si non nupserit: it, si in viduitate permanferit; sive mari sive fœminæ imposita, qs. non adjecta remittitur tot. tit. C. de indict. viduit. toll. Quod ad secundas nuptias coercendas, in his correxit Justinianus ita, ut illis abstinere, aut legato, postquam eas contraxit, carere quis debeat Nov. 22. c. 44. & auth. cui relictum. C. d. tit. Add. Petrus Peckius de testam. Conjug. Lib. 1. c. 24. n. 2. Ann. Robert. rer. judic. l. 2. c. 7. Christin. decis. Belg. vol. 4. decis. 39. num. 8. Ita etiam conditio nuptiarum, in consilium vel arbitrium alterius collata, regulariter non valet, sed pro non adjecta habetur. l. 72. §. 4. ff. de condit. & demonstr. add. l. 28. l. 106. ff. eod. nisi in eum finem fiat, ut certa lege ad honestiores nuptias ineundas invitetur. arg. l. 46. & seq. l. 71. §. 1. de condit. & demonstr. Veluti si ab avo nepos instituitur ea conditione, si ex

con-

consilio & voluntate patris matrimonium contraxerit, aut pater filiæ amplius quid reliquerit, ea conditione, si nupserit ex patrui consilio & autoritate arg. l. 62. §. fin. eod. Vid. Phil. Brussel. *de condit. lib. 4. tit. 2. n. 7.*
& seqq.

IX. Possunt vero etiam plures conditiones adjici, quæ si coniunctim institutioni adscriptæ sint, omnibus parendum est: si separatim seu alternative, uni optemperare sufficit. §. 11. *I. de hered. instit. l. 5. ff. de condit. instit. l. 78. ff. de condit.* & demonstr. nisi institutionis facta sit in casum, ad cuius adimpletionem plura copulative requiruntur. arg. d. l. 5. *de condit. instit.*

X. Quod si heres institutus non adimplevit conditionem ante mortem, non admittitur ejus heres eam adimpleturus. l. 109. *ff. de condit. condit. & demonstr. l. un. §. 7. C. de caduc. toll.* Phil. Brussel. *de condit. lib. 3. tit. 2. n. 3.* Si conditio mixta adjecta, eaque partim a facto heredis, partim a casu dependeat, & casu fortuito impediatur existere, heredis institutione evanescit. Sichard. *ad l. 1. n. 6. C. de inst. & subst.* Sin vero conditio mixta partim a voluntate instituti, partim a facta tertii dependeat, si ab ipso impediatur, conditio extitisse intelligitur Sich. d. l. Gail. 2. O. 132. n. 6. & 7. Hun. Enc. I. p. 4. t. 7. c. 7. n. 23.

XI. Impossibiles conditiones, sive natura impossibilitales, sive jure, h. e. turpes, vid. l. 15. *ff. de condit. les conditions*

*habentur
pro non
scriptis.*

dit. instit. in heredum institutionibus , it. fideicommissis & legatis, habentur pro non scriptis , seu remittuntur. §. 10. I. de hered. instit. l. 1. l. 9. 14. ff. de condit. instit. l. 20. de condit. & demonstr. Sichard. ad rubr. C. de instit. & substit. Schneidevv. ad §. imposibilis conditio. n. 1. I. de ber. instit. Surd. dec. 68. num. 11. & 7. quia scil. nihil potest imputari ei , qui non implet conditionem , quam edimplere non potest, vel lege prohibetur. vid. Phil. Brussel. d. tract. l. 4. tit. 2. n. 13. Quamvis vero Simon von Leuvven in *Censura forens.* Lib. 3. c. §. n. 24 & 25. existimet, moribus hodiernis conditionem per se impossibilem ipsam dispositio nem vitiare , perindeque haberi. ac si ridicule , & ludendi animo , nihil disposuisset testator , nullam tamen rationem , nec autoritatem , nec exemplum s. præjudicium allegat , ex quo de hac consuetudine contraria constare possit. Cæterum si filius , qui in potestate est , sub conditione impossibili , aut turpi, heres scriptus fuerit, non rite erit institutus d. 15. ff. de condit. instit. quia scil. indignum videtur filio , ejusmodi conditionem patrem adscribere ; & quia non opus habet filius, quippe ipso jure succedens , ut remittatur ejusmodi conditio : in odium igitur ejus, qui adscripsit , & favorem filii adscripta conditio vitiat testamentum , cum liberius sit ab inter-

*Sicut in
filio.*

Intestato successurus. Phil. Brussel. d. l. num.

14. & 15.

Add. L. 2. T. 14. I. de hered. instit.

TIT. XIX.

D E

S U B S T I T U T I O N I B U S .

I. Cum aliquando accidat, testatorem ve- *Substitutionis generallis descriptio*
reri, ne institutus heres moriatur ante mor-
tem testatoris, vel alias non possit, vel nolit
esse heres, adeoque tunc loco ejus alteri he-
reditatem malit delatam: ideo licet ipsi plu-
res heredum gradus constituere, quotquot
testator voluerit, per substitutionem i. e. he-
redis institutionem secundo, vel ulteriori
gradu factam, seu unius in alterius locum
surrogationem. l. 1. pr. l. 43. §. 2. ff. de vul-
gar. & pupill. subst.

II. Estque alia directa, alia obliqua: directa *Alia directa*
in specie substitutio vocatur, qua recte via, *directa*,
priori herede deficiente, ad substitutum de-
venit hereditas. d. l. 1. Obliqua est, quæ *alia obliqua*
fit per fideicommissum, requirens alicujus re-
stitutionem, diciturque fideicommissum uni-
versale. l. 57. §. 1. l. 62. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.
de quo inferius.

III. Agitur hic de directa substitutione, *Directa sub*
quæ substitutionis nomine, simpliciter posito, *accionis*
intelligi solet. Add. Carpz. p. 3. C. 8. d. 8. *specie.*
Dividitur hæc in vulgarem, & pupillarem, ad

cujus exemplum eitam introducta est qs. pu-
pillaris, s. exemplaris; & denique accedit
militaris, t. privilegiata.

*De quibus
in genere
quid mo-
netur.*

IV. De his in genere notandum, si in sub-
stitutione partes aliæ non sint expressæ, eæ-
dem partes, quæ in institutione expressæ, re-
petitæ censentur. §. 2. I. de vulg. subst. add.
l. 24 ff. eod.

*Vulgaris
substi-
tutionis
defin.
L. 28. ff. t.
s. de vul-
gari & pu-
pill. sub-
stitut.*

V. Vulgaris substitutio est, quæ fit in eum
casum, quo primo gradu institutus, non factus
fuerit heres ex testamento l. 1. §. 1. ff. de vulg.
Et pup. subst. l. 3. C. de impub. Et al. subst.

*Quæ offe-
dum habet
in casu no-
luntatis vol-
imotentia.*

VI. Tunc igitur effectum hæc substitutio
habet, si primo gradu institutus heres non
erit, quod dupliciter contingere potest, vel
ob casum voluntatis, uti vocant, h. e. si re-
nuntiat hereditatem, vel heres esse nolit; vel
impotentiæ, si heres esse non possit. Et qui-
dem alter casus forte specialiter a testatore ex-
pressus v. g. noluntatis: si Sempronius he-
res esse noluerit, comprehendit etiam alte-
rum non expressum, seu impotentiæ, secun-
dum commun. Dd sententiam, ex benigna vo-
luntatis interpretatione præsumptum. Gomez.
Lib. 1. Var. resol. c. 3. n. 10.

*Alias ex-
pirat.*

VII. E contrario vero hæc substitutio ex-
pirat, quando heres primo gradu institutus
hereditatem adit. l. 5. C. de impub. Et al. sub-
st. vel quando substitutus ante institutum
mori-

moritur: neque enim ad hujus heredem transmittitur substitutio *arg. l. ult. §. 5. C. de cad. toll.*

VIII. Pupillaris substitutio est, quā patres-
fam. liberis suis impuberibus, quos proxime
in potestate habent, & in alterius potestatem
non sunt recasuri, substituunt in casum, quo
heres existens in ætate pupillari deceperit *pr.*
I. de pub. subst.

IX. Est hæc substitutio vel expressa, quando nim. jam dicta conditio exprimitur; vel tacita, quæ continetur in vulgari substitutione, applicata filiofam impuberi, cum ex præsumta voluntate patris, sub conditione:
si heres non erit: subintelligatur etiam illa:
si heres erit, & antequam pubes factus, deceperit. *l. 4. ff. de vulg. & pup. subst. l. 4. C. de impub. & al. subst.* Similiter ē contrario sub pupillari expressa, subintelligitur vulgaris. gl. & Dd. commun. in d. *l. 4. ff. de vulg. & pup. subst.*

X. Potest pupillariter substituere is, qui liberos in potestate habet *pr. I. d. t. l. 2. pr. ff. eod. pupillariter* Mater igitur & reliqui parentes, qui liberos in *pater.* potestate habent, non possunt pupillariter substituere *dd. text.* Potest tamen mater vulgariter substituere, & substitutionem conferre in mortem impuberis, quoad bona materna, qui est casus *l. 33. pr. ff. de vulg. & pub. subst. vid. Berl. Decis. III.*

XI. Substituitur pupillariter impuberibus suis heredibns, i. e. liberis, qui proxime, s. ne-
substitui-
susq[ue]q[ue] ans
impuberibus
mine

mine intercedente, sunt in patria potestate. pr.
I. de pupill. subst. Ex formula tamen L.
 Vellejæ, etiam nepotibus, quos pater præce-
 dit, substitui potest. *l. 2. pr. ff. de vulgar.* &
pupill. subst. add. *l. Gallus 29. §. 13. ff. de lib.*
 & *posthum.*

*Forma sub-
stit. pupilla-
ris.*

XII. Forma hujus substitutionis est, ut sibi
 quis heredem scribat, & filiofam. *l. 1. §. 3. ff.*
de vulg. & pup. subst. (excipitur miles, qui eti-
 am soli filio potest facere testamentum *l. 15.*
§. pen. ff. de testam. mil.) tum in bonis à patre
 provenientibus, si filium non exheredaverit,
 tum in aliunde quæsitis, seu postea obvenien-
 tibus. *§. 4. I. b. t.*

*Substitutus
existens
causa ad-
mittitur,
etiam exclu-
sa matre.*

XIII. Effectus igitur hujus substitutionis
 locum habet, si vel filius intra annum 14.
 filiave intra annum 12. moriatur, vel si libe-
 ri ante testatorem moriantur, vel alias heredes
 non sint. Hisce casibus succedit substitutus,
 omnibus legitimis heredibus etiam illis, qui
 bus legitima alias debetur, ut matre, à bonis
 quoque filii, plane exclusis. *l. 8. §. 5. ff. de in-*
off. testam. l. 7. C. de impub. subst. c. 1. de
testamentis in 6. Quod tamen Dd. communi-
 ter restringunt ad expressam substitutionem,
 & volunt, licet vi tacitæ pupillaris substitu-
 tionis quis succedat, matri nihilominus legi-
 timam deberi. Carpz. p. 3. C. 8. d. 1. & 2. Rich-
 ter. Decif. 45. Imo in Constitutione Electo-
 ral. p. 3. c. 8. singulariter statuum, quod
 nec expressa, nec tacita pupillari substitutio-
 ne

ne, matri legitima adimi possit. Quod ad avum, aviamve extendendum. *Dec. Elest. Saxon. noviss. 47. add Richt. Dēcis 45. n. 22.*

XIV. Expirat autem substitutio pupillaris ^{Alias ex-}
1.) pubertate sui heredis l. 7. l. 14. ff. de vulg. ^{spira.}
Et pup. subst. adeo ut licet in longius tempus
pater substitutionem cenceperit, tamen pu-
bertate extinguatur. d. l. 14. ff. §. pen. *Inst.*
eod. nisi fideicommissum subfit dd. text. Ad
brevius vero tempus v. g. 10 annos restinguui
potest, quibus elapsis evanescit. l. 21. l. 43.
§. 1. ff. de vulg. Et pup. subst. 2.) si vivo pa-
tre impubes moriatur, vel 3.) testamentum
paternum plane sit infirmatum §. 5. I. d.t.

XV. Exemplaris seu quasi pupillaris sub- ^{Quasi pupil-}
stitutio est, qua aliquis ascendentium substi- ^{laris substi-}
tuit liberis mente captis, aliove vitio, ob quod ^{tutionis de-}
ipsi testari nequeunt, laborantibus, eum in ^{scriptio.}
casum, si in tali conditione deceferint. §. 1.
I. d.t. l. 9 C. de imp. Et al. subst.

XVI. Est hæc itidem velexpressa, quæ fit ^{qua itidem}
verbis expressis: *nimir. si. filius meus in fu-* ^{vel expressa}
rore deceferit, Titium ei substituo: vel ta- ^{est, vel sa-}
cita, quæ sub vulgari aut pupillari subintel- ^{titia,}
ligitur arg. l. 4 p. de vulg. Et pup. subst. Et l. 4.
C. de imput. Et al. subst.

XVII. Veniunt autem hic necessario substi- ^{Sunt autem}
tuendi 1.) liberi ejus, cui substituitur, si quos ^{bic quedam}
habet, ita ut saltim legitimam qualibet habeat ^{persona ne-}
salvam; 2.) his non extantibus fratres sunt ^{cessario sub-}
substituendi. l. 9. §. fin. C. de impub. Et al. ^{sistenda,}
N. 5 subst.

subſt. mater vero & pater à substituente prætere-
riri possunt. arg. d. tx.

Casu exi-
ſtente va-
let : alias
expirat.

XVIII. Effectum hæc substitutio habet, si is, cui substituitur, in ista conditione moriatur. *d. l. 9.* Expirat vero eadem istiusmodi morbo non ad tempus, sed in totum recedente *d. l. 9.* redeunte vero morbo, substitutionem qs reviviscere communis est sententia Dd. in *l. 43. ff. de vulg. & pub. subst.*

Privilegi-
ata substi-
tutio :

XIX. Denique privilegiata substitutio est, qua miles, etiam de bonis non castris, extra castra testamentum condens, cuivis heredi à se instituto, potest directis verbis substituere alium, in casum, quo institutus deceperit, sive adjecto certo tempore & conditio- ne, s. indefinite *l. 15. de vulg. & pub. subst. l. 8. C. de impub. & al. subst.*

que non
convenit
paganu, adeo
ut nec regu-
lariter ut
fideicom-
missi sub-
sistat.

XX Paganus vero ejusmodi substitutionem verbis directis facere non potest, adeo ut nec regulariter jure fideicommissi valeat. §. ult. I. de pup. subst. Excipitur 1.) si in codicillis, vel quod idem est, in ultima voluntate, cui clausula codicillaris est adjecta, facta fuerit talis substitutio *l. 76 ff. ad SCt. Trebell.* 2.) si alia ratione verba testamenti possint ad fideicommissū trahi, veluti si ejusmodi verba concepta sint, quæ tractum temporis habent, aut in casum mortis heredis suspenduntur. Vid. Mantic. de conject. ultim. vol. l. 8. t. I. num. 12. &

31. Anton. Faber. *ad C. l. 6. t. 8. d. 6. n. 14.*

& def. 8. inf. Richt. *Dec. 46.* & 47.

Add. *L. 2. T. 15. I. de vulgari substitutione*
& T. 16. de pupillari substitutione.

TIT. XX.

QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

I. Testamentum jure perfectum usque eo ^{Testamen-}
 valet, donec rumpatur, irritumque fiat. *pr. oft ipso ju-*
I. b. t. Aliquando vero & ipso jure nullum est. *re nullum;*
 Hoc posterius contingit: 1.) Si solennita- *L. 18. ff. t.*
 tes desint 2.) Si heredis institutio deficiat. *§. 3. de inju-*
^{34. I. de leg. vel heres institutus ante testato-} *sto, rupto,*
 rem moriatur. 3.) Si liberi à parentibus, vel ^{irrito fa-}
 parentes à liberis sint præteriti, vel non rite ^{& o testa-}
 exheredati 4.) Si persona condens testamen- ^{mento.}
 tum sit inhabilis 5.) Si testamentum vi metu-
 ve, aut dolosis persuasionibus sit extortum. 6.)
 Si testamentum quidem sit cœptum, sed non
 ad finem perductum. *l. 11. § 1. ff. de leg. 3. l.*
^{29. pr. ff. qui testam. f. poss.}

II. Firmum vero initio testamentum rum- ^{well. I. rum-}
 pitur, qn. in eodem statu manente testatore ^{pitur 1.) na-}
 circa ipsum testamentum aliquid, quod illud ^{tivitato post}
 vitiat, accidit; nim. primo, si post conditum ^{hum.}
 testamentum nascantur liberi, qui in testa-
 mento non sunt instituti. *l. 12. pr. l. 4. l. 5. ff.*
^{de injust. rupt. irrit. fact. test.}

III. Deinde reali mutatione voluntatis, quæ ^{2.) reale}
 vel fit 1. per posterius testamentum, jure per- ^{mutatione}
^{voluntatis}
 fe.

per posterius testam. clausulam
testamento suo expresserit, se nunquam de ea-
dem voluntate velle recedere, adeoquesi quid
ei contrarium factum apparuerit, ratum mi-
nime fore, cuiusmodi derogatione prospe-
ctum quidem intelligitur contra improvidas
testationes sequentes. Unde si in posteriori
contraria voluntate isti derogatoriæ clausulæ
iterum expresse renunciatū non sit, posterius
testamentum non valere, sed ad hoc vi, metu
aut persuasione seductum præsumi, tradunt.
Jul. Clarus Lib. III. §. testam. q. 99. pr. Menoch.
4. præsumpt. 166. Peckius de testam. conjug.
lib. I. c. 43. Verum per istam clausulam à priori
voluntate recedendi facultas omnino adempta
non est. vid. l. 22. pr. ff. de leg. 3. l. 4. ff. de
adim. & transf. legat. Sic Carpz. responsum
esse testatur, etiamsi clausula ista derogato-
ria non sit expresse revocata in posteriore te-
stamento, tamen prius esse ruptum. p. 3. C. 5.
d. 19. Necesse vero est, ut posterius testa-
mentum sit jure perfectum. §. ult. I. quib.
mod. testam. infirm. Excipitur casus singu-
laris, quo in posteriori imperfecto quoad de-
ficientes solennitates instituti sunt, qui alias
ab intestato essent successuri, modo quinque
testes adfuerint. l. 2. ff. de injust. rupt. irrit.
fact. testam. l. 21. §. 3. C. de testam. at-
que tunc posterior hæc voluntas non quidein
proprie ut testamentum valet, sed ut quædam
distributio hereditaria, ab ipsotestatore facta

aliquando
& minus
solemne;

IV. Porro 2. reipsa mutatur voluntas, & rumpitur testamentum, si tabulæ testamenti incidentur, resignentur, aut deleantur. *tot. sione testam.* *ff. de his quæ in test. del.* Si vero pars aliena. *aut deletio ne aut incisio* qua solum sit deleta, solum illa pars mutata *L. 13 ff t.* est, non totum testamentum. *l. 2. d. t.* Opus *4. de his, quæ in te-* vero est, ut ista deletio, incisio aut revulsio *stam, de-* sigillorum sit consulto facta. *l. 1. pr. d. t. lentur in-* & quidem ab ipso testatore. Hinc si apud duc. vel *inscrib.* testatorem post ejus mortem testamentum, ademptis illa sigillis, reperiatur, præsumitur ab ipso testatore consulto sigilla ablata, aut testamentum incisum esse: sin vero penes tertium ita incisum reperiatur, testamentum non censetur revocatum. Sichard *in l.* 30. *C de testam.* Non autem sufficit, involucrum testamenti esse resignatum, quia hoc non pertinet ad ipsum testamentum. Carpz. *p. 3. C. 5. d. 27.*

V. Nec nuda revocatio verbis facta sufficit, etiamsi coram septem testibus fuerit *Non sufficit nuda revo-* prolata. §. 7. I. qu. mod. test. infirm. l. 27. C. *catio verbis de test.* Clarus *L. III. §. testam. q. 91.* Unde facta: testamentum apud acta conditum, hoc solo quod inde repetatur, integrum tamen sit relictum, nihilominus censetur adhuc firmum nisi revocatio expresse fiat. vid. *Decis Ele&t. noviss. 44.* Si tamen nudæ revocationi testamenti accesserit lapsus decennii post testamentum illud conditum, revocatio erit firma. *nisi accesserit lapsus decennii,* Vid. *l. 27. C. de testam.* ibique interpp. *Præ-*

Præterea volunt testamentum inter liberos
verbis revocari posse, per Nov. 107. c. 2.

*II. Irritum
fit testamen-
tum,
i capitis
minnione* VI. Irritum dicitur testamentum sieri i.) quando infirmatur, ob statum testatoris mutatum, sive maxima sive media capitis deminutione §. 4. *I. quib. mod. testam. inf.* Hodie enim minima capitis deminutione non infirmatur testamentum.

*2. alii e-
ventibus;* VII. Præterea irritum fit testamentum, qn institutus, vel etiam substitutus heres, conditionem non implet: vel etiam si heres ante testatorem moriatur: vel si heredes instituti repudient hereditatem. *l. 1. ff. de injust. rupt.
irrit. f. test. §. 7. I. de hered. quæ ab intest.*

TIT. XXI.

DE

INOFFICIOSIS TESTAMENTIS, UT ET LEGITIMA.

*vel IV. ut
inoffic. parentes suos, vel hi liberos suos exhereda-
rescinditur. L. 5. ff. t. 2. de inoffic. testam.* I. Si causæ exheredationis, ob quas liberi parentes suos, vel hi liberos suos exheredarescinditur, non possint probari: Similiter si fratri soro- rive heres infamis præferatur, nèc tamen iis eave legitimo exheredetur; tunc testamentū tanquam inofficium querela rescinditur. *tot. tit. ff. de inoff. testam.*

*bujusmodi
guerela ul-
tra fratres
et sorores
alii non pos-
sunt nisi* II. Extra vero istum casum fratres & sorores, & quilibet alii cognati præteriri libere possunt, licet testator neque in linea ascenden te, neque descendente heredes habeat. *l. 1. ff. I. I. eod.*

III.

III. Quando vero liberis, aut parentibus, vel etiam dicto casu fratribus legitima sit reliqua, & quidem quod liberos attinet, ut isti in ista legitima sint instituti heredes, testamentum querela inofficiosi non potest rescindi, §. *Non locus est querela inofficiosa, si legitima relata fuerit.*
I. d. t. Nov. 115. c. 3. & 4. Non vero opus est, ut tota legitimæ quantitas sit reliqua, sed sufficit minimam partem esse relictam: neque enim tunc querela ista rescindi testamentum potest, sed ad supplementum agendum erit, ut scil. quod deest suppleatur. *I. 36. pr. C. de inoff. testam.*

IV. Est vero legitima legibus debita portio, *Legitima descriptio & quantitas.*
Eius quantitas fuit olim quarta pars totius hereditatis. *I. 8. 8 ff. de inoff. testam. §. ult. I. eod.* Jure vero novell. scil. per *Nov. 18. c. 1.* aucta est legitima, ita ut si quatuor vel pauciores sint liberi, si triens hereditatis: sin vero plurcs quam quatuor liberi extent, semis seu dimidia pars hereditatis, dividenda nim. inter eos, quibus legitima est reicta, adeoque unus priori casu accipit tertiam partem ejus portionis, quam alias ab intestato ex tota hereditate haberet, & similiter posteriori casu unus accipere debeat dimidiad partem istius portionis, quam ex tota hereditate, si ab intestato succederetur, caperet. Succeditur etiam quoad legitimam in stirpes, h. e. aliquando, perinde ut in successione ab intestato, in linea descendentium, in *com-*

computanda legitima non singula capita, seu personæ liberorum numerantur, sed stirpes.

*Aucta leti-
am est, sec.
comm. Dd.
fratrum le-
gitima.* V. Aucta vero est secundum comm. Dd. opinionem etiam parentum & fratrum legitima, ita ut parentum & quoque respectu opinionem, sit triens, vel aliquando semis, si nimis fratres parentum & parentes concurrant, secundum Nov. n8. c. 2. Similiter & ratione fratrum, supra expositiocasu, sit tricis, si quatuor vel pauciores sint; semis vero, si plures quam quatuor concurrant fratres. *Cardinalis Tuschus tom. 5. lit. l. concl. 185. & 186. Vasquius de success Creat. §. 20 n. 2. & 3. Franciscus de Barri de success. testat. & intest. L. 16. t. 2. n. 1. & seqq.*

*Exheredatis
non faciunt
artem.* VI. Maxime circa hanc rem controvertitur, an juste exheredati, aut alia ex causa non succedentes, in computatione legitimæ connumerentur, & cæteris partem faciant? i. e. an liberi ex justa causa exheredati, aut alias non succedentes, re ipsa adhuc inter liberos numerentur, perindeque habeantur, ac si partem suam habuissent, ad eum effectum, ut cæterorum legitima minuatur, & tanta, nec major fit, quam quanta fuisse, fratre non exheredato, aut alias cum ipsis simul succedente: & contra, si plures sint quam quatuor, veluti si sint quinque numero, an uno eorum exheredato aut non succedente, reliquorum portio nihilominus sit semis, perinde ac si ille quintus etiam successisset? Quod secundum comm. Dd. opinionem ita deciditur, ut exhib-

exheredati & exclusi inter numerum libero-
rum, ad augendam, vel minuendam reliquo-
rum legitimam non numerentur, quia per-
inde sit, ac si mortui essent. arg. l. i. §.
ff. de bon. possn. p. contr. tabb. §. 3. l. de success.
libert. add. l. 10. §. 4. de bon. poss. contr. tabb.
Nov. 22. c. 20. §. fm. &c. 21. Ita sentiunt.
Gail. 2. O. 122. n. 18. Boerius dec. 104. 25.
& 8. Carpzov. p. 3. C. 10. d. 12. & 13.

VII. Cæterum si unus ex liberis heredita- *Repudiatis*
tem repudiet, portio ejus reliquis accrescit: *vero facit*
sic si quinque sint liberi, ex quib. heredi- *partem sive*
tatem unus repudiavit, reliquorum legitima *numeratur*
nihilominus erit semis, per text. l. un. C. *inter liba-*
qu. non. pet. part. pet. accres. Et portio defici- *res, ita tamen*
entis quoad legitimam reliquis accrescit arg. *portio ejus*
l. 3. §. f. de bon. poss. l. un. §. 10. 14. C. de *accrescat*
Caduc. toll. Carpz. d. l. def. 15. nisi in do- *cateris.*

tem, aut donationem propter nuptias quid
certi acceperit, quod loco legitimæ suæ ac-
cepisse intelligitur, quo casu portionem ex
triente, *nim. si non ultra quatuor fuerint liberi;*
apud heredem institutum manere; sin
vero quinque fuerint liberi, ipsa ad-
numerata, nihilominus trientem esse legiti-
tam volunt. Berlich. p. 3. c. 12. n. 26.
& seqq. Carpz. d. l. def. 14. add. plurib.
Cardinal. Tuschus tom. 5. lit. l. concl. 208.
& 209. Hieron. de Cævallos *speculo com-*
opin:

*opin. contr. com. qu. 370. Ciphell. decis.
34. Guido Papæ d. 295. Mercur. Merlin. tr. d. legitima Lib. I. tit. 4. q. 3.*

*Qua impu-
tentur in
legitimam.*

VIII. Imputantur in legitimam ea, quæ ex bonis testatoris profecta sunt, sive per ultimam voluntatem, sive per alium modum v. gr. per dotem, vel donationem simplicem l. 25. ff. *de inoff. testam.* l. 29. l. 35. §. 2. C. eod. Excipiuntur prælegata. l. 12. & seqq. C. *de collat.* & per remunerationem donata. Gail. 2. O. 39.

*Modus
emopusandi*

IX. Spectatur vero tempus mortis, seu quantum eo tempore in bonis defuncti fuit. l. 6. C. *de inoff. testam.* subducto ære alieno, l. 8. §. 9 ff. *de inoff. testam.* item detractis bonis restitutioni subjectis. arg. l. 15. §. 5. ad. L. *Falcid.* vid. Berlioh. p. 3. C. II. num. 19. & seqq.

*Deiude
non locus
est querela,
si agneta
voluntas ul.
sim patris,
vel quarela
renunciatur*

X. Præterea non locus est querelæ inofficiosi testamenti propter agnitionem voluntatis testatoris, sive propter repudiationem querelæ. l. 23. §. 1. l. 17. pr. ff. *de inoff. testam.* Confensus autem, patri vivo declaratus, non excludit querelam l. 35. §. 1. C. *de inoff. test.* Porro propter lapsum quinquennii, ab adita hereditate ex testamento computandum. l. pen. §. 2. C. *de inoff. testam.* Exceptio tamen

*Et extin-
guitur mor-
te exher-
datis.*

est in l. 8. §. fin. ff. eod. Similiter etiam morte exhereditati, seu præteriti, extinguitur hæc querela: nisi vivus jam conquestus fuit. l. 6. ff. l. 5. C. d. t. Exceptio est in l. 36. §. 2. in f. C. eod.

TIT. XXII.

DE

HIS QUIBUS UT INDIGNIS HE-
HEREDITAS AUFERTUR.

I. Quamvis testamentum ipso jure sit firmum, nec etiam ullo modo rescindi possit: aliquando heredes se, ex nihilominus tamen aliquando hereditate, ad certis causis, indignos reddunt hereditate, ad eoque istis hereditas eripitur, ac in fiscum redigitur. Nim. 1.) si quis testatorem occidet, vel causa mortis ejus fuerit; 2.) juxta jus Romanum, si heres necem testatoris non vindicaverit. l. 9. C. de his quib. ut indign. Hodie vero, propter non institutam accusationē contra occisorem, heredes non privantur hereditate, sed Magistratui vindictam committere possunt. Ord. Crim. art. 214. Carpzov. pr. Crim. p. 1. q. 34. n. 74. ubi n. 90. monet, eo casu, quo heredes, mortem interfecti non ulciscentes, opulentam acquirunt hereditatem, ex ea sumtus fisco esse restituendos; 3.) si quis, injuste suo nominet testamentum impugnaverit; 4.) si quis, dum captat hereditatem legitimam, vel ex testamento condito, prohibuit quem facere testamentum, aut conditum mutare. l. 1. pr. l. 2. ff. si quis aliquem testari prohib. 5.) si quis aliquem testari, sibique hereditatem relinquere coegerit. l. 1. C. si quis aliquem test. prohib. vel coeg.

Aliquando
heredes se
indignos
reddunt he-
reditate.
L. 34. ff. t.
9. de his,
quaes ut
indign.
dicaverit. l. 9. C. de his quib. ut indign. Ho-
die aufer.
1.)
2.)

3.)
4.)
L. 29. ff. t.
6. si quis
aliquem
testari
prohib.
5.)

TIT. XXIII.

DE

HEREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA; UT ET DE ACQUIRENDĀ VEL OMITTENDA HEREDITATĒ; EJUSDEMQUE TRANSMISSIONE, NEC NON DE JURE ACCRESCENDI, ET APERTURA TESTAMENTI.

*Acquisitio
hereditatis
varia pro
varietaate
heredum:*

*alii enim
sunt necessarii;*

alii sui;

I. Si cūdam per testamentum, aut ultimam voluntatem (*vel etiam ab intestato*) hereditas deferatur, illa acquiritur, vel omittitur. Acquisitio ista & omissio varia est, pro diversa conditione, & qualitate heredum: alii namque heredes sunt necessarii; alii sui; alii extranei seu voluntarii.

II. Necessarius est servus, heres à domino institutus, & cui inde libertas obvenit; hic necessario debet esse heres. vid. §. 1. I. de ber. qual. & diff.

III. Sui heredes sunt liberi, qui tempore mortis parentum proxime, seu nemine in proprio gradu præcedente, in potestate patria morientis sunt. §. 2. I. d. t. Isti sui heredes hereditatem ipso jure acquirunt d. §. 2. junct. l. II. ff. de liber. & post. sive successio sit ab intestato, s. ex testamento. Ex æquitate tamen ipsis indulgetur, an velint se immiscere hereditati, h. e. hereditatem delatam, & ipso jure civili stricto jam acquisitam, etiam factō suo fuscī-

suscipere & retinere: an vero velint abstine-re, h. e. animum suum declarare, quod nolint hereditati se immiscere *l. 12. l. 71. §. 4 ff. de acquir. vel omitt. her.* Licet vero abstinuerit suus heres, tamen nuda existentia, sive ista acquisitio hereditatis, ipso jure contingēs, certos quosdam habet effectus, de quibus suis locis agetur.

IV. Notandum & hoc est, quod creditores, qui conveniunt filium ob credita paterna, debeant probare, filium se immiscuisse paternæ hereditati: nisi filius post mortem patris in bonis moratus fuerit: tunc præsumtio contra ipsum est, quam elidere debet & potest, si non ut heres, sed ex alio capite, vid. *l. 20. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. v. gr. ratione maternorum honorum repetendorum, ostendat se in hereditate fuisse. Gail. 2. O. 128. Daniel Moller. 4. Semestr. 39.*

V. Extranei seu voluntarii heredes sunt, quibus, nec in defuncti dominica, nec patria potestate cōstitutis, hereditas defertur, atque istam vel suscipere & acquirere, vel repudiare ab ipsorum dependet arbitrio. *§. 3. I. de ber. qual. & diff.*

VI. Suscipitur vero, vel acceptatur hereditas animo & voluntate pure declarata. *l. 77 ff. de R. I.* Ista vero voluntas vel est nuda, h. e. sine facto, autre, per verba aut signa demonstrata *§. ult. I. de ber. qual. & diff. & dicitur in specie hereditatis aditio: vel ipsa re, seu*

vel gestio- facto, & administratione quadam rerum here-
ne pro her- ditariarum animus iste ostenditur, & vocatur
rede. pro herede gestio. d. §. ult. nisi quis ostende-
 rit, se alio animo aliquid administrare. vid.
l. 20. §. 1 ff. de acquir. vel omit. hered.

Qui possit VII. Is vero potest acquirere hereditatem
acquirere. qui intelligit, quid agit. d. §. ult. *I. in fin.* Pu-
 pillus vero tute autore adit hereditatē: vel,
 si infans sit, nomine ejus tutor. *l. 18. §. 2. C.*
de jur. delib. Minor, si constitutum curatorem
 habeat, eum adhibeat necesse est. *l. 3. C. de*
in integr. restit. Nomine furiosi curator ac-
 quirit. *l. ult. C. de curat. furios.* Prodigus,
 accedente curatoris consensu, acquirit, *l. 5. §.*
1. ff. de acquir. vel omit. hered.

Filius fam.
jussu patris
ad sit.

VIII. Filiusfamilias regulariter volunta-
 tem & jussum patris, in suscipienda hereditate,
 sequiritur, & patri acquirit filiusfam. secun-
 dum sup. dicta. vid. *l. fin. §. 3. C. de bon.*
quæ lib.

Tempus
adeundi.

IX. Jure civili ante nonum, à morte defun-
 eti, diem, hereditas non suscipiebatur *Nov.*
115. c. 5. §. 1. jure vero Saxon. post trigesi-
 mum diem adiri solet, *Land-R. lib. 1. art. 22.*
& l. 3. art. 15.

Effectus
susceptae he-

X. Effectus susceptæ hereditatis est, quod
 omne defuncti jus consequatur heres, & ipsi
 contra ipsum omnes actiones, quæ per mor-
 tem non extinctæ, dentur. *l. 37. ff. de acquir.*
vel omit. hered. possessio vero rerum here-
 ditariarum non nisi apprehensione acquiri-
 tur.

tur. l. 23. pr. ff. de acqu. vel. ommitt. poss. Unde si ab alio res possidetur, datur hereditatis peti-
tio, de qua inferius agemus.

XI. Similiter repudiare hereditatem quis *Repudatio*
potest vel verbis, aliove mentis indicio, l. 95. *hereditatis*
ff. de acquir. vel omitt. hernd. vel re ipsa & facto
l. 77. ff eod.

XII. Ne autem heredes aut festinato susci- *Concessum*
piendo hereditatem, aut omittendo, damnum *est heredi-*
incurrant, concessum est eis 1.) jus delibe- *bus 1. jus*
randi, quo certo tempore à judice, si id exi- *deliberandi*
gatur, præfixo, quis possit in vires heredita- *L. 18. ff. t.*
tis inquirere, & consultare, an sibi proficu- *s. de jure*
um sit adire, an omittere hereditatem. *t. t. D. di.*
& C. de jur. delib.

XIII. Magis salutare beneficium tributum *2. benefici-*
2.) ut heres quidem adeat, sed confecto in- *um inventa-*
ventario, quo omnes res, in bonis defuncti *rii.*
inventæ, legitime consignentur, Intra tres
menses, vel longius tempus, à Magistratu im-
petrandum. l. ult. C. de jur. delib.

XIV. Modus legitime inventarium confi- *Modus in-*
ciendi consistit in his, ut 1.) illos, quorum *ventarii*
interest, nim. creditores hereditarios, ut ad- *conficiendi*
sint inventario, citari curet heres: si vero hi
non compareant, vel absint, testes ad mini-
mum tres adhibeantur; 2.) ut conscribatur à
Magistratu, aut personis, quibus hic commi-
sit, vel Notario publico, ad hoc specialiter ro-
gato. 3.) ut heres nomen suum subscribat
inventario, aut si literas nesciat, specialem

tabellarium adhibeat, qui, testibus præsentibus, loco ipsius subscribat. *Nov. I. c. 2. §. 1. & 2. d. l. ult. §. 2. in f. C. de jur. delib.* Necesse vero est, ut omnes res describantur in inventario, tam mobiles, quam immobiles, tam nomina activa, ut vocant, quam passiva. Alias si dolose quid comittatur, id non solum restituendum, sed etiam pena substinenda est. add. Richter. *dec. 59. num. 18.*

Confectio inventario: heres ultra vires hereditatis non tenetur. XV. Confecto inventario, sive adita hereditate beneficio inventarii, non tenetur heres ultra vires hereditatis creditoribus. *d. l. ult. §. 4.* Hinc inducunt, heredem beneficio inventarii ita aditam hereditatem rursus repudiare posse. vid. Carpzov. *p. 3. C. 33. d. 18.* Frantz. *lib. 3. resol. 6.* Jure Sax. etiam si inventarium non confecerit heres, ultra id, quod in hereditate repertum est, non obligatur: unde exigitur, ut si legitimum inventarium non confecerit heres, juratam specificationem bonorum hereditariorum edat. Richter. *decis. 60. num. 5.* Unde fluit, facilius jure Saxon. rursus ahdicari hereditatem, ne à creditoribus quis conveniatur. vid. Carpzov. *Lib. 6. resp. 73.* Quod tamen in Electoratu Saxon. certo modo limitatum est noviss. *decis. 57.*

Surrogata acquisitio transmissio. XVI. Surrogatur acquisitioni transmissio, quæ est hereditatis, ad heredem mortui heredis, ante aditionem derivatio. Transmittitur

tur autem hereditas vel 1.) jure suitatis, quā ^{vol 1. jure} scil. hereditas. quippe jam ipso jure acquisita, mortuo suo herede ante immixtionem, vel abstentionem, in quoscunque heredes defertur. l. 8. C. de suis & legit. lib. vel 2.) ^{vol 2. ex} ex potentia sanguinis, quando nimis heres ^{potentia} vel ob nondum apertas tabulas, vel etiam ab ^{sanguinis} intestato ob aliam rationem impeditur, quo minus adire possit, atque ita ante aditionem moritur: quae est testicita, ita ut procedat ad heredibus descendantibus ad solos descendentes, per l. un. C. de his qui ante ap. tab. her. & ab autore illius legis vocari solet. *Theodosiana.* vel 3.) propter jus deliberandi, quando ^{vel 3. pro-} nimis quis five intra deliberationis tempus, ^{ppter jus de-} liberandi, five post petitam deliberationem decesserit, tunc jus deliberandi, eo, quod residuum est tempore, & potestatem adhuc adeundi, transfert quilibet in quoscunque heredes, l. 19. C. de jur. delib. & dicitur *Justineana.*

XVII. Cæterum hereditate omissa, sive quis ^{Hereditas} nolit, si non possit, propter incapacitatem ^{ab uno vel} esse heres, portio deficientis accrescit reliquis coheredibus: nisi substitutus adsit, qui amplectatur hereditatem. Nimis hereditas ^{altero omis-} vel est delata ab intestato, & tunc portio de- ^{ja accrescit} ficientis accrescit iis, qui sunt in eodem gradu ^{coheredibus} ab intestato. l. 9. ff. de suis & legit. her. si vero ejusdem gradus non adsint, ad proximum gradum vel ordinem devolvitur hereditas. tot. tit. D. de success. edit. vel ex testamento, & si

heredem coniunctum quis habeat, huic aduenti portio repudiantis obvenit. *l. un. §. 10.*
C. d. Caduc toll. aut coheres non adest, & tunc juxta *Nov. I. c. I. §. 1.* admittetur, qui cunque implebit voluntatem defuncti.

*Sunt vero
tres coniunctionum
modi.*

XVIII. Diximus *coniuncto* coherendi accrescere repudiantis hereditatem: sunt autem tria genera s. modi coniunctionum, qui distinguuntur ab orationibus, seu propositionibus, quibus coniunctio profertur. Si namque eadem oratione heredes absque ulla partium mentione instituuntur, *v. gr. Sejus, Mevius & Sempronius heredes sunt*, dicuntur coniuncti re & verbis simul: si vero eadem quidem oratione ad hereditatem eandem, ejusve partem, vocentur & conjungantur, sed partes adscribantur: *v. gr. Sejus & Mevius heredes sunt aequis partibus; vel ex parte dimidia; it. ex singulis quadrantibus*, dicuntur verbis tantum coniuncti: si denique diversis orationibus instituantur heredes: *v. gr. Titius heres esto, Caius heres est*: dicuntur re tantum coniuncti. *l. 142. ff. d. V. S. §. 8. I. d. leg. Rennem. de jure rer. memor. 2. Disp. 19. tb. 21. & seqq. & Disp. 35. tb. 22. & seqq.*

*Modus ac
accrescendi.*

XIX. Sunt vero plures instituti vel i.) uniformiter h. e. aut omnes sunt coniuncti sive verbis & re, sive verbis solum: aut omnes sunt quoad rationes disiuncti s. re tantum coniuncti: & tunc portio repudiantis s. alias defi-

deficientis accrescit reliquis pro hereditariis quas agnoverunt, portionibus. *l. un. §. 10. C. de caduc. toll.* vid. Carpzov. *3. const. 2. def. 14. vel 2.*) diffimerit, aut diversimode sunt conjuncti; & si quidem defecerit re tantum conjunctus, illius portio reliquis accrescit omnibus; sin vero ex conjunctis vel verbis tantum, vel re & verbis simul, defecerit quispiam, illius portio in eodem genere conjunctionis superstitibus accrescit solis, cæteris exclusis. *d. l. un. §. 10. & seq.* Exemplo sit hæc dispositio: 1. Sempronius & Mevius mihi heredes funto; 2. Titius mihi heres esto; 3. Actius mihi heres esto: 4. Pamphylus & Lucius mihi, ex æquis partibus, heredes funto Hic trium generum heredes instituti, qui, si omnes concurrant ad hereditatem sibi delatam, hereditas universa in quatuor quadrantes dissecanda: quarum unam percipiunt Sempronius & Mevius simul; secundam Titius; tertiam Actius; quartam denique Pamphilus & Lucius. Fingimus jam reliquis omnibus portiones suas, hereditatis sibi delatae, agnoscensibus, solum defecisse Titium: quid juris? Nimirum ut ipsius portio, subdivisa in tres portiunculas, reliquis accrescat omnibus: una nempe Sempronio & Mevio; altera Actio; tertia Pamphylo & Lucio. Quia enim omnes, quoad Titium, re tantum sunt illi conjuncti, nulla subest ratio, cur alter propter arctiorem conjunctionem, (quæ hic nulla) debeat alteri

præ-

præferri. Fingamus iterum , reliquis omnibus adeuntibus, solum defecisse Sempronium: quid hic statuendum? Videlicet ut hujus portio soli accrescat Mevio, utpote qui re&verbis simul est Sempronio conjunctus, reliqui re tantum, atque ideo huic arctius conjuncto postponendi. Fingamus denuo , reliquis suae portiones agnoscentibus , defecisse Pamphiliū, quid hic erit juris? scilicet ut hujus iterum portio soli accrescat Lucio, cui foli fuit conjunctus , licet verbis tantum; disjunctus à reliquis *d. l. re conjuncti* 89. *de legat.* 3. *Donell.* 7. *comm.* 13. idque etiam hanc ob caufam, quod, qui conjuncti sunt, sive verbis tantum, sive re simul, propter unitatem sermonis sint in unum quasi corpus redacti, & sic partem sibi conjunctorum vacantem, q̄s suam, præoccupant. *d. l. un.* §. *bis ita* 10. *vers. boc ita.* C. *de cad. toll.* Unde fit, ut conjuncti cuiuslibet generis, cum disjunctis concurrentes semper unius tantum personæ potestate fungantur, & nihilo plus auferant plures in eodem genere, quam singuli , cum quibus concurrunt, disjuncti: *l. 34. §. 9. & 10. ff. d. leg. I. Attius* 11. *l. 17. §. 4. de her instit.*

Ut confitetur quem esse heredem scriptum, necesse est, ut testamenta aperiantur. tot. tit. ff. & C. testam. quod madm. aper. Est vero hæc apertura vel simplex & nuda, vel solennis: illam vocamus, qua inspicitur solum testamentum, ut modo inde

Ut confitetur quem esse heredem, opus est, apertura, qua vel simplex,

indefciri possit, an debitæ solennitates obser-
vatae; quive adfuerint testes; quin heres scri-
ptus ; & quibus aliquid in testamento reli-
ctum. l. ult. C. quemadmodum. test. aper. add. Carp-
zov. p. 3. C. 5. d. 25. n. 4. seq. Atque haec suf-
ficit in testamentis judicialibus, vel à Nota-
rio in publicum instrumentum redactis.
Carpz. d. loc. def. 25. & 26. Solennis aper-
tura est, quæ fit citatis (*jure Saxon. trigesimo
à morte testatoris die*) à Magistratu competen-
te testatoris heredibus, ac omnibus quorum
interest, nec non testibus, ut hi suas sub-
scriptiones & sigilla agnoscant. l. 4. l. 7. l.
Add. L. I. tit. 19. I. de hered. qualit. & differ.

TIT. XXIV.

DE LEGATIS.

I. Præter hereditatem, in qua heres quis *Præter hereditatem instituitur*, relinquunt solent in testamento etiam legata. Est vero legatum donatio quædam à defuncto, verbis scilicet directis, relictas ab herede præstanda. §. 1. I. de legat. vel, est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid h. e. rem aliquam particularem, seu certam pecuniæ quantitatem, collatum velit. l. 116. pr. ff. de leg. 1.

II. Legendi potestatem habet, quisquis testamenti faciendi jus habet, & relinquuntur lega-

L. 19. ff. t.

3. testam.

quemadmodum.

aper. in

spic. &

descript.

vel solennis,

vel solennitatis

continetur sa-

pius in te-

lamentis

legata, quia

describun-

tur,

L. 30. ff. de

legat & fi-

deicom. 1.

lega-

deicom. 2.

L. 32. ff. de legata iis, cum quibus est testamenti factio, legat. & h. e. qui in testamento heredes institui que- fideicom. unt. §. 24. I. de legat. Possunt legate relin- 3. qui præstanda ab iis, ad quos aliquid morte Persona le- testatoris est perventurum. vid. l. 1. §. 6. ff. gans & de legat. 3. l. 92. §. ult. ff. de legat. 1. cui lega- sur. Res, qua legatur.

III. Relinquitur legato res vel ita, ut direc- to ex ipsis bonis hereditariis legatario quid deferatur; vel per indirectum, quando ille, qui accepit bona hereditaria, qs. loco eorum, aliam rem vel factum præstare jubetur, §. 21. I. de leg. l. 122. §. ult. ff. d. leg. 1.

IV. Non solum res corporales, tam mobi- les quam immobiles, sed etiam incorporales legari possunt, ut debita, servitutes & alia ju- ra. tot. tit. ff. de usu & usufr. & habitat. legat. Sic & legatario ceduntur actiones, ob debita competentes. §. 21. I. de legat. l. 18. C. eod. Si vero testator vivus debitum, quod alicui legaverat, exegerit, legatum ademisse videtur. l. 75. §. 2. de legat. 1. Porro si testator creditori suo rem, quam ipsi pignori dederat, legavit, retinere illam creditor pot- est, nec, oblato ab heredibus debito, eam restituere cogitur: si vero testator rem, pi- gnori alteri obligatam, alicui leget, heres eam luere tenetur; modo legatarius probet, testa- torem scivisse, rem esse opignoratam; si ignoraverit, res cum onere transit ad legata- riū. l. 57. ff. de legat. 1. Carpz. dec. 20.

V. Ea quoque res, quæ in rerum natura non

tam corpo- ralis,
quam in- corporalis.

etiam fu- tura.

non est, si modo futura est, recte legatur; veluti fructus, qui in eo fundo nati erunt, quos, postea natos, heres tradere debet, §. 7. I. de legat. l. 24. pr. ff. de leg. 1.

VI. Cæterum peculiaribus digestorum titulis variæ res exponuntur, quæ legari solent: vid. Lib. 33. & 34. Punctum. Ita in specie de annuo legato vel pensione, aut annuo reditu reliquo, sequens distinctio observanda est, L. 33. ff. t. Si testator annum legatum non solum certæ personæ, sed & ejus heredibus praestari voluit, exactio ejus non solum ad primi generis heredes, sed eorum etiam successores, & heredes aliqui pertinet: si vero heredum nullam mentionem fecerit testator, non nisi legatario, quamdiu vivit, legatum annuatim praestandum est. vid. tit. de annuis legat. & fideic. add. Johan. a Sand. lib. 4. tit. 5. def 8.

VII. Usufructu omnium bonorum legato, 2. usfus. quin de omnibus iis, quæ testatoris erant, intelligatur, dubium non est: cum nulla sit res, quo in usumfructum non cadat. l. 69. ff. ad leg. Falcid. & l. 29. ff. de usufruct. Quod tamen restringendum ad ea, de quibus testator disponere potest: cum in his, quibus testatoris potestas deficit, voluntatis conjectura opus non sit. Quare usufructu bonorum omnium legato, feudalium bonorum, de quibus testator non potuit disponere, usufructus non continetur. arg. 1. feud. 8. Sed controv. vertitur, au usufructu omnium bonorum legato,

Aliquando legantur l. annua legata

L. 33. ff. t.

1. de usu

& usufr.

& redditu

& habitat.

& oper.

per leg.

vel fidei-

comm.

to,

to, legatus etiam cenieatur ususfructus eorum, quæ fideicommissio subjecta sunt? Distinguendum volunt, ut debeatur etiam eorum, quæ testator debuit restituere heredita se instituto, non vero eorum, quæ alteri quam heredi, post mortem testatoris veniunt restituenda; ut lare Mantica de conjectur. ultim. volunt. libr. 9. tit. 6. num. 8. & 9. Peregrin. de fideicommiss. art. 6. num. 8. Menoch. lib. 4. Præsumpt. 142. num. 12. atque ita etiam decisum refert Johan. a Sande lib. 4. tit. 4. def. 9. Porro non convenit inter interpres, utrum herede simpliciter iustitudo, is, cui legatas est ususfructus omnium bonorum, plenum & integrum usumfructum omnium bonorum consequatur, an vero heres institutus concurrat in usufructu, & per concursum partes faciat? Quidam volunt, legatarium pro parte tantum dimidia usumfructum consequi, sic ut heres alteram dimidiad per concursum accipiat arg. l. 19. ff. de usuf. legat. quomodo ex doctrina Baldi ad l. ult. de indist. vindicat. tollend. & Corvaruv. Var. Resol. lib. 2. c. 2. num. 7. a Sabaudiæ senatu decisum refert Anton. Faber. ad Cod. l. 6. tit. 29. defin. 3. quam legem tamen rectius alii restringunt ad eum casum, quo testator unius fundum legavit, non addito: detracto usufructu, aut simili restrictione; alteri ejusdem fundi usumfructum, quo casu secundum d. l. 19. ambo concurrunt in usufructu, quia fundi ap-

pel-

pellatio ex proprietate & usufructu consistit, quorum altero deficiente non dicitur fundus, sed nuda proprietas, vel nudus usufructus *l. 58. de verb. obligat.* Sed cum testator instituit aliquem in omnibus bonis; & alteri relinquit usumfructum unius rei, vel etiam omnium bonorum usumfructum: non constat, cum voluisse, heredem institutum ex usufructu legato aliquid consequi; sed nudam tantum proprietatem illi esse relictam ut post Mantic. *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 6. n. 17. seq.* elegansissime Gomez. *Var. Resolut. tom. 2. cap. 15. num. 5. tradit.* Cæterum si morum simplicitatem spectemus, si alii fundum, alii usumfructum ejusdem fundi testator legaverit, ita contra juris apices, ex benigna interpretatione, testatoris voluntatem capiendā esse videtur, ut non alio proposito id fecisse, quam ut alter nudam proprietatem habeat, alter vero plenum usumfructū, adeoque ipsum usumfructum a fundi proprietate separasse videatur: quare, ne, dum nimia circa hujusmodi casus uitimur subtilitate, testamentium judicia fraudulentur, eatenus eundem text. abrogatum censet Autunm. & Grœnevveg. ibid vid. etiam Arnold. Vinn. Selectar. quest. lib. 2. quest. 26. in fin. Sim. van Leuven. *cens. for. l. 3. cap. 8. num. 8. & seqq.*

VIII. Legatur etiam servitus prædialis. *t. pre^{dict}ialis, L. 33. ff. t. 3. de servit. rute legata,*

P recipit;

recipi, singuli heredes in solidum tenentur: uno autem viam præstante, reliqui sunt liberati *l. fin. d. t.*

4. des legata,

L. 33. ff. t.
4. de dote
præleg.

IX. De dote legata videndum primo, an legatum, pro dote, aut nuptiarum causa relictum, sit purum an conditionale, ad hoc, ut defuncto legatario, antequam nuptias contraxerit, ad heredes transmittatur; Quod in dubio non purum, sed conditionale est, *arg. l. 71. §. 8. ff. de condit. & demonstrat.* quia promissio, dotis caussa facta, eam conditionem in se habet: si nuptiae sequantur. *l. 17. §. 1. ff. d-jur. dot.* Quomodo etiam se habet legatum, in quo nuptiarum caussa ex-primitur *l. 31. l. 91. ff. de condit. & demonstrat. l. 21. pr. ff. quando dies legator.* Quare si legatarius decebat, antequam matrimonium, vel nuptias contraxerit, ledatum extinguitur & hereditati accrescit, nec ad legatarii heredes transmittitur, eo quod legati conditione defecerit, *arg. l. unic. §. 7. C. de caduc. tollend. & d. l. 71. §. ff. de condit. & demonstrat.* Præterquam in filia, cui pater dotis legatum reliquit, quod liberorum favore, ex tacita voluntatis conjectura, pro puro, & ad heredes transmissibili, habetur, quasi pro legitima sit relictum. Unde etiam, licet filia, legatorum non habeat actionem, si ea, quæ ei in testamento reliquit vivus pater, postea in dotem dederit *l. 11. C. de legat.* si tamen pater quadrigena ei dotis nomine reliquit, postea

postea vivus ducenta tantum in dotem dedit, nec testamentum mutavit, filiam habere adhuc actionem ad residuum petendum, quasi non acceperit totam quantitatem, a patre testamento relictam, contra Dynum ex Oldradi sententia placuit Oldrad. *ad d. l. II. C. delegat*, quem sequuntur Baldus. Castr. Jafon, & DD. Comun. Fachin *l. 5 contr. cap. 55.* Graff, *recept. sentent. quest. 38 num. 3.* Sed & eam limitationem recipit illa regula, quod legatum tale pro puro & transmissibili habeatur, quando ex conjecturis liquet, testatorem magis de modo, quam conditione sensisse: veluti si tempus cerrae aetatis, matrimonii, dotis, aut nuptiarum adjiciatur post precedentem dispositionem puram, aut quando fit mentio nuptiarum in ea parte testamenti, quae ad executionem legati, non vero ad dispositionem pertinet: quo casu non ad faciendam conditionem, sed differendae faltem solutiones caussa adjectum intelligitur: quod transmissionem non impedit *arg. l. 5. C. quando diet legator.* Secundum quam distinctionem post Petr. Heig. *quest. 31. num. 13. & 15.* in foro Saxonico judicatum refert Carpz. *defin. forens. part. 3. conf. 13. def. 25.*

X. Cæterum de prælegatis illud quæritur, utrum ille, cui prælegatum est relictum, legatum agnoscendo, hæreditatem repudiare possit; quod distinguendo procedit, ut heres repudiare hæreditatem possit, salvo sibi præ-

gato, arg. l. 87. *cum seq. ff. de legat.* I. junct. l. 12. C. *de legat.* nisi non aliter testator voluerit heredem habere legatum, quam si hereditatem retinuerit: quo casu omittenti vel repudianti hereditatem, adversus coheredem legatum petenti, actio denegatur. l. 88. eod. *de leg.* I. Atque ita decisum refert Joan. 2. Sande lib. 4. tit. 4. def. 7. Simon von Leuvven. d. l. n. 10. & seqq.

*s. optio vel
electio. ~
L. 33. ff. t.
s. de op-
tione vel
elect. le-
gat.*

XI. Si quando equus, ager, jumentum, aut quid simile in genere sit relictum, nec optimum, nec pessimum, sed mediocre deberi, communiter tradunt interpretes, l. 37. pr. ff. *de leg.* I. nisi testator aliud voluerit. §. 22. *Instit. de legat.* l. 2. in pr. ff. *de opt. legat.* arg. l. 110. ff. *de leg.* I. cui sententiae etiam adstipulatur Carpzov. *Jurispr. forens. part. 3. const.* I. 3. defin. 30. in fin. nisi optio vel electio nominativi legata fuerit, tunc enim tributa censetur potestas optimum eligendi. vid. tit. D. *de opt. vel elect. legat.*

*6. triti-
cum, vi-
num, oleo-
rum;
L. 33. ff. t.
6. detriti-
co, vivo
vel oleo
leg.*

XII. De legato tritico, vino, oleo scendum, quod hujusmodi res relinquuntur vel 1.) expressa & quantitate, & qualitate, & in ea præstandæ erunt: si tamen id, quod in fundo natum, legatum fuerit, non plus præstandum, quam natum. l. 5. l. 13. ff. *de trit. vin. vel ol. leg.* vel 2.) alterutra non expressa, & quidem expressa tantum quantitate, sed non qualitate. heres dabit, quale volet. l. 4. ff. *de trit. vin. ol. leg. add.* l. 2. §. 1. eod. non tamen debet quid

quid impossibile præstari, l. 7. §. 1. 1. ff. b. vel
2.) si constet quidem de qualitate, sed indefinite legatum sit conceptum, tum id omne debebitur, quod testator mortis tempore reliquit, l. 7. pr. d.t.

XIII. Potest a testarore legari fundus simpliciter, vel cum instrumento : potest etiam legari fundus instructus, aut ut instructus est, quibuscumque tamen verbis testator uti vellet. t. t. ff. de instr. vel instr. leg. Circa quæ tamen notandum, plenius esse legatum fundi instructi, (*eines Gutes mit völliger Einrichtung*) legato. quam legatum fundi cum instrumento, cum illud omne patrisfamiliaris proprium instrumentum, quo fundus instructus est, eaque omnia, quæ ibi habuit. ut instructior esset, contineat, ac proinde etiam suppellectilem, mensas, scamina, vitra, aurum & argentum, vina quoque, quæ ibi fuerunt & oleum. l. 12. §. 27. & 39. ff. de instruct. vel instructum. legat. nec non cibaria & utensilia, mancipia & alimenta, ad alenda pecora & ministros, necessaria, d. l. 12. §. 28. 35. & 36. l. 20. in pr. & seq. de instruct. vel instrum. leg. l. 2. C. de verb. & rer. signif. late Jacob Menoch. d. præf. lib. 4. Præsunt. 154. num. 14. hoc vero tantum ipsius agri instrumentum spectat necessarium. d. l. 12. §. 1. 2. & seq. Quod tamen restringendum ad ea, quæ, & quatenus usui fundi inserviunt: secus vero si non usus, sed custodiæ, aut alterius caussa ibi

sint: quomodo nec frumentum venale, nec fructus eo repositi, in alium, quam fundi utum, convertendi, fundo licet instructo legato, venire possunt. d. l. 12. §. 29. 30. & 37. ff. de instruct. vel instrum. legat. sicuti nec ea, quae tutelæ caussa ob incursionem latronum testator ibi habuit. l. 1. C. de de verb. signif. neque imagines, quae in ornatu villæ non fuerunt neque vina in horreis reposita, quibus alibi instrueretur paterfamilias. d. l. 12. §. 36. & 39.

§. penus,
L. 33. ff. t.
9. de penu
legata.

XIV. Penū legata continentur, quæ esui potuique sunt, & quæ illarum rerum ad usum patrisfamilias, uxoris, liberorumve ejus, familiæ, amicorum, & universorum, quos circā se habet, parata sunt, nec non jumentorum, quæ usibus ipsius, & amicorum deserviunt. vid. l. 3. pr. §. 8. & seqq. ff. d. pen. leg. item vaia, sine quibus penus non potest haberi. d. l. 3. §. f. l. 6. d. tit. nec non ligna & carbones. d. l. 3. §. 9. d. tit. non vero medicamenta. l. d. tit.

9. supellec.
L. 33. ff. t.
10. de su-
peilect.
leg.

XV. Suppellectilis legati nomine venit domesticum patrisfamilias instrumentum, & quicquid ad quotidianum rei domesticæ usum pertinet, l. 1. l. 6. ff. de supellect. legat.

io. aurum,
mundus.
mundus.
L. 34. ff. t.
2. de auro,
arg. mund.
oru. un-
guent.

XVI. Auri & argenti nomine, secundum communem loquendi modum, omne aurum & argentum venit, factum & infectum, quaecunque sit; sed si uni legetur aurum, alteri suppellex, tum illud, quod in supellectile est, ab alio auro separatur. l. 1. pr. ff. de auro. argento, mundo

mundo &c. legato. Omni argento legato, veste vel
hodie numeratam quoque pecuniam deberi vestim. &
volunt. Papon. Notair. I. lib. 10. de legs. vers.
latevisime. & Autumn. Cens. Gall. ad l. 27. §.
I. ff. de auro & argent. legat. Quod tamen
cum nostris, & aliorum moribus non con-
venit, quibus inter aurum & argentum,
pecuniamque numeratam perpetua est distin-
ctio. l. 5. pr. ff. de verb. sign. & ibi. Gœd..
n. 35. Grœnevveg. tract. de legib. abrog. ad l.
27. §. I. ff. de auro & argent. legat. An ve-
ro supellectilis appellatione veniat scyphus
aureus, aut aliud instrumentum ex aurō vel
argento confectum, a communi uisu & cō-
fuetudine, & præsumta testatoris voluntate
dependet, cum sæpiissime eveniat, ut pro
cujusque facultate instrumentum domesticō-
quotidianum sit aureum, aut argenteum,
quo refer. l. 3. §. 5. ff. de supellec̄t. legat. add.
l. 8. eod. Zaf. ad l. 41. §. 14. ff. de legat. n. 17.
Bald. ad l. ex facto. 35. §. 3. ff. de hered. instit.
Quomodo in suprem. Holland. Cur. judica-
tum refert Neostad. Decis. 19. Appellatione
mundi venit, quo mulier uti solet, ut mun-
dior esset; ornamenti, quo ornatior, quæ
recensentur in l. 25. §. 10. ff. de auro & ar-
gento legato l. 39. eod. Vests, an vestimenta
legentur, nihil refert, eoque pertinent omnia,
quæ ad corporis testatoris amictum, & tegu-
mentum quoquomodo faciunt. l. 23. ff. de
auro & argent. legat. aurum & argentum
tamen

tamen non continetur. l. 4. ff. de legat. i. niſi fit contextum, ſive annexum. l. 19. §. 5. ff. de aur. & argent. legat. & ibi Bart. Sed ſi cui vefteſ pro ſuo amictu comparandæ legentur, quales præſtari debeant, ex verbis teſtatoris, aut faltem ex ejus voluntate colligi debet, aut alias ſecundum ſtatum & conditionem perſonæ legatarii, juxta ea, quæ tra-
et. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. & poſt eum Carpz. Juriſprud. forens. part. 3. conſt. 13. def. 24.

N. alimēna. & ciba. XVII. Alimenta funt, ſine quibus commo-
de vivere non poſsumus, quæ in victu, ami-
ctu & habitatatione conſiſtunt. l. 6ff. de aliment
L. 34. ff. t. vel cibar. legat. & l. 43. l. 234. §. 2 ff. de verb.
i. dealim. sign. Germ. Unterhalt. ſit ut non cibaria tan-
vel cib. leg. tum, ſed etiam habitationen, & veſtimenta
contineant, Gratian. diſcept. forens. tom. 4. cap.
6. n. 10. Surd. de aliment. tit. 4. queſt. 4. Myn-
ſing. Cent. 3. obſerv. 12. medicinas etiam &
pharmacæ. Peck. de teſtem. conjug. lib. 5. cap.
25. num. 1. & præſtantur ſecundum vires pa-
trimonii, dignitatem & qualitatem perſonæ
legatarii l. 10. §. 2. l. 22. ff. de aliment. legat.
Iege Surd. d. tit. 4. Cibariorum ſive vi-
Etus nomine (nobis Koſt.) ea tantum com-
prehenduntur, quæ ad victum perteſt. ita
ut nechabitatio, nec veſtitus contineatur d.
l. 43. & ſeqq. ff. de verb. ſignif. l. 21. de alim. vel
cib. leg. niſi hoc ab iplo teſtatore præterea ex-
primatur, ut in l. 18. §. ult. ff. b. cui add. l. 21. eod.

Sed

Sed alimentorum legato etiam studia, & ea quæ ad disciplinas spectant, comprehendantur? quidam volunt. *arg. l. 4. ff. ubi pupill. educ.* ubi tamenea, quæ in disciplinam erogantur, ab alimentis distingui constat, & ex testatoris expressa voluntate debentur. Quare rectius distinguendum putat Simon van Leuvven *Conf. Belg. l. 3. c. 8. n. 21.* ut si ex lege vel jure sanguinis debeantur, etiam sumtus studiorum & disciplinarum, quo conditione, & qualitate patrimonii veniant: sin vero ex legato, vel contractu promissa sint, disciplinarum aut studiorum sumtus non debeantur, nisi expresse de iis actum sit, per ea quæ tradunt Surd. *de tract. de alimentis. tit. 4. quæst. 6. Trentacing. Var. resol. l. 1. de alimentis resol. 1. n. 27. Card. Tusch. practicab conclus. lit. A. conclus. 228.* Quamdiu duret alimentorum præstatio? etiam voluntatis quæstio est: quod secundum subiectam materiam judicandum, veluti si impuberibus alimenta relicta sint usque ad puberatem, post ipsam puberatem, eam scilicet quæ plena est octodecim annorum, deberi desinent. *l. 14. §. 1. ff. de alim. leg.* quod moribus ad legitimos majoris ætatis i. e. viginti quinque annos, favore alimentorum, extendi potest. Gomez. *var. resol. tom. 1. c. 4. n. 1.* & Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 58. n. 4.* benignius interpretatur Grœn. *de leg. abrogat. eod.* nisi talibus personis relicta fuerint, quæ ne quidem majorennes victum sibi quæ-

rere valent, ut sunt mente capti, stupidi, quorum respectu testator de alimentis perpetuis cogitasse videtur. Alias si nullum tempus exprimatur, nec de certa testatoris voluntate constet, perpetuo, i.e. per totum vitæ tempus debebuntur. *d. l. 14 in pr. ff. de aliment. legat.* & ibi Bart. & DD. Gram. *Decis. 101. n. 56.*

XVIII. Nec solum debiti liberationem de-

*12. libera-
tio, it. de-
bitum.
L. 34 ff. t.
3. de lib.
leg.* bitoribus suis legari posse, quod etiam ex voluntatis conjecturis dependet, de quibus multa Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat.* *lib. 9. tit. 8. per text. §. 13. Instit. de legat. &
tot. tit. ff. de liberat. legat.* sed etiam debitum creditori legari posse constat, modo plus sit in legato, quam in ipso debito §. 14. *Instit. de legat.* ita, si centum aurei debeantur, & debitor suo creditoricentum aureos legaverit, valet legatum, quia post moram solvendi legati usuræ debentur. *l. 1. & 2. C. de usur. legat. l. 84. ff. d. leg. 2.* quæ alias non deberentur, nisi per stipulationem promissæ. *l. 3. & 4. C. de usur.* Hic queri solet, si testator, tanquam creditori suo qs. debitum, certam summam legaverit, eoque defuncto de nullo debito appareat, nec, qui creditor nominatus est, quicquam petat, utrum debeatur legatum? Quod nihilominus deberi placuit, & si non nomine debiti, faltem nomine legati, quod ex falsa demonstratione vitiarinon debet. *l. 75. §. 1. in fin. ff. delegat.* *1. Quum enim testantium voluntates ple-* nius

nus intelligi soleant, l. 12. ff. *dē reg. jur.* opinio testatoris præpollet veritati, & magis valere dispositionem facit, vid. latius Mantic. *de conjectur.* *ultimar.* *voluntat.* lib. 3. tit. 8. n. 2. & lib. 6. tit. 14. n. 14. & 15. quomodo in iisdem terminis judicatum refert Carpzov. *Jurispr. forens.* part. 3. const. 9. defin. 22. Qua ratione etiam, si testator creditori suo, cui centum debet, certam pecuniae summam legaverit, per id debitum non videtur extinctum, sed utrumque, & debitum & legatum, legatarii potest arg. l. 22. §. 9. *Cod. de jur. delib.* nisi testatorem aliter sensisse ex conjecturis appareat, quoniam compensandi animus in dubio non praesumitur. l. 85. ff. *de legat.* 2 junct. l. 53. eod. l. 6. *Cod. de hereditib. instituend.* vide latius Matt. de Afflict. decis 44. Hartman Pistor *observ.* 105. Ita decisum refert Anton Faber. ad. *Cod. lib.* 6. tit. 17. def. 8. & post eum Carpzov. *Jurisprud. forens.* part. 3. *Const.* 13. *defin.* 29. Leuvv. d. l. 3. c. 8. n. 23.

XIX. Defertur legatum mediante ultima voluntate: & quidem tanquam legatum per testamentum. §. 10. *Instit. de fideicommissar.* hereditat. l. 23. ff. *de legat.* 3. uti dictum *aphor.* 1. quatenus vero modum relinquendi à fidei commissis, quibus exæquata sunt, participarunt legata. §. 3. I. *de legat.* hæc etiam ab intestato in codicillis l. 1. C. d. *codicill.* l. 22. pr. ff. d. *legat.* 3. vel in epistola l. 22. C. d. *fideic.*

Defertur legatum etiam ab intestato coram quinq; testibus voluntate ultima expressa, vel etiam ex privi legio duobus fideic.

fideic. aut sine scriptura, solo nutu. l. 21.
pr. ff. de leg. 3. relinqu possunt, adhibitis
saltem quinque testibus l. 22. & 23. C. de
fideic. vel duobus, iis sc. casibus, quibus
duo testes in testamentis privilegiatis suffi-
ciunt. Carpzov. 3. c. 4. def. 33.

*Relinquuntur legata
vel pure vel
adjecta 1.
conditione*

L. 35. ff. t.
1. de con.
dit. & dem
& caus.
mod. eor.
quæ in test
scrib.

XX. Relinquuntur autem legata vel pure,
quorum dies regulariter statim à morte testa-
toris cedit, l. 1. §. 1. & 6. C. de cad. toll vel ita,
ut adjiciatur aut 1.) conditio, aut 2.) dies, vel
etiam 3.) demonstratio, 3.) caussa; 5.) modus.

XXI. Conditio adjecta possibilis ipsam de-
lationem legati suspendit. l. 5. §. 2 l. 21. ff.
quand. dies leg. ced. adeoque causalis expe-
ctari debet, usque dum existat; ea vero
non eveniente, legatum quoque evanescit.
l. 19. §. 1. ff. de condit. & demonstr. nec, mor-
tuuo legatario ante conditionis eventum, ad
heredes transmittitur. l. 4. l. 5. ff. quand. dies
legat. Potestativa implenda l. 40. §. 1. l. 27.
ff. de condit. & demonstrat. quæ si fuerit nega-
tiva, sc. in non faciendo consistens, cautio
Mutiana præstanta est de restituendo legato
cum fructibus ei, ad quem si contra condi-
tionem factum fuerit, legatum redditum
est, l. 18 ff. d. condit. & demonstr. l. 76. §. 7.
ff. de legat. 2. Impossibilis conditio, sive na-
tura sive lege, non requirunt leges ut implea-
tur, cum non possit impleri, adeoque cum
penes legatarium non sit, conditionem adim-
pleri, nihilominus legatum pure debetur.

§. 10.

§. 10. *I. de hered. instit. l. 15. ff. de condit. inst.*
 Hinc etiam debetur legatum, sub conditione religionis Pontificis assumendæ relictum, etiamsi quis conditionem istam non impleat. *Carpzov. decis. 89. add. Progymnasm. nostr. ad codic. tit. de hered.*

XXII. Instar legati conditionalis est, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat. Si namque heres voluntatem defuncti servet, evanescit legatum: fin autem non servet, pœna nomine legatum præstandum est. §. *fin. I. de legat. I. un. C. de his buæ pœn. caus. rel.* In arbitrio igitur heredis est, an malit voluntati defuncti morem gerere, an vero pœnam solvere. Unde si impossibilia vel legibus interdicta, aut alias probrofa, ipsi injuncta fuerint, hanc voluntatem impune contemnit, cum in ipsius arbitrio non sit eam adimplere sed natura, vel lege prohibetur: adeoque hoc legatum, pœna nomine relictum, præstare non tenetur. *dd. text. Conf. Brussel de condit. l. 4 tit. 2. num. 14.*

XXIII. Dies adjectus legato vele est certus, vel incertus. Certus adjicitur vel 1.) per modum termini à quo, & differtur non ipsa delatio legati, sed dies statim cedit, h. e. statim debetur legatum, non vero ante potest exigi quam dies venerit: unde licet legatarius prius moriatur, nihilominus ad ipsius heredem

*Legatum
pœna est in-
star legati
conditiona-
lis.*

*L. 34. ff. t.
6. de his,
quæ pœn.
caus. re-
lating.*

*2. die sive
certo, eoque
aut termi-
no à quo.*

*L. 36. ff. t.
2. quando
dies legat.
vel fidei-
com. ce-
dat.*

dem transmittitur, l. 1. §. 1. ff. de condit. & dem. l. 21. ff. qu. dies legat. l. 213. ff. de V. S. vel 2.) per modum termini ad quem, quo adjecto legatum die elapsa repetitur conditione sine causa, & legati titulus, quem excipiendo forte legatarius allegavit, replicatione doli eliditur. a. l. 4. §. 10. ff. de dol. mal. & met. exc. conf. l. 4. de servit.

sive incer- XXIV. Incertus est dies tripliciter : 1.) de quo nec an, nec quando sit exiturus, constat, & hic instar conditionis est. l. 75. ff. de condit. & demonstrat. l. 21. pr. qu. dies leg. l. 74. de cond. & demonstr. Gal. 2. O. 132. num. 2. Fab. ad eod. lib. 6. tit. 22. def 14. & 38. & t. t. 39. def. 2. 2.) de quo certum est, quo tempore sit venturus, sed, an sit exiturus, haud constat, v. gr. Titio centum do lego, cum viceimum impleverit annum, & hic itidem conditionem continet, l. 49. §. 2. & 3. ff. de legat. 1. Carpzov. 3. const. 13. def. 15. add. l. 26. §. 1. ff. qu. dies legat. It. Conf. Simon. van. Leuven. d. l. 3. tit. 3. c. 8. num. 36. ubi scribit: Si res bene inspiciatur, totum illud negotium a testatoris voluntate dependet, an & quando dies, certus aut incertus, conditionem faciat, nec absurdum sit, tempus certum aliquando haberi pro incerto, diverso respectu: quandoque ea mente, ut omnino velit legatum ab heredibus suis praestari

stari, sed à legatario ante certum tempus non recipi; aliquando, iterum eo animo, ut legatum ab herede præstari nolit, nisi legatarius ad certain etatem pervenerit, aut certum tempus supervixerit. Quo facit l. 46 in fin. ff. ad Senat. Trebell. & ibi Bart. & DD. 3. de quo constat & certum est, quod sit venturus, sed & incertum, quando, ut: *cum Caius moritur*; ubi dict. aut relinquitur legatum ita: *cum moritur heres*, *deceas dnto Sejo*: & conditionem infert; adeoque non debetur Sejo, ante heredem defuncto. l. 1. §. 2. *de condit, & dem.* aut hoc modo: *cum uxor mea moritur*: ac itidem sub conditione relictum censetur. vid. l. 40. §. 2. d. tit. *Diss. Leuwen.* d. l. 3. c. 8. num. 31. aut ita: *cum legatarius morietur*: & non est conditionale legatum, sed ad heredes transmittitur, quoniam ipso puncto mortis incipit deberi legatum. l. 4. §. 1. ff. *qu. dies legat.* l. 97. pr. ff. d. *condit, & demonstr.*

XXV. Demonstratio est descriptio peculia-
ris rei legatae: quæ licet falsa sit, non vi-
tiat legatum, modo de voluntate testatoris, &
ipsa re constet. l. 6. ff. *de legat.* 1. §. 30. l. d. *le-*
gat. sive ista designet præfens tempus. v. gr.
fundum, inter Titii & Caji agros situm, do,
lego, sive præteritum v. gr. *fundum, quem*
ù Pomponio emi, do, lego. Quamvis enim
3. demon-
stratione.
prio.

priori casu alii agros habeant confines : vel posteriori fundus à Sejo fuerit emtus ; utile est legatum. *dd. text. add. l. 1. §. 8. ff. de tot. præleg.* Secus se res habet, si non aliter, quam ex qualitate adscripta. constare possit, quid quantumve sit legatum. *§. 15. l. de legat. l. 75. §. 1. & 2. ff. de legat. 1.*

4. causa

XXVI. similiter nec causa (*sc. impellens, vel movens ad legandum*) falsa adjecta nocet, veluti cum quis ita dixerit : *Titio, quia me absente negotia mea curavit, centum do lego* : licet enim negotia testatoris nunquam gesserit Titius, legatum tamen valet. *§. 31. l. de legat. tot. tit. C. de fals. caus. adject.* nisi heres probet, alias testatorem legaturum non fuisse. *l. 72. §. 6. ff. de condit. & demonstr. vel conditionaliter enunciata fuerit causa hoc modo : Titio, si negotia mea curaverit, fundum do lego d. §. 31. l. de leg.*

5. modo

XXVII. Modus est sivis, propter quem legatur, sive quo significat testator, quid post præstitum jam legatum fieri velit, veluti : *Titio centum do lego, ut opus exstruat. l. 17. §. ult. ff. de condit. & demonstr. tot. tit. Cod. de his, quæ sub mod. qui modus si fuerit impossibilis, legato nihil obest; sin possibilis, legatum quis præstita cautione, quod modum adjectum adimpleteurus sit, statim capit l. 80. ff. de condit. & demonstr. l. 19. ff. de legat. 3.*

*Asquiritur
rei dominium
cum pure le-*

XXVIII. Acquiritur dominium legati, *pure relieti, statim à morte testatoris, ipso jure, etiam*

etiam invito legatario. 64. ff. d. furt. l. 80. ff. gata domi-
de legat. 2. Unde etiam legatarius ante adi-^{nium ipso}
tam hereditatem, & antequam ipse legatum ^{jure statim}
agnoverit, nihilominus hoc, sc. pure relictum, ^{a morte tez}
in heredem transmittit. l. 5. ff. qu. dies legat. & hypo-
Præterea ipso jure tribuitur legatario hypo-^{thece}
thece in bonis defuncti, & lege §. 2. I. in fin.
de legat l. 2. C. commun. d. legat.

XXIX. Delatum & ipso jure acquisitum *Legatum*
legatum, postquam heres adiit hereditatem, ^{vel agnoscitur: &}
vel agnoscitur, vel repudiatur. l. 44. §. 1. ff. ^{res pra-}
de legat. 1. Agnoscenti & exigenti legatario ^{stande est}
heredes non solum rem ipsam & quidem pro ^{sum accesso-}
hereditariis portionibus, nisi aliud expressum l. 33. sicutibus &
l. 44. ff. de legat. 2. l. 54. §. f. ff. de legat. 1. fructibus,
præstare tenentur, sed etiam accessiones,
& ædificium superstruetum legatae areae §.
19. I. de legat. l. 44. §. 4. ff. de leg. 1. aut
quod alluvione fundo adjectum. l. 24. §. 2.
ff. d. lagat. 1. nec non fructus & usuras a
tempore moræ, sive restituendo sive adeun-
do, commissæ. l. 34. ff. d. usur. l. 2. & tot. tit.
C. de usur. & fruct. leg. & fideic.

XXX. Præterea resarciet heres ^{damna} dolo ^{ie.} ^{resarcen-}
eius, aut culpa, accidentia in re legata. l. 47. ^{damna}
§. 4. seq. ff. de legat. 1. casum vero fortuitum
non præstat; nisi mora præcesserit, & res
apud legatarium non fuisset interitura. l. 47.
§. 6. eod. l. pen. C. de usur. & fructib. legat.

*si sponte
non pra-
stentur
praestanda,
opus est
actionibus;*

XXXI. Si heres non sponte præstet legata, ea propria autoritate non licebit apprehendere: nisi legans permiserit; *l. 1. §. 2. ff.* *quod legator.* vid. tract nostr. de vind. privat. *th. ult.* opus ergo actionibus. Competunt vero legatario ad consequendum legatum tres actiones 1.) actio personalis ex qu. contractu, quo heres adeundo se obliget legatariis, *§. 5. I. de oblig. quæ ex qs. contr. 2.)* rei vindicatio. *§. 2. I. de legat.* 3.) actio hypothecaria. *d. text. l. 1. C. comm. de leg.*

*vel repu-
diatur le-
gatum?*

XXXII. De repudiatione legatorum sciendum est, quod, si unicus sit legatarius, res legata maneat sine dubio apud heredem, a quo testator reliquit. *l. 76. §. f. ff ad L. Falc.* si vero plures fuerint legatarii, dist. aut. 1.) illi, qui deficit, separatim res relictæ, nec alias ista in re ipsi conjunctus, & legatum itidem apud heredem manet. *l. 84. §. 12. ff. de legat.* 1. aut 2.) pluribus una res est legata, & deficientis (*sive repudiet, sive incapax sit*) portio ex præsumta testatoris voluntate accrescit illi, cui eodem conjunctionis genere res ista simul est relictæ: *§. 8. l. de legat. l. 89. de legat. 3. l. un. §. 10. & 11. C. de caduc. toll.* Genera vero conjunctionum tria jam proposuimus *Tit. præced. 23. aphor. 18.* quæ etiam ad legata accommodantur. Quod si igitur tribus eadem res fuerit legata, & quidem duo, *Titius & Mevius*, verbis tantum conjuncti; *v. c. Titio & Mevio fundum do lego æquis par-* *tibns;*

tibus; tertius, *Cajus*, re tantum conjunctus.
v. c. *Cajo eundum fundum do lego*; alter vero
verbis conjunctus v. c. *Titius*, repudiaverit
legatum, hujus portio accrescit soli *Mevio*,
quia sc. hic deficiente per eundem modum
illum specialem magis est junctus, quam ter-
tius, qui utrique diverso jungitur modo. l.
89. ff. de legat. 3. Duæ itaque portiones in
dato exemplo obveniunt *Mevio*, *tertia Ca-*
jo, Carpz. 3. c. 2. def. 14. confer. l. un. §. II.
C. de caduc. toll.

XXXIII. Cæterum, quando solutio lega- Aliquand.
ti, seu fideicommissi differtur, vel 1.) quia caution pre-
dies nondum venit; vel 2.) conditio pendet;
vel 3.) lis mota: cavere debet is, a quo le- standa est
gatum relictum est, de illo præstando, si ab herede
1.) dies veniat, vel 2.) conditio exstiterit, do legato
aut 3.) in judicio quis vicerit. tot. tit. D. suo tempo-
ut legat. seu fideic. serv. caus. cav. add. Co- re præstan-
var. resol. l. 2. c. 14. num. 4. Gail. L. 36 ff. t.
2. obs. 115. Peck. de testam. conjug. l. 5. serv. caus.
c. 25. n. 3. & 4. Quodsi vero heres cav.
præstationem cautionis detrectet, mittitur
legatarius, aut fideicommissarius in pos-
sessionem rerum hereditiarum, l. 1. §. 1. L. 36 ff. t.
& tot. tit. D. & C. ut in poss. leg. vel fideic. 4. ut in
serv. causs. esse lic. Wenn der Erbe keinen Possess.
Vorstand machen wolte demjenigen, dem da leg. vel fi-
etwas im Testamente bescheiden ware auf ei- deic. serv.
nen zukünftigen Fall, so hat der, dem die lic. causs. esse
Q 2 Beschei-

Bescheidung geschehen, Macht zu begehrn, daß er in Besitzung der bescheidenen Güter möge gewei-set werden, die zu bewahren.

Aliquando legatam quando legatum iterum adimat ipse, qui legavit, vel expresse, & quidem 1.) verbis L. 34. ff. t. 4 de adim. alio testamento, vel codicillis, aut sine co-vel trans-dicillis nuda revocatione coram quinque te-fer. leg. stibus. pr. I. de adent. leg. & transl. Carpz. vel fideic. p. 3. C. 4. d. 31. 2.) factis, directo ad ad-emtionem tendentibus, veluti si testator de-leat scripturam, qua legatum est adscriptum l. 16. ff. d. adim. leg. vel tacite, qu. nimir. aliquando ex aliquo facto mutata voluntas testatoris colligitur, ut si nomen, quod legavit, exe-gerit. l. 75. §. 2. ff. de legat. 1. 3.) si rem le-gatam alienavit, & quidem voluntariè, non ex necessitate. §. 12. I. de leg. add. l. 11. §. 12. ff. de legat. 3. 4.) si mutata forma rei legatae. vid. l. 65. §. fin. ff. de leg. 1. Corruit etiam aliquando legatum, nimir. 5.) si ultima vo-luntas corruat. l. 17. ff. de inj. rupt. irrit. fatt. testam. excepto casu, de quo lib. 2. tit. 17. aph. 6. Add. L. 2. T. 20. I. de legat.

TIT. XXV.

DE

LEGE FALCIDIA.

Modus 4. I. Restrictus est modus legandi per I. Fal-gandi re-strigetur & per L. Fal-sidiam,

I. Restrictus est modus legandi per I. Fal-cidiam, qua cavetur, ne ultra dodrantem he-reditatis leget testator, & si quid ultra lega-tum

tum fuerit, detrahatur, ut scil. heredes par- L. 35. ff. t.
tem quartam integrum habeant, & salvam, 2. ad le-
pr. I. de L. Falcid. Pertinet igitur hæc quarta gem Fal-
ad heredem, etiam ab intestato l. 3. C. ad
Leg. Falc. a quo relictum est, ejusque suc-
cessores. l. 41. § ff. d. vulg. & pup. subst. l. 10.
C. ad L. Falc. arg. l. 71. ff. eod.

II. In computanda Falcidia inspicienda est Modus
quantitas patrimonii, quæ fuit tempore mor- eam comm-
tis testatoris, §. 2. (al. 3.) *I. de Leg. Falcid.* & putandi,
deducendum est æs alium. l. 66. § 1. ff. eod.
ut & legata, quæ forte a coherede accepit
heres, l. 91. ff. d. t. Imputantur enim in
hanc quartam ea solum, quæ quis instituti-
onis titulo a testatore habet. l. 74. eod.

III. Consequitur heres quartam, si legata. & conse-
rius possideat, vindicatione; vel etiam ali- quendis.
quando condicione indebiti, si per errorem
ultra quartam præstiterit legatum: sin vero
adhoc possideat hereditatem, jure retentio-
nis deducit l. 15 §. 1. ff. ad *L. Falcit.*

IV. Sunt etiam casus, quibus Falcidia non Casus qui-
potest detrahi 1.) ob privilegium testatoris, bus Falci-
nim. militis l. 7. C. d. t. 2.) ob expressam pro- dia non ha-
hibitionem testatoris. Nov. 1. c. 2. §. 2 quæ- bet locum.
tamen prohibitio quoad liberos pro non ad-
jecta habetur, l. C. ad SCt. Trebell. Man-
tica de conject. ultimæ vol. Lib. 7. tit. 11. n. 7.
Joh a Sande decis. Frisic. lib. 4. tit. 7. dec.
5. & 6. non vero censetur prohibita deductio,
si testator dixerit, integræ legata absque de-
ductio-

ductione præstanta esse. *Decis. Saxon.* 43. Sande d. l. def. 8. 3.) si heres inventarium non confecerit, l. ult. §. 12. C. de jur. delib. auth. sed cum testator. C. ad L. *Falcid.* Nov. 1. c. 2. §. 2. Myns. Cent. 3. obs. 60. it. si promiserit, se Falcidia non usurum l. fin. C. d. t. 4.) ob conditionem rei legatæ cessat, ut in dote prælegata uxori. l. 81. §. 1. ff. ad L. *Falcid.* in legatis ad pias causas, & quidem secundum plurimorum sententiam, etiam si mora aut inficiatio non intervenerit. auth. similiter. C. ad L. *Falcid.* Guido Papa *decis.* 188. Anton. Faber ad C. lib. 6. tit. 28. d. 2. Gail. 2. O. no. n. 7. Carpz. lib. 6. Resp. 25. n. 7. Grotius *introd.* in *jus Belg.* lib. 2. p. 23. C. fin. alii vero tum demum hoc procedere statuunt, cum heres in legato præstanta dolum, aut moram commisserit. per text. in Nov. 131. c. 12. Sande d. lib. 4. t. 7. d. 10. Christin. vol. 1. *decis.* 320. in f. porro 5.) in legato, quod ne alienetur, defunctus prohibuit. Nov. 119. c. 11. auth. sed & in ea re. C. d. t. Menoch. 4. *præfunt.* 198. n. 25. & seqq. Mantica de conject. ultim. vel lib. 9. t. 13. n. 16. Neostad. *decis. Holland.* 5. in f. Jacob. Corell. *observ. rer. jud.* 39. n. 8. Grotius d. l. add. & Sande d. t. Notandum autem est, quod ratione horū legatorum privilegiatorum tantum decedat heredi, quantum alias iisdem, si Falcidiæ exenta non essent, ratione quartæ

quartæ detraheretur. arg. Nov. 131. c. 12. verb.
vacante *Falcidia*. Carpz p. 3. C. 1. d. 7.

Add. L. 2. T. 22. I. de *Lege Falcidia*.

TIT. XXVI.

DE

FIDEICOMMISSO UNIVERSALI, SEU DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITA- TIBUS, ET SCTO TREBELLIANO.

I. Fideicommissum universale est, cum tota hereditas, vel pars ejus, ab herede praestanda, verbis precariis alteri relinquitur; vel, cum heres rogatur, ut hereditatem, ejusve partem alteri restituat. *tot tit. I. de fideicom. her.* & 1. ad L. 36. ff.

II. Relinquitur fideicommissum vel certis personis; vel cognatis proximioribus; vel in genere familiæ. *l. fin. C. de V. S. l. 32. §. fin. ff. de leg. 2.* quod postremum etiam fieri solet per interdictionem, ne alienetur res extra familiam. *l. 38. §. 1. 2. 3. ff. de leg. 3. l. 69. §. 3. ff. de leg. 2.* tunc enim familia ad rem istam jure fideicommissi vocatur. Bartol. *ad L. 122. §. 3. de V. O. n. 3.* vid. Petrus de Petra *tr. de fideicomiss. q. 5. n. 41. & seqq.* Mantica *de conject. ultim. vol. lib. 6. tit. 24. n. 24.* Fachin. *lib. 4. Controv. 49.* Fridericus a Sande *tr. de prohib. rer. alien. p. 3. c. 5. n. 5.* Renneman *membr. 2. Jurispr. de Fur. Rer. Disp. 34.* Grot. *introd. in jus Belg. l. 2. c. 20.*

III. In fideicommisso ejusmodi, quo testator disposuit, ne bona sua extra familiam, *Modus in eo success-*

dendō, sec. aut sanguinem suum alienentur, neque *nō
jus com-
mune.* minatim vocavit suos proximiores, sed tan-
tum voluit, ne bona devolverentur extra
gradum cognatorum suorum, nullo certo ad
dito succedendi ordine aut modo, ab inter-
stato succedunt ultimi possessoris proximio-
res: cum id tantum egisse videatur testator,
ne bona sua in extraneos transmittantur,
adeoque cum de ordine ac modo succedendi
non fuit sollicitus, hunc reliquise videtur di-
spositioni juris communis arg. l. 8. §. 1. ff. *de
jur. codicill.* vid. Peregrin. *de fideicom. art. 20.*
Clarus l. 3. sentent. §. Testamentum. q. 76. n. 14.
Joh. a Sande *lib. 4. decis. Fris. t. 5. d. 6. add.*
Grod. *d. l. c. 20. it Neustad. decis. Holland. 78.*

*Sæpius.
fideicom-
mittentis.
proximitas.
spectatur.*

IV. Alias vero *sæpius* in fideicommissis, te-
statoris gravantis, seu fideicommittentis poti-
us, & non gravati proximitas spectatur. arg.
l. 32. §. fin ff. *de leg. 2. junct l. 41. §. 2. de vulg.*
& pub. subst. vid. latius Mantic. *d. tr. de conjectur*
ultim. vol. 8. t. 12. num. 39. seqq. Thesaurus *de*
cision. pedemont. 64. Gratianus *discept. forens. c.*
493. n. 13. Anton. Faber *ad Cod. l. 6. tit. 18.*
d. 6. & t. 20. d. 27.

V. Locus etiam est iuri representationis in
fideicommissis. Peregrin. *d. tr. art. 31.* Hart-
mannus Pistor. *Qsc. 164.* Joh. a Sande *d. tr.*
p. 3. c. 6. n. 22. Sande *decis. Frisic. l. 4. t. 5.*
d. 2. Knipschild *de fideicom. fam. c. 9. n. 22.*
vid. Herold. *tract. de jur. repræf.*

*Locus hic
atiam est.
juri repræ-
sentationis.*

VI. Delatum fideicommissum vel agnoscī *Delatum*
 vel repudari potest. Si agnoscatur, heres *fideicom-*
directus, qui adiit hereditatem, restituere il-*missum*, si
 iam debet, ejusque partem, cum accessionibus *agnoscatur,*
 & fructibus, ante aditam hereditatem per-*præstatandum*
 ceptis. l. 27. §. 1. ff. id Sct. Trebell. arg. l. 28
 §. 1. ff. *de usir.* post aditam vero heredita-
 tem percepti, non nisi ob moram, aut cum spe-
 cialiter quis fuit rogatus, veniunt restituendi
 l. 18 pr. l. 63. §. 4 ff. ad Sct. Tr. Si vero he-
 redirectus detrectet adire hereditatem, ipse
 deicommisarius adire potest. Nov. I. c. 1. §. 1.

VII. Cæterum heres restituens, si ultra *Heres sa-*
dodrantem gravatus fit, detrahere & retine-*men potest*
re tantum potest, ut ipsi quarta pars here-*detrahere*
ditatis sit salva, quæ vocatur Trebellianica *Trebellian-*
nicam.

§. 7. I. *de fideic. hered.* Similiter si non ex af-
 fe, sed ex parte sit heres institutus, & roga-
 tus, ut restitueret, quartam in ea parte debet
 integrum habere. §. 8. I. eod. Fideicommis-
 sarius autem, iterum restituere rogatus, non
 potest detrahere Trebellianicam l. 78. §.
 11. ff. ad Sct. Treb. l. 1. §. 19. eod. Gratian.
discept. forens. 81. n. 16. Carpzov. p. 3.
 C. 1. def. 14. nisi primus ille five directus
 heres, non detracta quarta, totam heredita-
 tem, partemve ejus integrum, restituerit, quo
 casu heres fideicommisarius etiam Trebellia-
 nicæ detrahendæ jus habet, quasi eo ipso,
 quod neglexerit heres directus quartam de-
 trahere, libertatem in fideicommisarium

exercuerit, inque eum omne jus suum transtulerit. *d. l. I. §. 19. ff. ad SCt. Trebell.* ubi Bartolus Dd. comm.

Quid in libris obitur?

VIII. Notandum hic est, quod circa liberos, fideicommisso gravatos, hodie distingui soleat, an purum, an vero conditionale fideicommissum sit relictum aliis. Priori casu non simul legitimam & Trebellianicam detrahere possunt, sed una quarta debent esse contenti, ita tamen, ut aliquando, quod, detracta Trebellianica, deest legitimæ, suppleatur: posteriori casu utraque deduci potest *c. 16. & 18 X. de testam.* Gail. 2. O. 121. Heigl. l. 1. qu. 22. Carpz. 6. *Resp. 113. n. 21.* Sande *decis. Fris. 4. tit. 7. d. 7.* quod usque adeo receptum esse testatur Faber *ad C. l. 6. tit. 35. d. 4.* ut, de eo dubitare jam, ridiculum aestimetur: atque ita per totum mundum observari, tradit Guido Papa qu. 52. Controverti autem solet, quomodo duplex illa detractione sumenda sit in casu plurium, quam quatuor liberorum simul existentium, quorum legitima est semis portionis ejus, quam alias ab intestato haberent: an etiam eo casu, praeter semissem, quartam Trebellianicam ex reliquis bonis detrahant; Negant hoc Baldus *lib. 2. Conf. 94.* Covarruv. in *d. c. Raynatius 16. §. II. n. 6.* Decius *Conf. 228.* & alii, quos citat Gryphellius *decis. 102. num. 10.* affirmant vero Thesaurus *decis. 252.* Christin. *vol. I. decis. 245. & decis. 315.* Sande *d. l. 4. t. 7. d. 7.* atque haec sententia videtur receptionis.

IX.

IX. Imputantur in quartam Trebelliani-
cam non tantum ea, quæ jure hereditario, ^{Quæ im-}
sed & quæ quovis alio jure, sive legati, sive ^{potentur in}
præceptionis, ex judicio seu voluntate testa-^{banc quar-}
toris heres percipit l. 91. l. 93. ff. ad L. Fal-
cid. etiam fructus interim percepti d. l. 22.
§ 2. Gail. 2 O. 133. Menoch. de arbitr. jud.
quæstion. l. 2. cas. 256. fructus autem ipsius
quartæ non veniunt in computationem d. l.
22. §. 2. Carpzov. I. decis. 21. n. 26. seq.
Pæterea liberis prioris gradus fructus per-
ceptos in quartam imputari non posse vo-
lunt per l. 6. C. ad SCt. Treb. Fachin. 5. Con-
trov. 9. Joh. à Sande d. l. 4. t. 7. d. 5. & 6.
Faber. ad C. de l. 6. t. 27, d. 4. Christin. vol.
I. dec 318 uum 30.

X Consequitur heres quartam retentione,
seu tantum hereditate deducendo, quan-
tum ad Trebellianicam opus, §. 7. I de fi-
deicomm. her. l. 3. & 4. C. ad SCt. Trebell.
vel etiam condicione indebiti, si per erro-
rem facti restituerit, non retenta sibi quarta.
l. 21. l. 68. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.

XI Sunt vero casus, quibus Trebelliani-
ca non potest deduci, nim. 1.) ob privilegium
testatoris. scil. militis, arg. l. 7. C. ad L.
Falcid. 2.) ob voluntatem testatoris, expre-
sse prohibentis. arg. Nov. I. c. 2. §. 2. Gail.
2. O. 8. n. 15, 3.) ob factum heredis, si
non confecerit inventarium, arg. d. Nov. I. c. 2
vel etiam, si coactus adierit, l. 4. ff. ad SC. Tre-
bell.

bell. denique 4.) ob conditionem fideicommissorum, scil. ad pias causas relictorum,
arg. Nov. 131.c. 12.

XII. Jus fideicommissi jam restituti in eo consistit, quod, licet subtili quodam jure heres directus, s. fiduciarius, qui restitu^tit, heres permaneat, §. 3. *I. de fideic. hered.* tamen & commoda, & onera hereditaria ad heredem fideicommissarium pertineant. §. 7. *I. de fideic. her. l. 1. §. 2. ff. ad Sct. Trebell.*

XIII. Denique attendum, quod fideicommissum familiæ relictum alienare nequeat is, in quem fideicommissum translatum, l. 69. §. pen. ff. *de legat.* 2. adeo, ut alienans jure suo cadat, atque proximus in familia rem istam vindicare possit à quolibet possessore. l. 77. §. 27. ff. *de legat.* 2. vid Peregrin. *de fideic. art.* 3. & 14. Fusarius *de fideic. substit.* q. 512 & q. 15. Excipitur tamen potissimum alienatio necessaria: & quidem causa ejusmodi necessitatis vel provenit 1.) ab ipso testatore, si nim propter æs alienum, ab ipso relictum, res fideicommissio obnoxia sit distrahenda l. 114. §. 14. v. sed hæc ff. *de leg.* 1. vel 2.) ab hæredè, quando scil. ob hujus debita alienetur. Datur tamen tunc, post mortem hujas, jus revocandi proximo in familia. l. 69. §. 1. ff. *de leg.* 2. Carpz. p. 3. C. 8. def. §3. seqq. Si similiter conceditur alienatio fideicommissi ob alimenta necessaria, si aliunde gravatus non habeat, unde vivat. Sande tra-
 de

*Jus fidei-
commissi.*

*Fideicom-
missum a-
lienari no-
quit.*

*nisi certis
casibus.*

de probib. rer. alien. p. 3. c. 8. n. 22. vel. 3.)
 ab objecto, si nim. res tempore sit peritura.
Carpzov. *d. l. def. 32. vel 4.) à lege,* si liberi non habeant congruam dotem, aut donationem propter nuptias. **Sande** *d. l. num. 18.* Bene vero monet **Carpzov.** *d l. def. 36.* utile & tutius esse, ut hujusmodi casibus præcedat alienationem causæ cognitio, & decretum judicis.

Jung. *L. 2. T. 23. I. de fideicommissar. heredit.* & ad SCt. Treb.

TIT. XXVII.

DE

FIDEICOMMISSIS PARTICULARIBUS SEU SINGULARIBUS.

I. Fideicommissum singulare est delibatio *fideicommissi singula-*
hereditatis, ita relicta, ut quis rogetur, rem aliquam singularem alteri præstare pr. &
§. ult. I. de sing. reb. per fideic. rel. *laris de-*
scriptio:

II. Sunt vero hæc fideicommissa à Justiniano legatis exæquata §. 3. *I. de leg. l. 1. C. comm. de legat.* ita ut quæ ex legatis ad fideicommissa, & vice versa à fideicommissis ad legata aptari possunt, aptentur, ipsa tamen essentia maneat diversa; illæque differentiæ, quæ ita accommodari nequeunt, quas scil. ipsa rei qualitas & voluntas defuncti inducit, adhuc supersint. §. 3. *I.d.t. vid. Alexand. Turrin. singul. tr. de exæquat. legat. cum fideic.* *L. 30. ff. de*
legat. & *fideicom,*
cum seqq. *quod lega-*
tis est exæ-
quatum.

Conf. *L. 2. T. 24. I. de singulis rebus per fideicommissum relictis.* **TIT.**

TIT. XXVIII.

DE

CODICILLIS.

Codicillo- I. Præter testamentum alia quoque est ultima voluntas, quæ venit nomine codicilio.
rur descriptio L. 29. ff. t. Sunt vero codicilli ultima voluntas,
L. 29. ff. t. 7. de jure quinque testibus adhibitis, absque alia so-
codicill. lennitate ordinationis, declarata, qua heres
 vel ex testamento, vel ab intestato, rogatur,
 ut hereditatem, ejusve partem restituat, aut
 rem particularem præstet. §. 1. 2. & ult. I.
de codic. l. fin. §. ult. C. eod.

Cui per eo- II. Codicillis relinquere potest iis; qui sal-
dicillos re- tem per fideicommissum ex testamento cape-
linqui; & re possunt. vid. l. 14. ff. de jur. codic. & po-
quis relin- testis codicilos facere, qui testamenti fa-
quero possit. ctionem habet. l. 6. §. 3 eod. Sicuti vero cœ-
 cus in testamento præter septem testes tabu-
 larium, vel octavum testem, adhibere de-
 bet: ita in codicillis sextus testis est adhiben-
 dus. Richter. ad l. 8. C. de condic. n. 68.

Codicilli III. Præsupponunt codicilli heredem di-
fiant vel rectum, adeoque vel testamento, ante vel po-
testamento, stea factō, quis codicilos facere, vel, licet
ante vel intestatus decedat, fideicommittere codicillis
postea fa- potest. §. 1. I. de codic. Ab intestato vero
cto, vel ab fiunt vel simpliciter, testamento scil. plane
intestato: non condito; vel subsidiarie, quando scil te-
quo etiam stamentum quidem conditur, sed ei inseritur
pertinet clausula, quæ dicitur codicillaris, ut, si hoc
 testamentum meum non valeat ut testamen-
 tum,

tum, valeat tamen ut codicillus. Si ergo clausula co-testamentum, forte propter defectum alidicillarum; quem, non subsistat, sustinetur per istam clausulam, ac si codicilli ab intestato sint facti vid. Turret. *tr. de effect. claus. eod.*

IV. Vim itaque habethæc clausula, quando in ultimavoluntate observata quidem sunt quæ ad codicillos sufficiunt, sed in his, etum quoquæ ad testamenti formam requiruntur, ali-
quid deficit. Hinc 1.) subsistit ultima vo-
luntas, si testes quidem quinque adfint, sed
non plures, vel non rogati; 2.) si circa in-
stitutionem heredis quis fuerit defectus, ut 1.
si ea omnino omissa, aut solum legata relicta,
si filius præteritus, vel non recte exheredatus.
Richt. *Dec. 40. n. 30. & 31.* Zepper *de cod. c.*
4. n. 20. seqq. 3.) si parentes à liberis præte-
riti; Carpz. 6. *resp. 113.* 4.) si testamen-
tum rumpatur per nativitatem, filii non insi-
tuti: nisi testator ignoraverit, uxorem esse
prægnantem, Gail. 2. O. 114. Et hisce duo-
bus proximis casibus legitimam debent habe-
re salvam liberi, & convenienti casu etiam Tre-
bellianicam, vid Carpzov. *de loc. 4.*) si frater
instituat turpem personam, modo ista perso-
na sit habilis ad fideicommissum accipien-
dum. vid. Zepperus *tr. de codic cap. 4.*

V. Nihil operari potest clausula codicilla-
ris 1.) si testator plane sit inhabilis; Turretus
q. 46. 2.) si non satis constet de voluntate de-
functi, vid. *l. 11. §. 1. ff. delegat.* 3.) si ne-
qui-

quidem quinque testes adsint, Turret. q. 113. & denique 4.) si ei, qui nec fidei-comm. capere potest, quid relictum.

*Plures codicilli si-
mul valent.* VI. Denique sciendum, quod etiam plures codicilli possint fieri. l. 6 §. 1 ff. de jur. codic. §. ult. I, eod. & licet diversi fuerint, sustinentur, modo non sint contrarii. l. 3. C. de codic.

Jung. L. 2. T. 25. I. de codicillis.

TIT. XXIX.

D E

EXECUTORIBUS TESTAMENTARIIS

*Constituuntur ali-
quando
executores
testamenta-
ris.*

I. Solent quandoque testatores in testamentis certas personas denominare, easque rogare, ut prospiciant & exequantur, ne quid intermittatur, quod ipsi in testamento disponuerunt, sed omnia fideliter ac diligenter obseruentur, atque præstentur; qui dicuntur executores testamentarii vid. Jacob à Canib. tr. de execut. ultim. vol. item Johann Oldendorpius de executor, ultim. vol. Nicol. Everhardus. jun. 2. consil. 18.

II. Hoc executoris officium, nisi quis ipsi testatori promiserit, non tenetur quis invitatus suscipere: si tamen quis illud detrectet, legatum ipsi hoc fine relictum amittit.

III. Officium hujusmodi executoris consistit in eo, ut curet super tota massa hereditaria inventarium confici, ac diligenter provideat, ut tum heredes, quod ipsis debetur, accipiant, tum

*Hoc offici-
um sponte
suscipitur.*

*In quo
consistat.*

tum etiam legata, cum prius ad pias causas destinata, debito modo, & certo tempore, juxta tenorem testamenti præstentur; præterea executor etiam obstrictus est, ut iis, quorum interest, rationem reddat.

IV. Si necessitas exigit, ut bona, mobilia *Quomodo* vel immobilia, ad hereditatem pertinentia alienantur, quo possint præstari legata: non nisi *alienatio permissa*. consensu Magistratus, & eorum, quorum interest, hæc alienatio est instituenda.

V. Si plures executores sint nominati, alter *Plures si absque alterius consensu, nisi forte alter absit* *sint, omni-* & res moram non patiatur, nihil suscipiat. *um consen-*
sus requiri-
tur.

TIT. XXX.

DE

HEREDITATIBUS AB INTE-
STATO.

I. Testamento non extante, seu non condito, vel etiam condito, sed infirmato & nullo, hereditati legitimæ est locus, sive iis defertur hereditas, quos lex vocat, absque defuncti oratione. *l. 39. l. 70. pr. l. 77. ff. de acquir. ab intestato vel. om. hered. l. 89. ff. de R. I. l. 1. pr. de suis defertur.* *Et legit. hered. pr. §. 1. Et seqq. Inst. de her. quæ ab intest. def.*

II. Legibus quidem XII. tabb. ita caveba. *Legitima* tur: Si intestatus moritur, cui suus heres nec *successor sec. jus vetus:* extabit, agnatus proximus familiam habet. Vocabuntur igitur hisce legibus solum sui inter descendentes, & agnati inter collaterales. His non extantibus, vel repudiantibus, here- *L. 38. ff. t. 16. de ditas suis &*

legit. hæ- ditas fisco cedebat : quod cum iniquum vi-
red.
sec. jus No-
vellarum debatur Prætori, emancipatis & cognatis sub-
venit per bon. possessionem , de qua inferius.
Justinianus vero quod ordinem succedendi
attinet, suorum & emancipatorum, ut & a-
gnatorum & cognitorum differentiam sustu-
lit Nov. 118.

tribus or-
dinibus.

III. Jure itaque Novellarum tres ordines
sunt statuti, 1.) descendentiū, 2.) ascen-
dentiū, 3.) collateralium, in quibus ta-
men ordinibus quædam nō expresse cor-
recta, ex jure veteri retinentur.

Primo suc-
cedunt de-
functo ejus
descenden-
tes; circa
quos tres oc-
currunt ca-
sus: I. re-
licitis liberis
solum primi
gradus;

IV. Prima successionis causa est descendentiū. *Nov. 118. pr. &c. 1.* eoque no-
mine veniunt omnes liberi primi, & ulte-
rioris gradus; masculi & fœminæ, & ab his
propagati; jam ante mortem nati & posthu-
mi; sui & emancipati. Sunt vero circa suc-
cessione descendentiū tres casus notandi.
Primus est, quando defunctus relinquit so-
lum liberos primi gradus: hi succedunt viri-
tim, seu in capita, h. e. hereditas dividitur in
numerum personarum; & licet nepotes extent
ex liberis adhuc vivis, pater ipsorum, non illi
succedunt, adeo ut filius etiam emancipatus
excludat nepotem in potestate retentum, *per*
d. Nov. 118. cap. 1. nec infans tenellus, exstan-
tibus aliis adultis & majoribus, alimentorum
ratione aliquam prærogativam habet, sed sua
portione, æqualiter divisa hereditate, conten-
tus esse debet. *Carpz. p. 3. C. 15. d. 33.*

V. Se-

V. Secundus casus est, si cum liberis primi *II. concur-*
gradus concurrant ulterioris gradus liberi, ex ^{rentibus},
defunctis parentibus superstites: tunc hi cum ^{cum liberis}
illis simul succedunt, jure repræsentationis in ^{primi gra-}
stirpes, h. e. eam portionem accipiunt nepo- ^{dus, aliis}
pronepotesve, quam ipsorum accepisset ^{diversi gra-}
parens, si vixisset, cuius defuncti locum ingre-
diuntrar, d. Nov. 118. c. 1.

VI Tertius casus est, quando omnes sunt *III. omni-*
ulterioris gradus, & videndum, an sint omnes ^{bus ulterio-}
ex una stirpe, v. g. tres nepotes ab uno filio ^{ris gradus}
generati, & successio sine dubio fit in capita;
an vero ex diversis stirpibus: atque tunc jure
repræsentationis secundum stirpes dividitur
hereditas, sive fuerint diversi gradus, ut nepo-
tes & pronepotes; sive ejusdein, ut nepotes ex
pluribus filiis, d. Nov. 118. c. 1.

VII. Specialiter notandum est, quid obtineat, si liberi *Quid si li-*
sint ex diversis matrimonii. Di-
stinguendum est, aut liberi sunt comprivigni, ^{beri sint ex}
& quisque suo solum succedit parenti: aut ^{diversis ma-}
alterum parentum communem habent & al-
terum diversum, & ex his quilibet separatum
suo proprio parenti; communi vero parenti
æqualiter isti succedunt: exceptis bonis, quæ
a marito ad uxorem, & vice versa ab uxore
ad maritum cum certa qualitate pervenerunt,
quæ liberi illius matrimonii, quo ista ita per-
venere, præcipua habent. I. 6. §. 1. C. de se-
cund. nupt. Aliquando etiam juxta statuta
locorum, conjuge aliquo ad secundas nuptias

transeunte, prioris matrimonii liberis portio certa assignatur, qua tunc contenti esse debent. *Land-R. Lib. 1. art. 5.* quod de justa divisione, & separatione accipiendum: secus si liberi saltim subsidia aliqua acceperint, quo casu, facta solum collatione, adhuc cum aliis ad successionem admittuntur. *Land-R. Lib. 1. art. 10. § 13.* Richter. *tr. de success. ab intest. sect. 1. n. 1. n. 17. § n. 101.*

*Obtinet
hæc in filiis
legitimis,
ut & legiti-
matis per
subsequens
matrimo-
nium:
circa legi-
timatos v.
per rescri-
ptum dist.
Illegitimi,
§ quidem
1. natura-
les succe-
dunt ma-
tri;*

*sed non ita
indistincte
patri:*

VIII. Obtinet hæc in filiis legitimis, ut & legitimatis per subsequens matrimonium, nec non adoptivis. Circa legitimatos per rescriptum principis distinguendum est: aut nulli liberi justi, sive legitimati extant, & succedunt legitimati; aut extant, & non succedunt cum legitimis, nisi ipso patre & Principe ita disponente. Gail. 2. O. 142. add. Carpzov. p. 2. C. 6. d. 27.

IX. Illegitimi filii sunt duplicitis generis: vel enim simpliciter extra legitimam conjunctionem sunt prognati; vel ex coitu peculiariter damnato nati. Prioris generis sunt (1.) naturales ex concubina, vel etiam ex fœmina honesta, extra matrimonium prognati: atque hi matri, & omnibus ex linea materna ascendentibus, perinde ut legitimi, & cum legitimis succedunt l. 2. § 8. ff. unde cognati l. pen. C. ad SCt. Orph. Circa paternam vero hereditatem distinguendum est: aut pater relinquit ex conjugio filios legitimos, vel saltim legitimam conjugem, & isti illegitimi non admittuntur

ad

ad successionem, aleandi tamen sunt, usque dum sibi ipsis victum querere possunt, ex hereditate paterna, *Nov. 89. c. 12. §. 4. auth. licet. C. de nat. lib.* aut vero nec liberos legitimos, nec conjugem, relinquit, & admittuntur isti illegitimi in sextantem, seu duas unicas (h. e. sextam partem hereditatis paternæ) cum matre, ista concubina, dividendas. *d. Nov. 89. c. 12. §. 4.* Intelligendum vero hoc est de primi gradus liberis duntaxat: qui enim ulterius ex liberis illegitimis progeniti, non succedunt in linea paterna. *l. 12. C. de nat. lib. add. Richter. d. tr. sect. 1. m. 3. n. 5. 6. 7. § 9.* (2) ex meretricie progeniti, spurii seu vulgo quæsiti: hi soli matri, & ascendentibus maternis succedunt. *l. 2. l. 8. ff. unde cognati.* (3) Posterioris generis sunt incestuosí & adulterini, qui nullo modo parentibus suis succedunt, neque patri neque matri. *d. Nov. 89. c. ult. Nov. 74. c. fin. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. alimenta patri, nec tamen necessaria ipsis debentur. arg. Nov. 12. c. matri.*

^{2. Spurii sōli matri, ac in ejus li- nea, succe-}
^{dunt. 3. in-cestuosí ac adulterini non succe-}
^{dunt, nec}
^{auth. ex complexu. C. de incest. nupt. alimenta patri, nec tamen necessaria ipsis debentur. arg. Nov. 12. c. matri.}
^{2.add. Gabriel Palæotus. tr. de Notis & Spurii c. 41. Gail. 2. O. us. Christin. vol. 1. decis. 198. & vol. 4. dec. 64. Richter. d. loc. m. 3. n. 3.}

X. De jure Saxon. specialiter hic notandum 1.) quod ex hereditate paterna solis filiis, vel nepotibus ex mortuis filiis, & quidem regulariter equestris ordinis, obveniant res terres expeditoriæ (*das Heergewette*) *Ceterum jure Saxon. filiis obvenient specialiter R. ditoriae; lib.* *Land-R. ditoriae;*

lib. i. art. 27. & senior inter illos gladium habeat præciputum, c. l. consuetudine tamen alii cubi etiam civibus, ac rusticis agnatis, illæ res debentur. *Carpz. p. 3. C. 38. d. 24. § 31. seqq.* Quæ vero res eo pertineant, vid. ap. Richterum, *d. tr. sect. i. m. i. n. 56 seq.* ubi etiam mouet, illas solum deberi, quæ in hereditate reperiuntur, & quidem petendæ sunt intra annum & diem, & tempore scientiæ, quem esse mortuum; 2) quod ex hereditate materna ad solas filias, vel etiam descendentes ex filiabus mortuis, pertineat gerada seu bona utensilia. *Land-R. c. lib. i. art. 27.* nisi mater nulla alia bona reliquerit, quo casu filiis etiam de gerada, legitima debetur. Richter. *d. tr. sect. i. m. i. n. 60.* Exceptio etiam est in clericis vel pastoribus, etiam in nostris Ecclesiis, qui una cum filiabus in gerada materna succedunt. vid. *Carpz. p. 2. C. 14. def. 60.* Notandum quoque est, quod filia spuria, una cum legitimis filiabus, matris geradam accipiat. *Carpz. d. loc. def. 58.* Quodsi vero pater fuerit mortuus superstite matre, ad uxorem res, ad geradam pertinentes, veniunt. Cæterum in determinandis rebus, ad geradam spectantibus, consuetudo loci, & quid mulier in sua custodia & possessione habuerit, & post mortem suam reliquerit, attendi debet. vid. *Goldb. tr. de jur. gerad. Carpz. d.p.2. C.14.d. 22. § seqq.* Richt. *d. loc. n. 70.*

*nisi super-
ficies sit ma-
ter.*

*Secundo de-
scendentia-*

XI. Si nulli descendentes adfuerint, admittuntur ascendentis, quos scil. mortalitatis ordine

ordine turbato. l. 15. pr. ff. de inoff. testam. miserebus non rationis ratio ad liberorum bona admittit extantibus. l. 7. §. 1. ff. si tab. testam. null. extab. Nov. 118. succedunt c. 2. Succedunt vero primo ascendentes primi gradus, nimirum pater & mater, æqualiter, vel, si pater sit mortuus, sola mater, & vice versa. Matre vero & patre non existente, secundi gradus parentes, avus nimirum & avia: hi si fuerint plures in lineis diversis, æquales quidem gradu, sed disparens numero, (v. g. in linea paterna avus: in linea materna avus & avia) succedunt secundum lineas, sive in genera, non in capita Nov. 118. c. 2. Idem porro applicabis ad ulteriores gradus, nemine secundi gradus existente. add. Carpz. p. 3. const. 17. d. 2. §. 3. Cæterum secundum Attenden-
comm. Dd. sententiam attenditur hic, unde dum aliqu. bona provenerint, quæ a defuncto filio sunt hic unde bo- relicta, ita scilicet ut ex linea paterna profecta na provene- rent. bona, ad paterni generis ascendentess; ex linea vero materna, ad ascendentess materni generis devolvantur. Carpz. p. 3. C. 14. d. 2. Richter. sect. 2. m. 1. n. 11.

XII. Non tamen ascendentess jure communi excludunt omnes collaterales, sed simul cum iis admittuntur defuncti fratres & sorores, ex eodem patre, & ex eadem matre nati: & quidem in capita ac pleno jure, ita ut patr. in cuius potestate sunt illi fratres aut sorores, non habeat usumfructum in portione illis obveniente; Nov. 118. c. 2. v. si vero fratres vero sororesve, ex uno tantum latere

conjuncti, non concurrunt cum parentibus, sed foli ascendentes succedunt, adeo ut ne quidem consanguineus frater cum patre, aut uterinus cum matre admittatur. *d. Nov. auth. defuncto C. ad Sct. Tertull. Richt. d. tr. sect. 2. m. 1. n. 21.*

Præterea jure repræsentationis concurrunt etiam cum ascendentibus fratrum germanorum, ante defunctorum, filii in stirpes. Nov. 127. c. 1. per quod cap. correcta est Nov. 118. c. 2. Carpz. p. 3. C. 17. d. 4. etiam si, omnibus fratribus præmortuis, horum filii soli existant. Richter. d. loc. Quod si vero & fratres, & fratrum germanorum defunctorum filii, & diversarum linearum, numero impares, ascendentes concurrant, ipsi quidem fratres & ascendentes in capita succedunt, sed fratrum filiis assignatur solum illa portio, quam ipsorum pater fuisset habiturus, si vixisset. Richter. d. l. n. 18. Ultra fratrum sororumve filios vero nemo cum ascendentibus concurrit, quia ultra istos in linea collaterali jus præsentationis non extenditur. auth. post fratres fratrumque. C. de legit. hered.

at jure Sax. soli ascen- dentes suc- cedunt, ex- clusi fra- tribus de- functi.

XIII. Jure vero Saxon. soli ascendentes succedunt liberis suis, omnesque ac singulos collaterales indifferenter excludunt. *Land-R. Lib. 1. art. 27. § 28. Carpz. p. 3. C. 17. d. 6. § Richt. d. sect. 2. m. 1. n. 23.*

XIV. Atque hæc ita obtinent in parentibus *Quid in
naturalibus & legitimis simul: adoptivus vero
pater succedit illi filio, qui in ejus potest. per
adoptionem transiit.* *I. pen. C. de adopt.* Richter.

d. sect. m. 2. n. 4. Arrogatores succedunt filiis arrogatis, una cum sororibus & fratribus germanis, in capita, *d. l. pen. §. fin. C. de adopt.*

Pater illegitimus filio illegitimo non succedit, *it. illegiti-*
mater vero isti succedit. arg. I. pen. in f. C. mis paren-
ad SCt. Orph. l. 2. l. 4. ff. unde cogniti. Richter. *tibus.*

d. l. m. 3.

XV. Sequitur tertius ordo succedendi ab *Tertio suc-*
intestate, collateralium, qui omnes admit-
tantur, sexus, agnationis, cognationis, po-
testatis differentia omnino sublata. *Nov. 118. ascendi-*
c. 3. Inter quos primo loco ad hereditatem *bus super-*
vocantur defuncti fratres & sorores germa-
ni, eorumque liberi primi gradus: quippe *fratibus, col-*
qui prædefunctorum fratrum locum per re-
præsentationem occupant, adeoque, una *sorores ue,*
cum patruis aut avunculis, non in capita, *corumque*
sed in stirpes succedunt, & quia ab utroque *defuncto-*
parente defuncto sunt juncti, excludunt fra- *rum liberi,*
tres ex uno latere tantum conjunctos, tam con- *jure repre-*
sanguineos, quam uterinos, licet hi istis sint
gradu propinquiores, *Nov. 118. c. 3.* Nec
attenditur differentia bonorum, an a patre,
an a matre provenerint. Richter. *d. tr. sect 3.m.*
3. num. 3.

XVI. Jure Saxonico in bonis hereditatis, *Jure Sax.*
seu allodialibus, jus repræsentationis in or- *quoad*
R 5 *dine*

*bona here-
ditaria in
ordine col-
laterali-
um jus
repræsen-
tationis
non obti-
net.*

dine collateralium non habet locum, sed qui proximior gradu est, remotiorem excludit, adeoque fratres germani excludunt etiam fratribus germanorum liberos. *Land-R. Lib. 1. art. 13. & 17.* quod quidem mutatum videri posset per Carolinam sanctionem, in comitiis Wormatiensibus *Anno 1521.* latam: quippe qua expresse cautum, ut non obstante aliqua consuetudine, fratribus filii ad successionem patrui, cum defuncti fratribus ac sororibus semper in stirpes admitterentur. Verum ut generalis illa sit Imperii constitutio, nusquam tamen in Saxonia, nisi in iis prævinciis, ubi manifeste recepta, (veluti in Archi-Episcopatu Magdeburgensi, Numburgensi, Halberstadiensi) observatur. *Carpz. d. loc. Conſt. 18. d. 1. & 2. f. 3.* *Richt. d. membr. 1. n. 9. & seqq.*

*Fratrum
filii, soli
existentes
succedunt
in capita.*

XVII. Omnibus fratribus, utrinque defuncto conjunctis, mortuis, existentibus vero horum filiis, hi succedunt, & non solum excludunt fratres ab uno latere conjunctos, sc. propter duplicitatem vinculi, sed etiam patruos defuncti. *Nov. 118. c. 3. in f.* non quidem jure repræsentationis, quippe quod nec jure civili ultra fratrum filios, concurrentes cum fratribus defuncti, locum habet; sed jure quodam singulari & proprio, quod scil. filii fratrum sint quasi loco liberorum defuncti, indeque excludunt patrum, qui est loco parentis: quæ tamen ipsa ratio itidem non ad ulte-

ulteriores gradus extendenda. Succedunt itaque fratribus filii soli, i. e. non concurrentibus fratribus extantibus, in capita, non in stirpes
R.A. zu Speyer de Anno 1529. §. it. als bisshero.

31. Quanquam enim sint impares numero, parres tamen sunt sanguinis vinculo: & cum pari gradu patruo sint juncti, pari quoque jure succedunt eidem: & iniquissimum esset, si pari gradu conjunctæ, sed multiplicatæ soboli, æqualis successionis commodum adimeretur, data illis prærogativa, qui non gradu conjunctores, sed numero essent pauciores. Diversa autem est ratio, cum fratribus filii cum patruis vocantur ad patrui successionem: nam cum gradu a patruis separentur, & mediante paternæ representationis beneficio ad successionem patrui admittantur, merito non plus consequuntur, quam habiturus fuisset pater, cuius innixi personæ una cum patruis admittuntur. *Frid. Schenck. liber Baro a Tautenburg in lib. 1. feud. tit. 8. §. 1.*

XVIII. At jur. Sax. comin. etiam hoc casu *Quid jure Saxon. obtineat.*
 cum filiis fratribus succedunt patrui, avunculi, & similes personæ ad paritatem graduum,
Richter. d. sect. 3. m. 1. n. 71. peculiari tamen constit. Elect. Saxon. jus civile receptum est.
p. 3. c. 18.

XIX. Post fratribus germanorum filios ve- *II. Fratres consanguinei & uterini, eorumque filii, & quidem, uti communiter juxta jus civile volunt, que filii.*
 niunt jure civili, ipsis non extantibus, fratres *confanguinei & uterini, eorumque filii,* ita,

ita, ut in bonis, quæ a patre provenerunt, soli consanguinei; in bonis a matre profectis, soli uterini; in bonis aliunde quæsitis a defuncto, æqualiter succedant, *l. 13. §. 2.*
C. de legit. hered. add. Carpz. p. 3. c. 14. d. 3.

XX. Jure Saxonico frater ab uno latere conjunctus gradu est remotior, quam qui ab utroque conjunctus. *Land-R. l. 2. art. 10. c. fin.* adeoque una cum fratribus filiis, utrinque junctis, succedit. Richter. *d. membr. 1. n. 5. & 6.* avunculis tamen etiam fratres, sororesve, ab uno latere conjuncti, præferuntur. Richter *d. secc. 3. m. 4. n. 20.* Si soli extent uterini & consanguinei, differentia bonorum (*de qua aph. præced.*) non attenditur. Carpz. *d. p. 3. C. 14. d. 4.*

*Reliqui
collatera-
les gradu
propinquio-
res.*

XXI. Postmodum veniunt reliqui collaterales, tam ab uno, quam ab utroque latere juncti, sine ulla differentia bonorum, hoc perpetuo axiomate tam jure civili, quam Saxonico, non attento jure repræsentationis, succedentes. Qui proximiiores sunt gradu, remotiores excludunt, & qui pares sunt gradu, pariter etiam admittuntur; & quidem ultra decimum gradum, in infinitum, *arg. d. Nov. 118. c. 3.* itidem tamen sec. jus Sax. observata duplicitate vinculi. Richt. *d. succ. f. 3. m. 4. n. 7.*

*Si dupli-
cione quis
cognatus,
duplicem*

XXII. Illud adhuc notandum, quod si per ratione quis sona aliqua dupli ratione defuncto conjugit cognatus, cœta sit, veluti consobrinus & consanguineus simul;

simul, vel neptis tam ex avunculo magno, *capit por-*
quam ex amita magna, duas hereditatis par- *tionem.*
tes accipiat. Richt. d. sect. 3. m. 4. num. 26..

XXIII. Hæc ita obtinent in collateralibus *Applican-*
per nuptias junctis: idem jus est in legitimatis *tur hæc*
per subsequens matrimonium. Similiter per *succes-*
adoptionem agnati succedunt aliis agnatis: vid. *successio-*
l. 7. §. 2. ff. de bon. damn. cognatio vero (in spe- matos, &
cie ita dicta) per adoptionem non oritur, quodam-
modo ad *adeoque nec successio. l. 23. ff. de adoption. agnatos*

XXIV. Illegitimorum vero collateralium *per ado-*
succes- hæc est, ut fratres naturales & spu- ptionem.
rii ex diversis matribus, licet ex eodem patre *At in ille-*
geniti, nec sibi invicem, nec legitimis genito- *gitimis*
rum liberis, aliisve per patrem junctis, succe- *collatera-*
dere possint. Ex eadem autem matre, licet di- libus ali-
versis patribus progeniti, sibi invicem jure co-
gnationis, itemque per matrem a latere con-
junctis, & hi vicissim illis succedunt. l. 2. ff.
unde cogn. §. 4. I. d. succes. cognat. add. Richter.
d. sect. 3. m. 3. n. 8. nisi ex adulterino, incestuo-
so, & damnato coitu nati sint, qui omnis suc-
cessionis, tam paternæ, quam maternæ, in-
capaces sunt, nec ullum jus cognationis inter
ipfos, aut cùm aliis, habent. arg. Nov. 74. c.
ult. Nov. 89. c. ult.

XXV. Cæterum ex jure Saxoniço itidem *Jure Sa-*
addendum, quod 1.) etiam inter agnatos, *xon. agna-*
præcipue nobiles, masculi præcipuas habeant *ti præcipuas*
res expeditorias: & cum sola agnatio attendi- *habent res*
tur rias, *expedito-*

Et fœminæ geradam. tur, æque frater consanguineus ac germanus istas percipit. Richter. *d. l. scđt. i. m. i. n. 51. seq.* 2.) fœminæ cognatæ proximæ, etiam plebejæ, ex defunctæ cognatæ hereditate geradam præcipuam habent, & itidem cum eis concurrit uterina & germana. Richter. *d. loc. n. 55.* Differentia tamen est inter res, loco geradæ ad uxorem pertinentes, & has, quæ pertinent ad cognatas. Carpzov. *d. p. 2. C. 14. d. 22. seq.* Et maritus quoque aliquas res retinet hoc casu. Idem *def. 49. Et 50.* Denique adjiciendum, quod, si cognatæ fœminæ non extent, iis locis, ubi alias viget gerada, hæc ei deferatur, qui merum imperium ibi habet, ubi defuncta habitavit. Carpzov. *d. loc. def. 66.* Quibusdam vero locis, etiam in Saxonia, gerada plane non est in usu: vid. Richter. *d. l. n. 61.* & retorqueri solent diversa diversis locis circa res expeditorias, & geradam obtinentia jura; qua de re legas Tract. nostr. *de vind. priv. Et jur. retors. C. XI. aph. 23. 25. 33. Et 34. add.* Carpzov. *p. 3. c. 38. d. 1. seqq.*

Admittuntur etiam ad successiōnem quodammodo conjuges jure civ.

XXVI. Præterea singularibus & novissimis constitutionibus cum illis, qui ex dictis tribus succedunt ordinibus, admittuntur quoque conjuges, quando nimis. 1) matrimonium fuerit sine dote aut donatione propter nuptias; & 2) conjux prædefunctus facit locuples, superstes autem laboret inopia. *auth. præterea C. unde vir Et uxor. Nov. 117.*

c. 5. & quidem distinguendum est, an extant liberi, an non. Priori casu conjux, conjugi succedens, usumfructum tantum in quadam portione consequitur, & quidem quartæ portionis omnium bonorum si liberi fuerint tres vel pauciores; si vero plures, virilis portionis: posteriori casu in quartam partem succedit conjux, ejusdemque plenam acquirit proprietatem.

XXVII. Jure Saxon. post consuminatum matrimonium, & consensionem thalami con-
juges ita succedunt, ut maritus percipiat o-
mnia mobilia (*ut & immobilia, estimato in salutatamen
dotem data*, Carpz. p. 3. c. 23. d. 26.) uxoris liberis legi-
defunctæ, excepta gerada, de qua superius.
vid. Richter. *sect. 4. m. 2.* Si tamen uxor plane non habeat immobilia bona, vel ea non sufficiant ad legitimam, ex mobilibus liberis debet salva esse legitima. Richt. *d. loc. n. 32. & 33.* Atque de his mobilibus uxor in præjudicium mariti testari non potest. Carpzov. *p. 3. c. 7. d. 4.* Quodsi uxor bona mobilia non relinquat, quarta pars bonorum ob-
venit marito. Richter. *d. l. n. 57.*

XXVIII. Viduæ ignobili optio conceditur, & communii Saxonico & Electorali jure, utrum dotem seu bona illata repetere, an vero ista illata conferre, atque ex junctis ita suis, ac defuncti mariti bonis, quartam partem, si quidem tres vel pauciores, vel nulli adsint liberi; si plures, portionem virilem, seu eandem, quam singu-

*Jure Saxon.**maritus suc-
cedit in mo-**bilia uxoris,**salutatamen**dotem data**liberis legi-
timæ.**vid.**sext. 4. m. 2.**Si tamen**uxor plane**non habeat**immobilia bona,**vel ea non**sufficiant ad**legitimam, ex**mobilibus**liberis debet**salva esse**legitima.**Richt. d. loc.**n. 32. & 33.**Atque de his**mobilibus uxor**in præjudicium**mariti testari**non potest.**Carpzov. p. 3.**c. 7. d. 4.**Quodsi uxor bona**mobilia non**relinquat, quarta**pars bonorum ob-**venit marito.**Richter. d. l. n. 57.**Vidua igno-**& communii**Saxonico & Elec-**toralijure, utrum**bili debetur**quartam partem,**si quidem pars; ali-**tres vel pauciores,**vel nulli adsint liberi;**si plures, portionem**virilem, seu eandem,**quam quando**virilis por-**tio ex bonis.*

*mariti &
uxoris col-
latis, nisi
malit dotem
& illata so-
lum repeti-
re.*

*Quid jure
Electoralis
obtineat.*

*Quid vidua
nobilis con-
sequatur.*

*Precipue
vero pacta
& statuta
sunt atten-
denda.*

*Heredes si
desint alii,
conjuges sibi
invicem suc-
cedunt.*

singuli ex liberis, percipere velit. *d. l.* In Elec-
tor. Saxon. vero extantibus liberis, quarta,
alias autem tertia omnium bonorum assigna-
tur viduæ, & etiam geradam conferre tenetur,
Carpzov. *p. 3. c. 20. def. 27.*

XXIX. Vidua nobilis præter geradam con-
sequitur ex bonis defuncti mariti (1) sponsali-
tiam largitatem, (*die Morgengabe*) (2) cibaria
domestica, (*Mustheil*) vid. Richt. *d. tr. sect. 4.*
m. 3. n. 51. & (3) dotalitium, in bonis feudali-
bus constitutum, vel consituendum. vid. Synt.
nostr. Feud. *c. 14. aph. 9. & seqq.* Quodsi au-
tem vidua nobilis dotem promissam non infe-
rat, adeoque dotalitium petere non possit, illa
portione, quæ plebejis debetur, contenta erit.
Richt. *d. l. n. 67.* Est quoque in ejus arbitrio,
velitne dotalitium exigere, an vero dotem re-
petere. *const. Elect. 42. part. 2.* vid. nostrum
allegat. Syntag. feudal. *c. 14. aphor. 15.* Ad-
das de repetitione donorum nuptialium. *decis.*
Elect. 51.

XXX. Sunt præterea etiam singularia sta-
tuta locorum, quibus dispositum, quomodo
uxor marito, vel maritus uxori succedat, quæ
præcipue attendenda: ut & primo omnium
inspicienda & observanda pacta dotalia, si
quæ confecta fuerint.

XXXI. Notandum & hoc est, quodsi de-
functus maritus nec liberos, nec cognatos re-
linquat, uxorem in tota hereditate succede-
re, & vice versa ad maritum defunctæ uxoris
here-

hereditatem pertinere, t. t. D. & C. unde vir L. 38. ff. t.
& uxor.

XXXII. Tandem si nec ulli agnati nec uxori
superfuit, hereditas vacans fisco cedit, vel ho- Nec alio be-
die Magistratui, merum imperium habenti rede exi-
l. 4. C. de bon. vacant. Richter. d. l. sec. 5. stente, nec

Add. L. III. Tit. I. Inst. de heredit. quæ ab conjugi su-
int. deser. & seqq. usque ad Tit. 8. perstite, fiscus succedit.

TIT. XXXI.

DE

BONORVM POSSESSIONIBUS.

I. Jus bon. possessionis introductum est a Bonorum
Prætore, emendandi & supplendi, nec non posseffio-
aliquando confirmandi veteris juris civilis nis, seu
gratia. l. 2. ff. de bon. poss. pr. I. eod. Bonorum ita- heredita-
que possessio est jus persequendi & retinendi ti. prato-
patrimonii, sive rei, quæ cujusque, cum mori- rie intro-
tur, fuit l. 3. §. 2. ff. eod. vel, est jus succeden- duatio.
di in universum jus defuncti, a Prætore, eo L. 37. ff. t.
nomine implorato, concessum. I. de bon.
poss. Descriptio

II. Dividitur bon. possessio in edictalem & Divisio in
decretalem. Illa ex edicto prætorio de pla- edictalem,
no, sine caussæ cognitione, etiam non coram
tribunali tribuitur: l. 2. §. 1. ff. quis ordo in bon.
poss. nisi ad sit contradicitor, quo casu per acci-
dens evenit, ut opus sit caussæ cognitione, l. 3.
§. 8. ff. d. t. Decretalis vero, præcedente singu- & decre-
lari caussæ cognitione, pro tribunali decernitur talis.
all. l. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss. serv. & all.
l. 3. §. 8. ff. de bon. poss.

III. Hodie edictalis bon. poss. non facile Illa hodie
usu obtinet, extensa quippe per constitutio- non facile
nem usum habet

nem Justiniani in Novellis successione ad omnes eos, quos Prætor vocavit. Enarrari vero solent casus, quibus etiam post jus Novell. edictalis bon. poss. necessaria esse videatur, quos legas in Exercitat. nostr. ad Pandect. XXXVIII. *tb. 43.*

acta decretalium opus est
I. si vidua prægnantem se afferrat: L. 37. ff. t. 9. de ventre in poss. mittendo & curat. ejus.

dolose afferrens sumtus restituere debet.

II. si impuberi status quaestio moveatur.

L. 37. ff. t. 10. deCar-

IV. Decretali bon. poss. adhuc hodie aliquando opus est. Decernitur vero singuliter bon. poss. I.) si controvertatur, an defuncti vidua prægnans sit, nec ne: tunc enim præcedente caussæ cognitione, mulier ob ventrem, seu fœtum in utero, quem prætendit, interea mittitur in possessionem rerum hereditiarum, usque dum vel partus nascatur, vel abortum mulier fecerit, vel appareat, eam non esse prægnantem: daturque interim curator, qui mulieri propter fœtum ex bonis provideat. *l. 1. §. 17. & seqq. l. 4. ff. de vent. in poss. mitt.*

V. Quodsi sciverit mulier, se non esse prægnantem, & tamen se dixerit, & petierit se mitti, re comperta sumtus repetuntur. *l. 1. §. fin. ff. d. t.*

VI. Porro 2.) si liberis impuberibus de statu, vel legitima nativitate, & hereditate paterna, lis moveatur, tunc, præcedente caussæ cognitione, & præstita cautione de restituendum bonis hereditariis, si adversus se judicatum fuerit, impubes mittitur in bon. poss. perinde ac si lis mota non fuisset, dilata quæstione in tempus pubertatis. *tot. tit ff. & C. de Carb. edict.*

TIT.

TIT. XXXII.

DE

DIVISIONE HEREDITATIS ET COL-
LATIONE BONORUM.

I. Hereditatis divisionem cum suscipiunt *Quomodo* heredes, imprimis considerandum est, quæ *hereditas delata & adita divi-*
denda. partes in testamento fuerint assignatæ, & hæ servandæ veniunt. Nullo autem testamento existente, heredes in partes æquales, aliquando tamen in stirpes, uti supra monitum, succedunt.

II. Si inter coheredes circa divisionem *Aliquando* venerit, res clara est; at si inter ipsos non *per sortem lis dirimitur* conveniat, æquales partes constituuntur, & forte dirimitur, quænam res huic, quænam alteri obvenire debeant: quod si vero nec in constituendis partibus convenient, Magistratus cognitioni res committitur, qui vel ipse, vel per commissarios divisionem instituit. Jure Saxonico solet major portiones designare, minor vero eligere & optare.

III. Si res aliqua in hereditate sit, quæ *Aliquando* commode divisionem non recipiat, hanc is, *Magistratus opus est autoritate.* cui fortis judicio, aut consensu cæterorum, vel optione obvenerit, pretio cæteris pro cuiusque portione soluto, retinet. Quodsi nemini heredum rem istam acceptare commodum fuerit, venditur, & pretium inter heredes dividitur. Denique si heredes pro indiviso res hereditatis communiter possidere malint,

imputatur cuique, si quid ex hereditate percepit, ut id in divisione aliquando conferatur.

Aliquando collatione opus est. L. 37. ff. t. 6. de collatione. IV. Cæterum cum sæpius accidat, unum vel alterum ex liberis, vivis adhuc parentibus, ex bonis paternis aliquid accipere, post mortem parentum is, qui aliquid accepit, id conferre vel admittere debet, ut sibi tantum in hereditatis divisione detrahatur, *tot. tit. ff. & C. de collat. bon. & de dot. collat.*

Conferunt vero & filii & nepotes. V. Non filii tantum, sed & nepotes, sive inter se soli, sive mixtim concurrant, conferre tenentur, *l. 17. l. 19. C. de collat.* non tantum quæ ipsi, sed & quæ parentes eorum perceperunt: quia nepotes, cum avo succedunt, semper veniunt repræsentantes personam paternam. add. Merlin. *tr. de legitima L. 2. t. 2. q. 13.* Quod tamen restringendum est ad eos, qui & quatenus heredes parentum succrum fuerint: quid enim si paternam hereditatem repudiaverint, & soli avo successerint? Sane iniquum foret, a nepotibus ex repudiata patris hereditate petere collationem eorum, quorum nihil ad eos pervenit. *arg. l. 1. §. 23. l. 2. §. 2. ff. de collat. bon.* add. Carpz. *p. 2. C. 35. d. 12. & 13. & p. 3. C. 11. d. 34.* ubi hoc limitat in eo casu, quando nepotes, repudiantes hereditatem paternam, cum patruis succidunt. vid. Anton. Faber. *ad C. L. 2. t. 3. d. 17. n. 7. Heig. p. 1. q. 24. n. 38. Thesaur. decis. 237. n. 15. Vasqui. de succ. L. 3. §. 30.*

n. 274. H. Pistor. p. 1. q. 30. n. 7. Si enim nepotes cum patruis vel avunculis, aut maternis succedant, adeoque non per se, sed beneficio parentum primum locum teneant, collatio eorum, quæ parentes perceperunt, omnino fieri debet, nec, repudiando hereditatem paternam, collationis oneri se subtrahere queunt.

VI. Non solum ab intestato locum habet *Collatio in hæc collatio*, sed & si ex testamento succedit, *successione datur*, l. 10. ff. & l. 17. C. de collat. nisi testator eam expresse remiserit. l. 1. & auth. seq. ^{tam testam} *mentaria*, C. eod. vel extraneus institutus fit, qui ab intestato non esset successurus arg. l. 1. §. 5. ff. *net*, *de collat. bon.* aut ultimæ voluntatis verba ita generaliter sint concepta, ut per se satis constet, eam esse remissam. arg. l. 39. §. 1. ff. *fam. herc.* add. Faber *ad C. L. 6. t. 4. d. 4. num. 28.*

VII. Si diverso jure veniant i. e. si plures *Si liberi liberi* cum extraneis heredibus succedant, ni-juncti ex-hilo:minus inter eos collationi est locus. l. ult. *traneis: illi C. comm. utr. jud.* quia conjunctio non potest *non his con-necessitatem conferendi inter fratres adimere, ferunt.* extraneis vero non conferuat, nec extranei illis. arg. l. 21. §. 1. C. de testam.

VIII. Huic collationi subjecta sunt omnia, *Regulariter quæ a parentibus, de quorum successione quæ-* *omnia a pa-* ritur, sunt profecta, l. 17. C. de collationib. *ut rentibus dotes, tot. tit. ff. de dot. collat. donationes profecta propter nuptias, & aliæ res pretiosæ, quas li-* *funt confenda;* *beri*

L. 37. ff. t. beri a parentibus nuptiarum tempore acceperunt, uti sunt jocalia & festivæ vestes. arg. l. 8. C. de jur. dot. Carpz. p. 3. C. ii. d. ii. in f. & def. 22. A quibus tamen festivitatum, aut convivalium nuptiarum sumptus, quos parentes fecerunt, exempti sunt, quod pro sua liberalitate a patre impensi, nec in rem filii erogati, nec eo ipso filii patrimonium auctum dici possit arg. l. i. § 16 ff. de collat. l. 20. §. 6. ff. fam. herc. Carpz. dict. loc. d. 21. seqq.

Non confe-
runtur i. bo-
na castrren-
sia, s. quasi
castrensia:
inde nec

sumtus stu-
diorum re-
gulariter,

IX. Non conferenda veniunt 1.) bona castrensis, arg. l. i. §. 15. ff. de collat. l. 4. ff. de castr. pec. 2.) quasi castrensis d. l. i. §. 15. d. t. Sicut autem sub castrensis comprehenduntur res, quæ militatum abeundi filio datæ, v. gr. equi, arma l. i. C. de castr. pec. ita quoque sub quasi castrensis continentur, quæ occasione artium liberalium, & functionum publicarum ad filium pervenerunt. Hinc non conferuntur sumtus in studia erogati, sive a patre sive a matre l. 50. ff. fam. herc. l. ii. C. de negot. gest. Carpz. d. C. ii. d. 17. etiam si pater impendia in rationes redigit. Decis. Elect. Noviss. Decis. 50. Richter ad auth. habita. p. 3. m. 2. p. 77. seq. & priv. 6 n. 8. nisi i. de contraria patris voluntate alio modo constet, 2. filius habeat bona adventitia, e. gr. materna, eaque administret pater. Brunneim. in tr. de collat. bon. c. 4. n. 92. 3. si pro filio tantum fuerit erogatum, ut reliqui liberi non possint

sint habere legitiām d. *Decis. Elef. 50.* 4. si sumtus male consumti d. *Decis 50.*

X. Præterea 3.) quod simpliciter donatum *z. donatum* esse filio, non confertur, Vinnius. *tr. de collat. filio.*
c. 15. n. 1. seqq. Gudelin. *de jur. noviss. l. 2. n.*
19. Christin. vol. 1. d. 178. Matth. de Afflict.
dec. Neapol. 247.

XI. Denique constat, quod bona aliunde, *Præterea* quam ab ascēdente, cui succeditur, profecta, *non confertur* non sint conferenda, add. Brunn. *d. c. 4. n 576.* *runtur bo-*
ficut nec ea collationi subjecta sunt, quæ post *n.z. aliunde,* *& post mor-*
mortem ejus, de cuius successione agitur, ac temp. patris *quiruntur. l. 1. §. 19. l. penult. ff. de collat.* hinc *obvenientia.*
nec conferuntur legata & fideicomissa a pa-
tre reicta. l. 10. l. 16. C. d. t.

XII. Inter solos descendentes locum hábet *Locum ha-*
collatio, nec ad ascēdentes, collaterales aut *bet collatio*
extraneos extenditur, quia cessat ratio æqua- *inter solos*
litatis, quæ censetur a parente servata in suc- *descenden-*
cessione liberorum, nisi aliud dixerit: præ-
terquam quod moribus Saxonie mater, licet
persona extranea sit, marito suo cum propriis
liberis succedens, uti sup. expositum, dote in
& reliqua sua bona conferre teneatur. Carpz.
d. p. 3. C. u. d. 26.

Add. *L. 3. T. 10. I. de bonor. possessionibus*
& seqq.

TIT. XXXIII.

DE

HEREDITATIS PETITIONE, QUERELA
INOFFICIOSI, ET ACTIONE
FAM. HERC.

Hereditas delata & adita exigitur a detentore vel mediante querela inofficiosi: quae describitur.

L. 5. ff. t. 2.
de inoff. testam.

Cui detur;

Contra quem;

Ad quid.

I. Hereditatis petitio vel est specialis & qualificata, seu, ut alii tradunt, opus habet quodam remedio, quo via ipsi præparetur; vel est generalis. Illa specialis petitio hereditatis, vel remedium præparatorium, querela inofficiosi testamenti dicitur, quæ est actio, qua rite quidem, sed inique exheredatus, præteritusve petit ut testamentum, quo is est exclusus, rescindatur, ipse heres declaretur, ac proinde scriptus heres condemnetur ad hereditatem restituendam cum omni caussa.

II. Opus itaque habent hoc remedio liberi, parentes, & certo casu fratres, inique exheredati aut præteriti. vid, tit. 21. aphor. 1. & seqq.

III. Instituitur hæc querela contra quemlibet heredem testamento institutum, aliumve, qui ex testamento hereditatem pro herede aut pro possessore tenet. l. i. C. de inoff. testam.

IV. Intenditur hac actione, ut testamentum tanquam inofficium rescindatur, ac proinde, eversa ita sola heredis institutione, actor declaretur heres ab intestato l. 8. §. 16. ff. de inoffic. test. l. 21. §. 2. eod. junct. Nov. us. c. 3. in fin. & c. 4. in fin. Legata ergo

ergo & alia capitula subsistunt ; quia hæc , testamento absolute spectato, nullo laborant vi-
tio, & quoad ista nihil contra pietatis est offi-
cium commissum, Carpzov. 3. C. 3. d. 17.

V. Generalis seu simplex hereditatis petitio *Hereditatis*
est actio universalis , ex acquisito jure heredi- *petitionis*
tario competens, qua heres adversus eum qui *simpl. de-*
pro herede vel possessore possidet, contendit *scriptio*,
L. 5. ff. t. 3. se heredem declarari, & hereditatem suam esse, de hered.
& per consequens res hereditarias , una cum petit.
præstationibus personalibus, sibi ab isto resti-
tui. *tot. tit. D. & C. de pet. hered.*

VI. Caussa itaque seu fundamentum hujus *Eius fun-*
actionis est dominium hereditatis, seu jus here- *damentum*,
ditarium, *l. 1. §. 1. verb. ex suo jure. ff. si pars he-*
red. pet. adeoque est actio in rem l. 25. §. 18. ff.
de her. pet. arg. l. 7. C. eod. Quoniam vero ali-
quando falsus heres ex gesto personaliter obli-
gatur, ob hasce præstationes personales mixta
dicitur *d. l. 25. §. 18 ff. de pet. her. l. 7. C. eod.*
unde etiam b. f. actionibus accensetur. *§. 28.*

I. de action. L. 12. §. 3. C. h. t.

VII. Datur hæc actio ei , cui competit jus *Cui detur.*
hereditarium , ex testamento, vel ab intesta-
to per aditionem quæsumum. *l. 1. 2. 3. ff. de pet.*
her. l. 9. C. eod. Non autem actio hæc tantum *L. 5. ff. t. 4.*
ei proposita, qui exesse heres est, sed & ei, si pars he-
reditatis petit. *l. 1. pr. & tot. tit. ff. si pars*
her. pet.

VIII. Competit petitio hereditatis adver- *Contra*

sus eum, qui pro herede vel possessore possidet totam hereditatem, aut rem, jusve aliquod hereditarium. *l. 9. l. 10. ff. de pet. hered.* significat autem hic *pro herede possidere*, si quis titulum quidem heredis alleget, sed non sit verus heres, sive b. f. existimet quis se esse heredem, vel m. f. v. c. sciens, testamentum esse nullum, se venditet falso pro herede. *Pro possessore possidere* est sine titulo seu causa possidere. *l. 12. l. 13. pr. l. 16. §. 4. ff. d. t.* Præterea sciendum, quod juris interpretatione pro possessore habatur 1.) qui dolo desiit possidere res hereditatis *l. 13. §. 14. l. 25. §. 8. ff. de pet. her. l. 157. §. 1. de R. I.* 2.) qui liti se obtulit quasi possideret. *l. 13. §. 13. l. 45. ff. de petit. hered.* 3.) qui vi dejectus fuerit. *d. l. 16. §. 4. ff. de pet. her.*

Ad quid.

IX. Petitur hac actione, ut quis heres declaretur, adeoque possessor condemnetur; ut res hereditarias restituat cum omnibus accessionibus, fructibus & usuris.

Et quidem m. f. possessor non solum tenetur restituere omnia, quæ possidet aut lucratus est, *l. 28. ff. de pet. her.* sed & omnia, quæ quo-cunque modo possidere, aut exigere potuit, & omisit. *l. 20. §. 12. l. 25. §. 2. ff. de pet. her.* ac quoslibet fructus, tum perceptos, tum percipiendos; nec non æstimationem rerum, quas possidere desiit, & fructuum, quos inde percipere potuit. *all. l. 20. §. 12. d. t.* At b. f. possessor restituit solum eas res, quas adhuc possidet,

sidet vel pretium, ex rebus b. f. venditis, redactum, & quantum alias factus est locuple-

tior. l. 25. §. ii. l. 40. §. i. ff. d. t. l. i. §. i. C. cod.

X. Impensas tamen, quæ fructum quæ-*Impensas* renderum, conservatorumque gratia factæ *possessor* sunt, tum b. tum m. f. possessor deducit *l. retinet.*
36. §. ult. l. 38. ff. d. t. præterea & alias impensas, in res hereditarias erogatas, necessarias ac utiles, tam bonæ quam m. f. possessor detrahit, d. l. 38. d. t. hac tamen observata differentia, ut b. f. quidem possessor impensas ex aliis rebus hereditariis deducat, licet res non extet, in quam fecit. d. l. 38. m. f. autem possessor non aliter, quam si res melior extet. d. text. porro voluptuarias impensas m. f. possessor solum tollit, quantum salva ipsa re permanente fieri potest. l. 39. §. i. ff. d. pet. hered. at b. f. possessor & illas deducit in hoc judicio universali. d. l. 39. §. i.

XI. Distinguitur hereditatis petitio porro *Dif. Hered.* in civilem & prætoriam. Illa iterum alia est *ditatis pe-*
*ex jure hereditario directo, & datur heredi *titio in ci-**

directo instituto; alia ex fideicommisso, & di- L. 5. ff. t. 6,

citur fideicommissaria hereditatis petitio, quæ de fidei- est, qua is, cui ex fideicommisso restituta est com. he- hereditas, contra possidentem pro herede aut red. pet. pro posessore, intendit hereditatem suam esse, ideoque sibi res hereditarias esse restituendas,
tot. tit. ff. de fideicomm. hered. pet.

XII. Præatoria hered. petitio est, qua is, *& præto-*
cui riam.

L. 5. ff. t. 5. cui a Prætore b. possessio data est, contra eum, de posses- qui pro herede vel pro posseſſore possidet, in- for. her. tendit hereditatem suam esse, adeoque res he- pet. reditarias sibi esse restituendas, *tot. tit. ff. de poss. hered. pet.*

Int̄x cohe- XIII. Restat fam. hercifc. actio, qua cohe- redes opus redes, quibus hereditas est coimunis, inter se est actione agunt de rebus hereditariis dividendis, com- famil. her. modis coimunicandis, damnis, dolo culpa- ciscundæ. L. 10. ff. t. que datis, refaciendis, ac impensis restituen- 2. fam. er- dis *tot. tit. ff. fam. herc.*

Eius funda- XIV. Fundamentum itaque hujus actionis mentum. est itidem dominium, seu jus hereditatis, & si- mul quasi contractus, hereditatis communio, *§. 4. I. de obl. quæ quas. ex contr. nasc. l. 22. §. 4. ff. fam. herc.* atque inde inter mixtas actiones refertur. *§. 20. I. de action.*

Datur inter XV. Datur inter ipsos coheredes inter se, coheredes. quorum unusquisque diverso respectu acto- ris & rei partes sustinet. *l. 2. §. 3. ff. d. t.* Habetur tamen pro actore is, qui prior pro- vocat ad judicium: potest tamen unus, et- iam invitis cæteris, divisionem petere *l. 43. ff. fam. her.*

Ad quid Ad quid detur. detur. XVI. Vindicatur hac actione pars, ex coim- muni hereditate ad nos pertinens, ut scil. per divisionem rei, antea coimunis, certa por- tio cuique obveniat: *l. 1. pr. ff. d. t. l. 8. C. cod.* Petuntur quoque præstationes personales ad quas ex quasi contractu alter coherendum alte- ri obligatus est, *d. §. 4. I. de obl. quæ quasi ex contr.*

contr. d. l. 22. §. 4. l. 25. §. 15. & seqq. ff. d. t.
 nim. alter alteri rationem debet reddere ob
 administratas forte res hereditarias, fructus
 & alia commoda communicare, nec non da-
 mna, si quæ intulit, refarcire. *d. text.* Vi-
 cissim vero alter alteri impensas factas resti-
 tuere tenetur. *l. 18. §. 3. ff. fam. herc. l. 18. C.*
cod.

TIT. XXXIV.

DE

 SUCCESSIONE EXTRAORDINARIA
 ANOMALA EX PACTIS, SEU SUC-
 CESSIONE CONVENTIONALI.

I. Quamvis juxta jus comm. civile non li- *Usu intro-*
ceat pacisci de hereditate viventis absque ejus ducta est
concessu: usu tamen aliud introductum est. successio-
*Dividi vero solent hodie pacta successoria in *natis.**
pacta acquisitiva, conservativa, dispositiva, &
renunciativa.

II. Pactum acquisitivum est conventio de *Est vero*
ipsoquinmet pacientium, vel alterutrius tan-
tum, vel utriusque hereditate, sibi vel aliis ac-
*quirenda. Cothm. 3. conf. 44. n. 37. Ejus- *aliud pa-**
modi sunt I. Pacta conjugum de futura suc-
cessione. vid. Exerc. ad Pand. 30. th. 19.

II. Pactum unionis prolium. *vid. lib. 1. tit.*
ii. aphor. 6. III. Pactum confraternitatis
(Erbverbrüderung) quod est conventio inter
Principes & illustres personas, Imperatoris
autoritate accedente, iuita, ut, heredibus
mascu-

masculis unius familiæ deficientis, in altera familia pacifcente superstites masculi in bona & principatus extinctæ succedant. vid. Gail. 2. O. 127. Nicol. Bets *de statut. pact. & consuet. illust. person.* Reusner. vol. i. cons. 3. Linin. *de jur. i. publ. l. 4. c. 8* Io. Casp. Guttich. *tr. de confraternit.* Hahn. *de jur. rer. concl. 75.* IV. Pactum ganerbinatus, (*Gan-Erbshafft*) quod est conventio, inter nobiles ac illustres familias certis legibus, superioris confirmatione accedente, inita, ut se, suasque facultates contra vim & hostiles incursiones defendant, & una extincta familia, ex reliqua superstites isti succedant; *Erklar. des Landf. zu Augspurg* de an. 1500. tit. *wider der Gan-Erben Schloss.* *Landf. zu Worms* de an. 521. eod. tit. vid. Rittershus. *partit. feud. i. c. 18.* Wehn. *voc. Gan-Erben.* Hahn. d. l. *concl. 76.*

*aliud conservati-
vum;*

III. Pactum conservativum est conventio de obstaculo, hereditatem jure communi debitam impediente, removendo, atque ita jure succedendi in pristino vigore conservando. vid. Muscul. *de success. com. & anom. m. i. cl. i. concl. 3. lit. O.* Heig. i. q. 23. n. 15. Daut. *de Testament.* n. 105. H. Pillor. p. 4. *quaest. 87.* Hahn. *concl. 78.*

*aliud dispo-
sitivum;*

IV. Pactum dispositivum est conventio, qua de hereditate tertii viventis dividenda agitur, vel alias de ea in casum, si alterutri pacifcentium obvenerit, certo modo disponit. Tertius iste vel incertus est vel certus.

De

De illius hereditate pactio quodammodo jure
civili quoque valida est, *l. 3. §. 2. ff. pro soc.*
modo in fraudem legis nomen non supprimitur. H. Pistor. *p. 4. q. 1. n. 4.* Si de certi he-
reditate conventio ineatur, ille aut consentit;
& jure civili etiam subsistit, modo in ea vo-
luntate iste usque ad mortem perseveraverit.
l.f. C. de pact. ubi add. Daut. in d. l.f. n. 119.
Hahn. *d. l. concl. 79. n. 12. & seqq.* aut non
consentit; & illo jure non valet: admittitur
tamen pactum, quo filius vivo patre cum cre-
ditoribus paternis pactus est, ut sibi remitte-
rentur debita paterna. *l. 7. §. 18. vers. idem prob.*
ff. de pact. l. 47. ff. de O. & A. add. Hahn. d. l.
concl. 79. & seqq.

V. Pactum renunciativum est conventio, *aliud re-*
qua quis animum omittendi successionem *nunciati-*
futuram, seu quæ aliquando defertur, in gra-
tiam alterius declarat. *c. quamvis 2. de pact. in*
6. Ita filia, accepta dote, quandoque renun-
ciat hereditati paternæ *d. c.* Similiter & fi-
lius, accepta v. gr. donatione propter nu-
ptias, vel certa quantitate, in favorem forte
primogeniti, quo conservando familiæ splen-
dore, hereditate reliqua aliquando se abdi-
cat, Gutierrez. *in d. c. quamvis. verb. filia n. 4.*
Dauth. *ib. n. 46. & 59.* Carpzov. *p. 2. c. 35.*
d. 8. & 9. Initur hoc pactum vel cum eo,
de cuius vivi hereditate, quæ aliquando ob-
ven-

ventura, agitur. v. c. filia cum patre, *d. c.* vel cum eo, qui futurus esset coheres, v. c. cum fratre, Gutierrez. *d.l. Carpz. p. 2. c. 35. d. 10. n. 2. & seqq.* Renunciatur hereditati alicujus, quam alias lex ab intestato deferret. Non autem comprehenduntur I. bona ad hereditatem, cui renunciatum, non pertinetia: ut feudalia; nisi feudum sit plane hereditarium. Rosenth *c. 9. concl. 13. n. 8. 15. & seqq.* Kellenbenz *tract de renunciat. success. quæst. 26. n. 14.* nec non fideicomissaria. Muscul. *d.l. concl. 7. n. 63. 64. & seqq.* Gail. *2. O. 98.* Kellenb. *d. tr. q. 30.* Hahn. *d. tract. concl. 84. n. 13.* Hinc etiam filius filiaque non arcetur, si renunciaverit hereditati paternæ, a fratriis hereditate, licet in hac non nisi bona patris, ante defuncti, reperiantur Gail. *2. O. 148. n. 12.* H. Pistor. *p. 4. q. 6. n. 63.* Porro II. non spectat ejusmodi renunciatio ad ea, quæ filio testamento pater, cum quo is de non succedendo convenit, reliquit, quia pactum & juramentum per testamentum superveniens remissum intelliguntur. Mynsing. *2. O. 7. n. 5.* Gail *2. O. 148. num. ii.* et si expresse & successioni ex testamento, & ab intestato renunciatum fit. Gutierrez in *d. c. sum omnino numer. ii. & seqq.* Treutler. *Vol. 1. diff. 6. tb. 8.* Hahn. *d. l. n. 15.* Cæterum renunciatur vel in universum hereditati, vel certæ parti: priori casu nihilominus legitima debetur, nisi illam, vel

quod

quod loco ejus est, v. gr. dotein, acceperit; vel specialiter etiam legitimæ renunciaverit, Gail. d. 2. O. 147. num. 13. § 14. Gutierrez. de jur. confirmat. l. 1. c. 19. n. 3. Oldend. 5. Class. 3. pr. num. 4. Carpz. d. l. d. 5. Richter. decis. 69. n. 15. § seqq. Pactum de non succedendo subsequi debet ipsa renunciatio, Muscul. d. l. conclus. 5. n. 234. Kellenb. d. tr. q. 7. n. 7. 8. § seqq. vid. Richter. dec. 69. n. 24. § seqq. & quidem jurata. d. c. 2. de pact. in 6. Coler. decis. 38. Carpzov. 2. c. 35. d. 6. adeo ut assertionem *bey Fürstl. Gräfl. Adelichen Ehren* it. *an Eydes statt*, non sufficere statuat. Kellenb. d. tr. q. 3. De jure Saxonico communis non requiritur juramentum *Land-R. art.* 13. l. 1. Carpzov. d. l. Richter. d. decis. 69. n. 7. § seqq. Non autem hujusmodi renunciatio vires habet, quando non deferuntur renunciati hereditas, quippe quem casum, deferendæ scil. hereditatis, renunciatione respicit; unde liberi, non obstante matris, quæ ante patrem mortua, renunciatione, avo ex propria persona succedunt, etiam si mater pro se, suisque heredibus renunciaverit. H. Pistor. p. 4. q. 7. Carpzov. p. 3. c. 35. d. 11. 12. § 13. Richter. d. dec. 69. n. 28. neque etiam excluditur renuncians amplius a successione, si illi, in quorum favorem & commodum renunciatio facta est, decesserint, vel alias cesseret causa; ob quam renunciatum est. Sic, fratribus vivo patre mor-

tuis, non obstante renunciatione succedit filia patri. Gail. 2. O. 148. n. 10. Muscul. d. l. concl. 6. lit. c. & seqq. quod multo magis obtinet, si renuncians, v. gr. filia, sibi pacto successionem reservarit; *auf einen ledigen Anfall*, vid. Kellenbenz. d. tract. q. 18. & seqq. Hahn. d. l. num. 31. Cæterum ob enormem vel enormissimam læsionem rescindi non posse hujusmodi juratam renunciationem, præfertim si bona, v. c. paterna, postea fuerint aucta, dispositum est Constit. Elect. P. 2. c. 35. add. Carpzov. ib. d. 4. Kellenb. d. tr. quest. 42. num. 21. & seq. aliter sentit Gail. 2. obs. 147.

TIT. XXXV.

DE JURE PIGNORIS.

Secunda species iuris in re, jus pignoris. Explicatio vocum.

I. Hactenus dictum est de dominio tum rerum singularium, sive corporalium, sive incorporalium, ut servitutum; tum universali seu hereditatis, sive ea per testamentum, sive per legem, sive per pactum deferatur. Sequitur nunc ius pignoris, quod in genere sumtum comprehendit etiam hypothecam. l. i. ff. de pign. act. in specie vero pignus ab hypotheca distinguitur ita, ut pignus dicatur, quod rei traditione; hypotheca, quæ, re creditori non tradita, pacto nudo, vel etiam lege constituitur. l. 9. §. 2. ff. de pign. action. l. 238. §. 2. de V.S.

Pignoris ac hypotheca de scriptio.

II. In generali itaque significatione jus pignoris & hypotheca est jus, in bonis debitoris

ris creditoris legitime constitutum, in securitate L. 20. ff.
tem sui crediti. §. 7. I. de action. §. fin. I. quib. t. i. de pignor. & hypoth. &
mod. re contrah. obligat.

III. Pignus constituitur vel per conventio- qual. ea
nem partium, debitoris nim. & creditoris; vel, contrah. &
absque conventione, secundum juris disposi- de paet.
tionem. eor.

Pignoris
IV. Per conventionem iterum duplici mo- constitutio
do pignus & hypotheca constituitur, nim. I.) varia.
per contractum pignoris, si nim. res ipsa tra- 1) per con-
datur creditori a debitore in securitatem cre- ventionem
partium:
diti: quod licet saepius in rebus mobilibus
contingat, all. l. 238. ff. de V. S. tanaen & ali-
quando res immobiles traduntur creditori. l. 4.
C. de pign. & hypoth. vid. Lib. III. tit. 7.

V. 2.) Constituitur pignus ita, ut debitor
quidem rem oppignoratam retineat, sed per
paetum hypothecæ solum creditori res oppi-
gnoretur in crediti securitatem, quod fre-
quentius in rebus immobilibus fieri solet. t. t.
de pignor. & hypoth.

VI. Constitui potest pignus ab illis, qui do- Personæ
mini sunt rerum, & libera in earum administrat. constituens &
& alienandi potestatem habent. Constitui- & cui con-
tetur creditori, qui sc. creditum inire, & aliud
dominium, seu jus in re acquirere potest. conf.
l. 24. ff. de pign. & hypoth.

VII. Oppignorari regulariter possunt o- Res, in qui-
ennes res, quæ 1.) in bonis debitoris sunt, bus consti-
T 2 L. 4. tuuntur.

**L. 20. ff. t. l. 4. ff. quæ res pignor. vel hyp. dat. obl. non
2. quæ res poss. & 2.) alienari possunt. l. 9. §. 1. ff. de pignor.
pignor. Potest & jus pignoris iterum loco hypothecæ
vel hypot. datæ obl. alteri cedi absque judiciali insinuatione. *Decis.*
non poss. *Elect. noviss. 40.* Res vero alienæ non possunt
oppignorari proprio nomine. *tot. tit. C. si alien.
res pign. dat.***

*Oppigno-
rantur vel
omnia bo-
na, vel res
particula-
res,*

VIII. Oppignorantur a debitore credito-
ri vel omnia bona, vel quædam, hinc pi-
gnus aliud est generale, aliud speciale. Il-
lud afficit omnia debitoris bona allodialia,
tam præsentia, quam futura, & post pi-
gnus constitutum quæsita. Speciale pignus
est in certis rebus oppignoratis. *l. 15. §. 1. ff.
de pign. & hyp.*

*Si pignus in
rebus immo-
bilibus judi-
cialiter con-
firmatum,
validius est
pignore ex-
trajudicia-
li; quod ta-
men & ip-
sum suos ha-
bet effectus.*

IX. Notandum hic est, quod jure Saxon.
ut & moribus aliorum quorundam locorum,
ad bonorum immobilium oppignorationem
requiratur confirmatio judicis. *Constit. Elect.
p. 2. C. 23. vid. & noviss. Dec. 31.* Quod ta-
men ita intelligendum est, ut judicialis hypo-
theca in concursu præferatur nudæ conven-
tionali hypothecæ, etiamsi hæc sit tempore
prior; & quod tertius possessio, qui bona fide,
quam nescit esse oppignorata, rem emit,
non possit propter istam conventionalem hy-
pothecam, destitutam confirmatione judiciali,
conveniri. *Carpz. in d. C. 23.* alias vero et-
iam conventionalis hypotheca suos habet ef-
fectus, quod nim. ipse oppignorans, ejusque
heredes inde obligentur, ac pignus luere te-
neantur,

neantur; præfertur etiam hæc nudis creditoribus chirographariis.

X. Solent oppignorationibus sæpius pacta *Oppigno-*
adjici, quorum aliud est licitum, aliud il-*rationibus*
licitum. Illiusmodi est pactum antichrefoes, *adjectur.*
quo inter debitorem & creditorem conve-*recte pa-*
nit, ut quamdiu creditori non satisfiat, cre-*ctum anti-*
ditori pignore uti liceat, & fructus suos fa-*chreticum.*
cere in compensationem usurarum pecuniæ
ipsi debitàt*l. ii. §. i. ff. de pign. Et hyp. l. 33.*
ff. de pign. action. Gail. 2. O. 3. modo debitori,
quandounque voluerit, pignus luere libe-
rum maneat: quæ facultas illi adiunni haut pot-
est, etiamsi expresse ita convenerit, Molin.
de usur. q. 55. num. 385. Sande *decis. Fris. L.*
3. t. 12. d. 11. Sed quid si fructus legitimū
usurarum modum excedunt, an adhuc
pactum antichreticum subsistet? Distinguendū
est: aut fructuum incertus est pro-
ventus, & nihilominus subsistit, *l. 17. C. de*
usur. nisi nimium modus excedatur. Carpz.
p. 2. C. 30. d. 41. aut fructuum certa est quan-
titas, & sorti imputandum est, quicquid le-
gitimum usurarum modum superat. *arg. l. 14.*
C. de usur. Carpz. *d. loc. def. 40.* Sande *d. L. 3.*
t. 12. d. 12.

XI. Illicitum est pactum, seu lex commis-*Prohibi-*
tum est
toria, quo convenit inter creditorem & debi-*tum est*
torem, ut, si debitor suo die non solvat, re*pactum*
oppignorata creditoricedit, *l. ult. C. de paſt. rium,*
pign. junct. l. 26. C. de usur. Valet tamen

ejusmodi pactum, ut, pecunia destinato tempore non soluta, res oppignorata emta esse debet justo pretio constituto, vel constituendo.
l.16. § ult. ff. de pignor. l. ult. pr. ff. de contr. emt.
Anton. Faber in tit. C. de pact. pignor. L. 8. t. 22.
d. 1. seqq. add. Mæstert. tr. de L. Commissoria,
Gothfr. a Jena tr. de L. Commiff.

Constituitur pignus 2. secund. juris singularem dispositio-
nem, vel per judicem: XII. Secundum peculiarem juris dispositionem constituitur pignus vel per judicem, vel per legem. Judex decernit immisionem in bona alicujus, vel propter contumaciam non comparentis, vel propter cautionem præstandam non præstitam, & dici solet in specie pignus prætorium: vel Magistratus in bona debitoris, qui sententiæ parere recusat, in possessionem mittit, vel pignora capit: quod in specie dici solet pignus judiciale. *vid. l. 15. §. 2.*
§ 3. ff. de re jud.

quo etiam pertinet ar- restum; XIII. Referri huc potest hodie usitatum arrestum, quod, quamprimum impetratum est, debitoris bona jure pignoris afficit, dummodo legitime impetratum, & legitime ejus fiat prosecutio, qua de re *L. IV. Tit. 16.* agetur.

vel per le- gem ipsam 1.) ob favo- rem rei seu debiti. L. 20. ff. t. civiam propter tributa, l. 1. C. in quib. causs. 2. in qui- pign. vel hyp. tac. contr. 2. marito, ratione dotis

XIV. Per legem in certis casibus constituitur pignus legale, vel hypotheca tacita, & quidem 1) propter singularem debiti favorem a lege assignatur hypotheca 1. fisco in bonis 2. in quibus pign. vel hyp. tac. contr. 2. marito, ratione dotis

dotis præstandæ, in bonis uxoris, vel illius, bus cauſſ qui dotem promisit. *l. un. §. i. C. de rei ux. act.* pign. vel hypoth. 3. uxori, pro restituenda dote, in omnibus bonis mariti, aut illius, qui dotem suscepit tacit. con. ut patris mariti. *d.l.un.§.i. C. de rei ux. act. §.*

29. i. de action. quæ hypotheca tacita statim incipit a die contracti matrimonii, licet dos postea soluta fuerit. Gail. *2. obs. 86. n. 3.* extendunt hoc & interpres ad donat. propter nuptias, it. ad bona paraphernalia, item alimenta, a marito uxori præstanda. vid. Berl. *Lib. i. C. 68. 4.* illi, qui in refectionem dominus credidit, *l. i. ff. in quib. cauſſ. pign. vel hyp. tac. contr.* Carpz. *p. i. C. 28. d. 106.* ubi monet, id extendendum esse ad aliam rem quamlibet, in cuius conservationem pecunia credita & impensa probatur. add. Sande *L. 3. t. 12. d. 5.*

Non vero ei jus taciti pignoris competit, qui ad emendam, vel noviter extruendam domum, aliamque rem, pecuniariam credidit, nisi expresse sibi de hypotheca prospexit, *l. 17. C. de pign. l. 7. C. qui pot. in pign. non obſt. l. 26. § 34. ff. de reb. aut. jud. poss.* Faber. *ad G. l. 8. t. 8. d. 10.* Carpz. *d. loc. d. 107.* Joh. a Sande *d. loc. def. 5.*

XV. Vēl (2.) ob favorem personæ seu *2.) ob favorem* creditorum tribuitur hypotheca i. fisco in bo-^{vorem} nis eorum, qui res fiscales administrarunt. *l. persona, sc. i. C. de privil. fisci*, vel cum fisco contraxerunt. *l. 46. §. 3. ff. de jur. fisci. l. 2. C. in*

quib. caus. pign. vel hyp. tac. Sande d. l. 3. t. 12.
d. 1. (non autem ratione debiti ex delicto. l.
37. ff. de jur. fisc., *l. un. C. pœn. fiscal.*) Idem ac-
 commodatur ad debitores ecclesiarum, alio-
 rumve, piorum locorum, item civitatum &
 communitatium, Carpz. d. c. 28. d. 115. § 116.
2. pupillo & minori, in bonis tutorum vel
 curatorum suorum, in securitatem ejus, quod
 ex causa administrationis, tutelæ aut curatio-
 nis nomine, ipsis debetur. *l. 20. C. de admi-*
nistrat. tut. quæ hypotheca incipit a die de-
 latæ tutelæ. *arg. l. 6. C. de peric. tut.* § curat,
 idem obtinet in bonis illorum, qui pro tuto-
 re vel curatore gerunt. Carpz. *l. 4. t. 4. Resp.*
34. inf. Faber, *ad C. l. 8. t. 7. d. 2. num. 1.*
 ut & liberis prioris matrimonii, in bonis pa-
 rentis superstitis, non tantum pro servandis
 rebus, quæ ipsis liberis ex prædefuncti patris
 vel matris substantia debentur, *l. 6. §. ult. C.*
de bon. quæ lib. l. 8. §. 1. C. de secund. nupt.
 Negusant. *tr. de pign. p. 2. m. 4. num. 19. § 20.*
 sed & in securitatem præstandarum vel con-
 servandarum earum rerum, quæ patri vel ma-
 tri a priori conjugé obvenerunt. *all. l. 8. §. 1.*
C. de secund. nupt. Similiter in bonis vitrii,
 in casu *l. 6. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.*
 Præterea & pupilli tacitum habent pignus in
 bonis omnibus, ex pecunia ipsorum compa-
 ratis. *l. 7. pr. ff. qui pot. in pign. l. 3. pr. ff. de*
reb. cor. qui sub tut.

XVI. Vel denique 3.) ex præsumpta voluntate. l. 4. *pr. ff. de pact.* Et quidem i. tacitum, inde pignus constituitur legatario & fideicommissario, in omnibus bonis a testatore relictis, pro consequendis legatis aut fideicommissis sibi relictis. §. 2. *I. de leg. I.I. C. comm. de leg. 2.* competit tacitum pignus locatoribus adversis conductores prædiorum, in inventis & illatis, ratione mercedis & pensionis constitutæ. l. 2, 3. 4. § 6. *ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tac. contr.* quod jure Rom. ad urbana prædia restringitur, nec in prædiis rusticis locum habet, in quibus fructus pignoris loco sunt, & locatoribus sufficientem præstant securitatem. l. 4. *pr. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr.* l. 7. *pr. ff. cod.* Ista tacita hypotheca obtinet etiam in studiosorum suppellectile literaria. Vinnius *tr. de pactis c. 12. n. 9.* Richter. *ad auth. habita,* Carpz. *p. 2. c. 25. d. 20. n. 6. seqq.*

XVII. Dictum est de natura pignoris, ejusque speciebus, & quomodo constituatur. Nunc de ipso jure constituto agendum, quod constitutum in eo, ut magis in tuto sit creditum. §. fin. *ipsum jus constitutum consitit in genere in securitate crediti;* *I. quib. mod. re contr. obl.* seu ut securus sit creditor, atque inde ipsi satisfieri possit, si debito tempore non restituatur creditum. Competit igitur hinc creditori 1.) *jus pignoris persequendi*, si non possideat. l. 10. *C. de pignor.* 2.) si possideat, *jus retinendi.* l. 10. *C. de pignor. action.* l. 4. *C. de pignor.* & *T 5 denie*

denique 3.) *jus distrahendi*, vel aliquando *imperrandi dominium*. Cum vero interdum una res pluribus oppignoretur, ideo sciendum est, quinam ex pluribus in pignore sint potiores: qua de re inferius suo loco commodius agetur de concursu creditorum. vid. *tit. ff. C. qui pot. in pignor. vel hyp. hab.*

In specie in-
de venit jus
persequendi
pignus, re-
medio vel
petitorio,
vel possesso-
rio.

Actionis
bujus posses-
soria tum
Serviana,
tum quasi
Serviana
descriptio.

Tertius pos-
seffor hypo-
thece non
poteſt regu-
lariter con-
veniri, niſi
excuſſa
debitore
principali

XVIII. Persequitur pignus creditor vel remedio petitorio, vel possessorio. Petitorium est actio hypothecaria, eaque vel Serviana, vel quasi Serviana it. Pauliana. §. 7. I. *de act.* Possessorium est interdictum Salvianum, it. interdictum, ne vis fiat ei, qui in possess. missus, de quib. interdictis *tit. seqq.*

XIX. Actio Serviana est actio realis, qua locator res coloni, pro pensione & damnis expresse obligatas, persequitur. d. §. 7. I. *de action.* Ad hujus exemplum introducta est quasi Serviana, qua quilibet creditor res quaslibet, sive tacite, sive expresse obligatas & oppignoratas, a quovis possesso petit, ut eas tradat, vel pignoris nexu, solvendo, eximat. l. 16. §. 3. ff. *de pign.* l. 12. §. 1. ff. *quib. mod. pign. solv.*

XX. Notandum vero est, jure novo contra tertium possessorem, ad quem, debitore alienante, pervenit pignus, non posse moveri hanc hypothecariam, nisi prius debitor, ejusve heredes, quin & fidei iussores, eorumve heredes, actione personali fuerint conventi & excusſi. *Nov. 4. c. 2. auth. hoc si debitor. C. de*

de pign. Quod non solum in generali, sed & *ac fidejusso-*
 in speciali hypotheca procedere, in Scabina^{re.} *Casus*
 Jenens, receptum est. Diff. Carpzov. *Lib.* 2,
Resp. 71. Cæterum non habet locum bene-
 ficium excussionis 1.) si debitor vel fidejussor
 notorie non sit solvendo, Carpzov. *d.* 2. *Resp.*
 71. 2.) si emptor sciens rem oppignoratam
 comparaverit. Carpzov. *2. c.* 18. *d.* 29. & *d.*
l. 2. *Resp.* 72. *n.* 1. & 2. 3.) si constitutum
 possessorium pignori sit adjectum. *l.* 18. *ff.* *de*
acquir. vel amitt. poss. Gail. *2. O. 27. n. 32.* ad-
 ditur 4.) si pactum de non alienando hypo-
 thecæ sit appositum, *l.* 7. §. *fin. ff. de distract.*
pign. Carpzov. *p. 2. c. 23. d. 34.*

XXI. Aliquando & adjici solet pactum op. *Aliquando*
pignorationibus, quod creditor, deficiente *pacto conce-*
solutione, debeat propria autoritate pignus *ditur licen-*
occupare: cuiusmodi pactum non alium esse *tia hypothe-*
ctum habet, quam quod liceat, non resisten- *cam occu-*
pti te debitore, ingredi possessionem, alias ni-
hilominus autoritate judicis opus est. *l.* 3. *C.*
de pignor. *l. pen. C. de pign. act.* vid. Carpzov.
1. Resp. 5. & defin. forens. p. 1. C. 32. d. 27.

XXII. Actio Pauliana (uti appellatur *l.* 38. *Act. Paulian-*
§. 4. ff. de usur.) est, qua creditor revocat id *na descrip-*
quod debitor fraudulenter gessit, in damnum *tio. L. 42.*
creditoris vergens, vid. §. 6. *I. de act. t. t. D.* & *in fraud.*
C. quæ in fraud. cred. fact. ut rest. *cred. facta*
funt, ut

XXIII. Sequitur jus retinendi pignus, quod rest.
com- Jus retinen-
di pignus,

competit creditori, rem oppignorataim possidenti *l. 10. C. de pign. aet.* non solum pro debito, in cuius securitatem pignus traditum, sed & pro alio quovis debito, quo idem debitor eidem creditori est obligatus. *l. un. C. etiam ob chirograph. pecun.*

*Jus distra-
bendi*

*L. 20. ff. t.
5. de di-
stract.*
*pign. &
hypothec.*

*Pignus
quomodo
solvatur*
*L. 20. ff. t.
6. quib.
mod.
pign. vel
hypoth.
sol.*

XXIV. Succedit denique jus distrahendi, quod hodie vix competit absque autoritate judicis. vid. Carpzov. *p. 1. C. 18. d. 136. it. p. 1. C. 32. Coler. d. proc. execut. p. 3. c. 23. Richter. de concurs. credit, c. 4. sect. 3.*

XXV. Tandem adjiciendum, quomodo dissolvatur jus pignoris: quod fit vel ratione ipsius pignoris vel ratione obligationis, cui accessit. Ratione ipsius pignoris solvitur 1.) voluntate creditoris, nim. i. remittentis pignus, *tot. tit. C. de remiss. pign.* 2.) per interitum rei oppignoratae. vid. Carpzov. *decis. 12. vid. tit. D. & Cod. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Ratione obligationis principalis solvitur pignus per solutionem, seu lutionem pignoris, quæ semper, etiam invito & relutante creditore, fieri potest, adeo ut patetum, ne liceat debitori pignus suum luere, non subsistat, nec huic juri praescribi possit *Gail. 2. Q. 48.*

TIT. XXXVI,

DE

JURE POSSESSIONIS.

*Tertia spe-
cies juris,*

I. Restat exponenda ultima species juris in re,

re *jus scil. possessionis*. Possessio vero in *ge-* *in re, jus*
nere significat detentionem aliquam rei, & possesso-
quidem vel nudam & simplicem, vel qualifi-^{*nis.*}
citatam, seu cum affectione sibi habendi con-^{*Homony-*}
*junctam. Hæc hujus loci & vera possessio est, *possessionis,*
l. 2. vers. eos. C. de præscript. 30. annor. illa ve-
ro est apud eos, qui 1.) propter conditio-
nem personæ nequeunt sibi habere, ut ser-
vus & filius fam. l. 49. §. 1. l. 4. pr. ff. de acquir.
vel amitt. poss. 2.) qui ex alia caussa, citra
ejusmodi affectionem rem sibi habendi, istam
habent, v. c. depositarius l. 17. §. 1. ff. depos.
*ex primo decreto missus &c.**

II. Possessio itaque (*scil. qualificata*) est de- *Possessionis*
tentio rei cum affectione & animo sibi haben- (*qualifi-*
di l. 1. §. 3. §. 20. l. 3. §. 3. ff. de acquir. vel am. *catæ) de-*
poss. & jus possessionis seu ex possessione ori-^{*L. 41. ff. t.*}
ens, est facultas rem detinendi, cum affe-^{*2. de ac-*}
ctu habendi, & commodis inde venienti-quit. vel
bis fruendi. l. 44. pr. ff. de acquir. vel am. poss. amitt.
poss.

III. Dividitur possessio in naturalem & ci- *Divisio in*
*vilem: quæ divisio vel intelligitur de modo *civilem**
possidendi seu detinendi, & civilis dicitur,^{*§ natura-*}
quando animo possidemus seu retinemus pos-^{*le. n.*}
sessionem, naturalis vero quando corpore &
facto aliquo rei insistimus, l. 3. §. 1. §. 3. l. 1.
§. 1. ff. de acquir. vel am. poss. vel de ipsa forma
possessionis, ut sc. civilis possessio sit, qua quis
rem detinet animo & opinione domini l. 13.
§. 1. ff. de publ. in rem act. ut 1.) dominus, l.
2. pro

2. *pro suo* 2.) b.f. possessor. §.35. I. *de rer. divis.*
 naturalis vero possessio sit, qua quis rem te-
 net animo quidem sibi habendi, sed absque
 opinione domini. l. 13. §. 1. ff. *de publ. in*
rem. act. ut 1.) m. f. possessor. l. 67. pr. ff. *de*
furt. 2.) creditor. l. 40. pr. & §. fin. ff. *de*
pign. action.

Personæ
transferen-
tes & acqui-
rentes pos-
sessionem.

Res, quæ
possidentur.

Modus ac-
quirendi.

Acquisita
possessio re-
tinetur.

Jus posses-
sionis ac-
quisitæ at-
retentæ in
generi:

IV. In acquisitione possessionis consideran-
 dæ sunt 1.) personæ, 2.) res, 3.) modus. Per-
 sonas quod spectat, accommodari possunt ea,
 quæ supra de dominio diximus. b. L. II. T. 1.
aph. 59. Res possidentur, quæ sunt in com-
 mérco hominum, & quidem propriæ res cor-
 porales, l. 3. pr. ff. *de acq. vel am. poss.* mobiles &
 immobiles. l. 7. l. 13. eod. Analogice seu qua-
 si possidentur res incorporeæ, seu jura, quæ
 usu & facultate utendi possidemus. l. fin. ff.
de servit.

V. Acquiritur possessio per rei possidendæ
 apprehensionem, quæ necesse est fiat corpo-
 re, seu actu quodam corporali, & animo rem
 sibi habendi. l. 3. §. 1. l. 8 ff. *de acquir. vel*
am. poss.

VI. Acquisita possessio conservatur &
 retinetur non tantum animo & corpore simul,
 sed & animo solum; si nim. quis peregre absit.
 §. 5. I. *de interd.* l. 44. pr. l. 45. l. 46. ff. *de ac-*
quir. vel am. poss.

VII. Jus possessionis acquisitæ, & quæ reti-
 netur, consistit in genere 1.) in eo, quod qui-
 libet possessor, etiam injustus, hoc ipso quod
 posses-

possessor est, plus juris habet, quam ille, qui non possidet, l. 2. ff. *uti possid.* §. 4. I. de interd. modo non ab ipso adversario suo injuste, vi scil. clam aut precario possideat. l. 1. §. fin. ff. *uti possid.* §. 4. I. de interd. hinc, etiam si ejus res non sit, qui possidet, remanet in suo loco, si actor non potuerit, rem suam esse, probare. d. §. 4. l. 2. C. de prob. l. fin. C. de R. V. Imo 2.) etiam injuste dejecto de possessione, privata scil. autoritate, ea restituenda est, licet ipse dominus dejecerit. l. 7. C. unde vi. adeo ut quoque praedo sit restitutus. l. 1. §. 30. ff. *de vi & vi arm.* c. 5. § 7. X. de restit. spol. Permissum est etiam, eum qui nos dejecit, in continentis rursus dejicere l. 3. §. 9. l. 17. ff. *de vi & vi arm.* c. 12. X. de restit. spoliat. add. tr. noster *de vindict. priv. cap.* 12. Præterea 3. competit etiam jus retentionis ob impensas, de quibus tamen si non liquido constet, nec illæ in continentis probari possint, cautione præstita, possessio est restituenda.

VIII. In specie autem b. f. possessor percipit *In specie fructus* instar domini, & rem, continuata le- *quoad b. f.* gitimo tempore possessione, usucapit & præ- *possessorem* scribit; imo & ei, qui b. fide & justo titulo, momento saltim temporis, rem possedit, datur Publiciana in rem actio, quæ singula jam sup. exposita sunt lib. 2. tit. 13. §. 16. seqq.

XI. Possessioni accidit aliquando turbatio, *Turbatio* quæ est actus, quo possessor, alterius dolo cul- *possessione.*

pave, libere quieteve rem possidere, eave uti impeditur, vel molestia atque incommodum possessioni assertur. Qua quidem turbatione non amittitur possessio, sed per remedia convenientia providendum, ne possessori præjudicetur.

X. Amittitur possessio, vel quod nolimus amplius possidere. *l. 17. §. 1. l. 38. §. 1. ff. de acquir. vel. am. poss.* vel quod nequeamus, licet vellemus, si nim. dejiciamus de possessione. *l. 18. §. 4. ff. de acquir. vel am. poss. l. 30. §. 2. eod.*

TIT. XXXVII.

DE

INTERDICTIS SEU REMEDIIS POSSESSORIIS.

Ratione posseſſionis datur judicium posſessorium, quoſ diuidi ſolet in ſummarium, & ordinarium ſeu plenum.

Summarium, extraordinarium aut ſummarium eſt, quo non ſolenni ordine fer- vato, celeriter ac ſummarie proceditur, ita ut ſufficiat qualis qualis petitio & reſponſio, nec non probationes poſſeſſionis leviores. vid. Ludov. Poſthius. tr. de ſummar. poſſeff. Carpz. in proc. tit. 23. Poſſeſſorium judicium ordinariū ſeu plenum eſt, quo ſolenni ordine fer- vato proceſſit, ubi ſcil. opus libello, L. C. & plenis probationibus. Frider. in interd. com. 26. n. 71. Carpz. d. loc.

II. Olim

II. Olim in caussis possessionis decerneban- *Olim da-*
tur interdicta, quæ erant formulæ atque con- *bantur in-*
ceptiones verborum, seu iussa, certis formu- *terditta:*
lis prolata, quibus Prætor aut jubebat aliquid L.43. ff.t.
aut fieri prohibebat; quod tunc maxime terd. s. ex-
fiebat, cum de possessione, aut qs. possessione traord.a&t;
inter aliquos contendebatur. *pr. I. de interd.* quæ pro
Postea actio ex causa interdicti de possessione his comp.
proposita est, *I. ult. C. de interd. §. fin. I. eod. ex caussa*
Præterea hodie sunt loco interdictorum man- interdicti.
data vel cuin, vel fine clausula in Camera Im- *Hodie loco*
**periali. vid Schwanmannus de proc. Cam. obs. *interdicto-*
rum sunt
114. Coll. Arg ad tit. de interd. th. 13. nec non mandata,
in Curiis Saxonicas inhibitiones, de quibus vid. *it. inhibi-*
Carpzov. in proc. d. tit. 23. art. 2. seqq. *tiones.***

III. Dividuntur interdicta, quod alia sint *Divisio in-*
adipiscendæ, alia retinendæ, alia recuperandæ *terdicto-*
possessionis. *rum.*

IV. Interdictum adipiscendæ possessionis *Interdicta*
est I.) interdictum quorum bonorum, quod *adipiscendæ*
datur bonorum possessori seu heredi, contra *possessoris*
eum, qui pro herede vel pro posseffore possi- *sunt . . .) in-*
det rem hereditariam, ut restituat cum omni *terdictum*
caussa. *I. pr. & tot. tit. D. & C. quor. honor. bonorum,* *quorum*
vid. uberiorius Fridericus d. tract. tit. 16. & Cra- L.13. ff.t. 2
nius de interdict. c. 3. *bonorum: quorum*

V. Pertinet etiam hoc remedium singula- *quo etiam*
re ex I.f.C. de edit. D. Hadriani tollendo: quo *pertinet*
heres, testamento scriptus, illud nullo visibi- *remedium*
li vicio laborans, producens, & missionem po- *ex I. fin. C.*
d. edit. D.

U stulans,

Hadrian.
tok.

stulans, in possessionem omnium rerum hereditiarum, quæ tempore mortis testatoris fuerunt, mittitur a judice summatum causam cognoscente. vid. Richter. *pecul. commentar. ad illam l. fin.*

2. interdictum quod legatorum.
L. 43. ff. t.
3. quod legatorum,

VI. 2.) Interdictum quod legatorum, quo agit heres post aditam hereditatem contra legarium, ut possessionem rei legatæ, quam non ex voluntate ejus, sed propria autoritate occupavit, restituat. *tot. tit. ff. quod legat.* Frier. *d. tr. tit. 17.*

3. interdictum Salvianum.
L. 43. ff. t.
33. de Salviano interdict.

VII. 3.) Interdictum Salvianum, quo locator prædii rustici agit contra colonum, ad possessionem adipiscendam rerum, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras expresse pugnisset. §. 3. in f. I. d. *interd. l. i. pr. ff. de Salvian. interdict.* Utile etiam interdictum datur 1.) aliis creditoribus contra alios debitores, quorum res tacite vel expresse oppigneratae sunt. *l. i. C. d. prec. & Salv. int.* 2. ex communi sententia contra tertium possessorem rerum coloni, vel alias debitoris, oppigneratarum, excusso tamen prius principali. *Thesaur. Decis. 175. n. i. add. tit. 35. §. 20. b. l.*

Retinendæ possessionis interdicta
1. uti possidetis.
L. 43. ff. t.
17. uti possidetis.

VIII. Retinendæ possessionis caussa comparata sunt interdicta uti possidetis, & utrubi. Illud est, quo Prætor ei, qui rem immobilem eive similem possidet, quo minus ita possideat, vim fieri vetat, eumque in possessione tuetur, nisi vi, clam, ut precario possideat ab adversario.

fario. l. i. pr. §. i. & seqq. uti possid. §. 4. I. de interdict.

IX. Interdictum utrubi est, quod de pos- 2. *utrubi*
fessione rerum mobilium locum habet. l. un. ff. L. 4. ff. t.
utrubi. §. 4. Inst. d. t. 31. *utrubi*.

X. Præterea sunt specialia quædam interdi- *Præterea*
cta retinendæ possessionis, quibus vel defen- *sunt spe-*
ditur jus aliquod in fundo, vel ratione super- *cialia in-*
ficiei, vel servitutum quarundam; l. 3. §. 8. *retinenda*
ff. uti possid l. i. §. 2. ff. de superfic. vel inhiben- *possessionis*.
tur in specie violentæ & clandestinæ turbatio-
nes.

XI. Interdictum de superficiebus est, quo quibus vel
Prætor superficiario, superficie fruenti, vim defenditur
fieri vetat, quo minus ita fruatur, nisi vi, clam 1.) *super-*
aut precario ab adversario possideat. l. i. pr. §. L. 43. ff. t.
2. ff. d. *superfic.* 18. *de su-*

XII. Ratione servitutum proponuntur 1. *perficie-*
de itinere actuque privato, (ac his inclusa via bus.
privata) duo interdicta: quorum altero 2.) *servi-*
Prætor illi, qui itinere actuque privato hoc tutes qua-
anno nec vi, nec clam, nec precario ab iter attus-
versario usus est, quo minus ita utatur, vim dam nim.
fieri vetat l. i. pr. ff. de itin. actuque priv. Al- que priva-
tero interdicto prohibetur, ne iter actumque, L. 43. ff. t.
quem habet, reficienti vis fiat. l. 3. §. 11. & actuque 19. de itin.
12. ff. d. tit modo is caveat adversario de da- priv.
mno infecto, seu de vitio operis. d. l. 3. §. 11. l.
5. §. f. d. t. Frider. d. interd. tit. 10. num. 34.
& seqq.

XIII. 2. De aquæ ductu sunt quatuor in- aquæ du-
terdicta. Primum est de aqua quotidiana, ctus; de

I. L. 43. ff. quo Prætor illi (eiusve successori. *l. i. §. 24.*
t. 20. de *aqua quo-* *37. ff. d. aq. quot. & aestiv.*) qui hoc anno
tid. & faltem una die vel nocte, *l. i. §. 4. 22. ff.*
aestiva. *d. t. aquam, de qua agitur, non vi, non*
clam, non precario, §. 10. 20. ff. d. t. &
bona fide. d. l. i. §. 10. 19. d. t. duxit a ca-
pite l. i. §. 7. & 8. d. t. ad quæcumque usum,
etiam in prædia urbana. v. l. i. §. ii. 12.
13. & 14. l. 3. pr. ff. d. t. quo minus ita por-
ro eodem modo l. i. §. 15. 16. 17. & 18. l.
2. d. t. ducat, vim fieri vetat. d. l. i. pr. §.
25. 27. add. Molin. d. tr. D. 705. Frider.
tit. ii. Buchner. d. jur. aquir.

interdict.2 XIV. Secundum interdictum est de aqua
 aestiva, quo Prætor ei (eiusve successori *l.*
i. §. 37. ff. d. t.) qui priore aestate aquam,
 de qua agitur, nec vi, nec clam, nec preca-
 rio ab adversario duxit a capite §. 39. quo mi-
 nus ita ducat, vim fieri vetat *l. i. §. 29.*

interdict.3 XV. Tertium interdictum est, de aqua ex
 castello i. e. receptaculo aquarium publicarum,
l. i. §. 39. d. t. ducenda; quo Prætor ei, cui
 aquam ducere ex castello a Principe permis-
 sum §. 41. & seqq. quo minus ita, uti per-
 missum est, ducat; vel, si damni infecti ca-
 verit, quo minus aquæ ducendæ caussa opus
 faciat, vim fieri vetat. *d. l. i. §. 38. Molin.*
d. D. n. 23. Frider. d. t. ii. n. 19.

interdict.4 XVI. Quartum interdictum, ad aquæ du-
L. 43. ff. t. ctus pertinens, est de rivis, quo Prætor ei, qui
21. de ri- eodem anno, vel superiori aestate non vi, non
vis. clam, non precario ab adversario aquam du-
 xit

xit, sive jus aquæ ducendæ habeat, sc. non, vid. *I. f. ff. de riv.* viim fieri vetat; quo minus aquæ ducendæ caussa rivum sive in publico, sive in privato, *l. 3. §. 4. b.* specum, septa reficiat, purget; modo non aliter aquam ducat, quam antea usus est *l. 1. pr. §. 9. d. t.* & de damno infecto caveat, *l. 3. §. pen. d. t.* vid. Frider. *tit. 12.* Molin. *d. D. 705. num. 25.* & seqq. Quid rivus; quid specus, (*locus sc. terræ cavus* & *profundus*, *a despicioendo dictus l. 1. §. 3. d. t. a.* quo alius est cuniculus seu canales *l. 11. pr. ff. de aqua*. & *aq. pluv. arc.*) quid septa; quid incile, exponitur *l. 1. §. 2. 3. 4.* & *5. ff. d. riv.* quid reficere; quid purgare *§. 6. 7. 10.* & *11. l. 2. l. 3. pr. §. 1. eod.* Wissenb. *D. 24. tb. 13.* Vitruv. *d. archit. lib. 8. c. 3. n. 35.*

XVII. 3. De aquæ haustu, & pecoris ad aqua hau-
aquam appulsu, *l. 1. §. 1.* & *2. ff. d. font.* duo ^{flus & peco-}
interdicta prohibitoria dantur ei, qui de fonte, ^{ris ad a-}
lacu, puteo, (qui in imo est, uti fons in sum- ^{quam ap-}
mo) piscina, hoc anno nec vi, nec claim, nec ^{de quo in-}
precario, ab adversario aqua usus est, *l. 1. pr.* ^{terdit. r.} *§. 6. ff. d. t.* Primum est, ne vis fiat, quo ^{L. 43. ff. t.} ^{22.} defon-
minus aqua ita utatur, *d. l. pr.* Hoc interdictum, te
directum sc, ad ea sola pertinet, quæ aquam
vivam & perpetuam habent. *l. 1. §. 4. d. t.*
utile tamen etiam pro aquis cisternarum com-
petit Frider. *t. 13. n. 7.*

XVIII. Secundum est, ne vis fiat ei, quo ^{interdit. 2.}
minus fontem, vel lacum, vel puteum, vel pi-
scinam reficiat, ut aquam coercere seu conti-
nere,

nere, utique ea possit; modo non aliter utatur, atque eo anno usus est. *d. l. 1. §. 6.* & de damno infecto caveat. *arg. l. 3. §. 9. ff. d. riv. Pac. b. n. 5.* vid. Molin. *d. D. 705. num. 31.* Frider. *d. t. 13. n. 11.* ubi etiam agit de vicinorum collatione ad fontes reficiendos.

Est etiam

interdictum

de cloacis,

tunc priva-

L. 43. ff. t. cas. i. e. incilia & canales, quibus colluvies ef-

23. de

cloacis.

XIX. 4. De cloacis; est vero cloaca vel privata vel publica. De privata est interdictum, pertinens ad servitudes urban. *l. 7. ff. de serv. tis.* quo vetat Prætor, ne vicinus vim faciat cloa- *l. 1. §. 9. ff. de cloac.* modo damni infecti caveat. *l. 1. pr. §. 14. d. t.* vid. Molin. *d. D. n. 23.* Nec debet ipsa refection & purgatio, cuius dilatio pu- blico seu salubritati civitatum. *l. 1. §. 2. d. t.* obesset, impediri, lieet vi, clam aut precastio cloaca quis utatur. *d. l. 1. §. 7.* Ripa *tr. de pact.* *c. 11. t. 2.* ipsa vero cloaca, quam alter non jure habet, nihilominus postea denegatur. add. Frider. *t. 14. n. 12.*

*cum publi-
cis.*

XX. De cloaca publica est interdictum, quo Prætor jubet, ut, quod quis in cloaca publica factum, sive immissum habet, quo usus ejus deterior sit, restituatur, simulque interdi- cit, ne quid fiat, immittaturque. *d. l. 1. §. 15.* Frider. *d. t. num. 7. & seqq.* Novam ve- ro cloacam in publico facere, is demum con- cedere debet, cui viarum publicarum cura est *b. f. d. t.*

XXI. Violentæ & clandestinæ turbatio- *Vel inhiben-*
 nes possessionis inhibentur per interdictum, *tur violentæ*
 quod vi aut clam; quo Prætor, quod vi aut *& clande-*
 clam factum est, scil. per opera, ac immis- *stinae turbas-*
 sionem in nostrum, restituere jubet. *I. pr. terdicto*
ff. quod vi. *tiones in-*
quod vi aut
clam.

XXII. Denique recuperandæ possessionis *L. 43. ff. t.*
 caussa solet interdici, si quis ex possessione *24. quod vi*
 fundi, vel ædium vi dejectus fuerit. Nam aut clam
 ei proponitur interdictum unde vi, per quod *Interdictum recuperan-*
 is, qui dejecit, cogitur ei restituere possessio- *da possesso-*
 nem: licet is ab eo, qui vi dejecit, vi, vel *nis, unde vi:*
 clam, vel precario possideat. *tot. tit. ff. de vi*
& vi arm. & C. unde vi. §. 6. I. d. interd.

XXIII. Pertinet huc etiam remedium ex *L. 43. ff. t.*
 jure can. c. redintegranda c. 3. q. 1. quod datur *16. de vi*
 omni, qui de re aliqua, seu mobili seu immo- *armata.*
 bili, vi dejectus est, seu cui alias quovis mo- *nec non re-*
 do, sine justa caussa, res ablata est, adversus *medium ex*
 quemlibet ejus rei possessorem, quamvis ip- *jure cano-*
 se non spoliaverit, nec etiam spoliationis fit *nica.*
 conscius, ut res restituatur. Frider. *d. tr. cap. 9.*

XXIV. Anneceius hic simile interdictis *L. 39. ff. t.*
 remedium, quo damnum, possessioni ac rei *1. de novi*
 nostræ ab opere novo imminens, avertimus. *oper.*
 Nimirum novi operis nunciatio est legitima
 prohibitio alteri, contra pristinam formam
 ædificium paranti, ab eo, cuius propter jus in
 re, quod habet, interest id non fieri, facta, ne
 ædificando, vel etiam demoliendo pergit,
 usque dum de jure constiterit, aut eo no-

mine præstita fuerit cautio. *l. i. §. 12. ff. d. nov. op. nunc.*

XXV. Qui facta nunciatione, nihilominus continuat opus, tenebitur illud, quod post nunciationem ædificatum est, suis impensis demoliri, vel interesse præstare, si eo contentus sit nuncians. *l. 20. §. i. l. 8. §. 3. ff. d. tit. Frider. d. interd. l. 2. C. 32.*

XXVI. Æstimabit autem ex circumstan-
tiis judex, an cautio de opere demoliendo,
restituendove, si apparuerit injuste ædifica-
tum, fit admittenda, *l. 20. §. 5. d. t. l. un. C. eod. l. 12. §. 7. C. d. ædif. priv. Gail. i. Obs. 16. Schwan. proceff. Cam. l. i. c. ii. n. 4. Carp-
zov. i. resp. 7. add. Exerc. nostr. ad ff. 39.
tb. 12.*

Add. *L. 4. Tit. 15. I. de interdict.*



LIB.

LIB. III.

DE

JURE AD REM ET OBLIGATIONE.

TIT. I.

DE

JURE AD REM ET OBLIGATIONE,
IN GENERE.

I.

Jus ad rem est facultas jure competens, qua *juris ad rem præstandam*, h. e. dandum aliquid, *rem describel faciendum*, aut aliquando patiendum, per *ptio. sonam ex facto suo obligatam habemus. l. 3. pr. l. 25. ff. de O. & A.*

II. Obligatio igitur est juris vinculum, quo *Obligatio necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ, nis definitio. secundum nostræ civitatis jura. pr. Inst. de L. 44. ff. t. 7. de obligat. & aet.*

III. Oritur jus ad rem ex facto obligato- *Oritur obligatio, quo quis alteri obligatur, ex quo ei, qui gatio ex fa- alium obligatum habet, jus ad rem competit, ctio obliga- cuiusmodi factum est triplex: 1.) pollicitatio torio, nim. r. & votum, l. 2. l. 3. & tot. tit. ff. de pollicit. c. 3. & ne & voto, 6. x. de votis. 2.) conventio; t. 1. §. 3. ff. de pact. 2. conven- seu, specialiori nomine, pactum l. 3. ff. d. pollic. tione. 3.) delictum l. 1. pr. ff. de O. & A. pr. Inst. de obl. 3. delicto. qua ex delict. nasc.*

U. 5

IV.

Pollicitatio- IV. Pollicitatio est spontaneum, solius
nisi & voti offerentis, ex justa causa l. i. §. 1. & 2. ff.
descriptio. de pollic. promissum. l. 3. pr. ff. de pollicitat. fit-
L. 50. ff. t. 12. de pol- que vel Deo, & dicitur in specie votum. l. 2.
llicitatio- de pollic. t. t. Decretal. d. vot. vel reipubl. aut
nibus. universitati l. 3. §. 1. l. 4. d. t. add. Rennem. d. jur.
 oblig. D. I. P. t. th. 1. seqq.

Conventio- V. Conventio de negotio civili dividitur
nis divisio secundum LL. Romanas in pactum in specie
in pactum ita dictum, & contractum. l. i. §. 3. & 4. l.
& contra- 5. 6. & 7. ff. de pact. l. 15. de P. V. Pactum in
ctum. specie dictum est duorum pluriumve in idem
Pacti descri- placitum conventio, destituta & nomine &
ptio. causa. l. i. §. 2. junct. l. 7. pr. §. 1. & 2. ff. de
 pact.

Divisio. VI. Distinguitur pactum secundum LL.
 Romanas in nudum & non nudum. l. 7. §. 4.
 l. 6. de pact. l. 15. ff. de P. V. Pactum nudum
 dicitur, quod in simplicibus conventionum
 finibus subsistit. l. 15. C. fam. ercisc. Exce-
 dent vero conventiones terminos nudi paeti
 vel secundum suam intrinsecam naturam, vel
 ob externam legis confirmationem, seu ex-
 trinsecam ejus assentiam l. 6. ff. de pact. uti
 inferius explicabitur.

Obligatio VII. Effectus conventionum est obligatio,
alia est na- quæ distinguitur in naturalem & civilem §. 1.
turalis, ea- l. de fidejuss. l. 59. ff. de condic. indeb. Obligatio
que vel mi- naturalis alia dicitur minus plena, quæ
nus plena ex gratitudine dependet, l. 25. §. 11. ff. de pet.
vel plena. hered. alia proprie dicta, seu plena naturalis
 obli-

obligatio, qua quis naturali & gentium jure ad aliquid præstandum adstringitur. *d. l. 59. ff. de condic^t. indeb. l. 64. cod.* Huic obligationi naturali si accedat juris civilis approbatio seu confirmatio, est obligatio civilis §. 1. *I. de alia cⁱvilis. fidejuss.* Ista naturalis actionem per se non producit in foro civili, habet tamen alias effectus, uti suis locis dicetur.

VIII. Constat autem in genere omnis *Constat con-*
ventio consensu inter duos de aliquo negotio *ventio con-*
civili. *l. 1. §. 3. ff. d. pact.* Non itaque sufficit *consensu inter*
unius voluntas, sed alterius acceptatio necesse *duos.*
est, accedat. *l. 55. ff. de O. & A. l. 10. ff. de donat.*
Unde, quando literis negotium tractatur, requiritur, ut ab altera parte literæ fuerint acceptatæ, at si scribens ante acceptationem moriat-
tur, nihil agitur. *Berlich. Decis. 37.*

IX. Consensus duo habet principia, intel- *Consensus*
lectum & voluntatem, sc. ut idein intelligent, *duo habet*
ac idein velint contrahentes. Nullus itaque *principia,*
plane est consensus, quando error in ipsa re, *intellectum*
de qua pactio initur, commissus. *l. 51. ff. de tem.*
pact. l. 57. ff. de O. & A. Officit porro intellectui & voluntati dolus. *tot. tit. ff. de dol. mal.*
Denique non quidem ipsi voluntati & consensi, sed libertati voluntatis obest metus.
l. 116. pr. ff. de R. I.

X. In personis itaque attendenda primo *In personis*
facultas consentiendi, quæ ab usu rationis, seu *itaque at-*
intellectus & voluntatis, dependet. Cum igit- *tendenda*
tur in cœcis iste rationis usus non deficiat, re- *I. facultas*
consentien-
ete di, qua

*aliquibus
deest.*

Cte illi paciscuntur arg. l. 9. ff. de adopt. Si militer muti & surdi conventiones possunt celebrare, ubi non opus est sermone. l. 4. §. 1. ff. de pact. l. 48. ff. de O. A. modo mentem suam per signa vel literas exprimere possint, alias opus est curatore. §. 4. I. de curat. Deficit vero intellectus & voluntas in furiosis & mente captis, quorum negotia solus curator, re ita exigente, expedit. l. 5. l. 40. ff. de R. I. Assimilatur furioso extreme ebrius. arg. c. 14. x. de vit. & honest. cleric. Præterea deficit consensus in prodigiis, quibus scil. a Magistratu bonis interdictum, hi aliis se non obligant, nisi curatoris autoritate, d. l. 40. ff. de R. I.

*in quibus
dam ob
etatem se
non recte
potest ex-
ercere.*

XI. Nondum sese recte exserit ob etatem intellectus & voluntas in impuberibus; & quidem infans, seu septennio minor, nec se naturaliter, nec sibi civiliter alium obligat, §. 10. ff. de inutil. stip. tutor tamen ex aequitate ipsorum nomine negotia celebrat. Infantiæ proximus alium quidem sibi civiliter, sed se ipsum ne naturaliter quidem obligat, d. §. 10. Pubertati proximus & sibi alium civiliter, & se naturaliter obstringit. Puberum vero seu minorum consensus est perfectior, §. ult. I. qui & ex quib. caus. Ideo ipsi celebrare possunt conventiones, hodie tamen desideratur curator. vid. Lib. I. Tit. XXIII. aph. 3. in fin.

*2. status
si. conditio*

XII. Deinde in personis attendendus status: & quidem servus ex sua persona non potest

est civiliter obligari, nec obligare. *l. 21. §. personarum i. ff. d. pact. l. 14. ff. de O. & A. l. 6. C. d. judic. civilis.*
l. 22. pr. de reg. jur. naturaliter tamen servus obligat, & obligatur. *d. l. 14. de O. & A. l. 41. ff. de pecul. l. 13. pr. ff. d. condict. indeb. Domini vero conditionem paciscendo meliorem facit servus, eique exceptionem, vel obligationem acquirit. l. 17. in fin. l. 18. l. 19. l. 21. §. l. 59. ff. de pact. §. 3. I. per quas pers. cuique acq. sed deteriorem domini conditionem facere non potest, nec eum invitum obligare l. 28. §. 2. ff. de pact. d. §. 3. I. d. t.* Porro filius famili. conventione sua prodest patri.

XIII. Deductuntur in conventionem res & *Objecta conventionum, res & facta.* facta, in quibus requiritur 1.) ut sint in re-
rum natura seu actu, seu potentia, *l. 8. ff. d. contr. emt. 2.)* ut sint in commercio. *l. 83. §. 5. ff. de V. O.* Facta oportet sint 1.) possibili-
lia 2.) honesta & licita.

Add. *L. 3. T. 14. I. de obligation.*

TIT. II.

DE

PACTIS IN SPECIE.

I. Pactum nudum, ut diximus, & quod *pacti nudi* in simplicibus conventionum finibus sublistit. *descriptio.* Hoc licet secundum jus canon. & mores no- *L. 2. ff. t.* stros actionem producat efficacem, Carpzov. *14. de pa-*
p. 2. C. 19. d. 17. tamen ob intellectum & *ctis.* explicacionem juris Romani, & rectius percipi-

piendam naturam contractuum, præfertim innominatorum, ejus differentia a non nudo pacto adhuc est notanda. vid. *Exerc. nostr. ad Dig. VI. th. 17. § 32.*

*Pactum non
nude de-
scriptio.*

II. Pactum non nudum seu vestitum est, cui, ultra simplices fines conventionis, vis aliqua civiliter & efficaciter obligandi extrinsecus accedit. *I. 6. l. 7. §. 5. ff. de pact.* Accedit vero extrinsecus quid vel per legem singulariem, vel per participationem contractus, cui adjicitur.

*Divisio in
legitimum*

III. Pactum legitimum est, quod speciali aliqua lege confirmatur & adjuvatur, indeque effectum habet. *I. 6. ff. d. pact.* ut 1.) pactum constituti *l. 1. § tot. tit. D. constit. pecun.* 2.) pactum hypothecæ *l. 1. pr. ff. de pign. action.* 3.) pactum dotis *l. 6. C. de dot. prom.* 4.) donationis pactum *l. 35. §. ult. de donat.* de quibus suis locis.

Pactum adjectum;

IV. Pactum adjectum dicitur, quod contractui additur in continenti, indeque, lege ita disponente, vires participat, *l. 7. §. 5. ff. de pact.*

*S. quidem
vel de sub-
stantialibus
vel de natu-
ralibus con-
tractus.*

V. Adjiciuntur vero pacta vel de substantialibus, vel de naturalibus contractuum. Dicuntur substantialia contractus, quæ ad istius effentiam spectant, ac fine quibus is subsistere nequit: naturalia vero contractus sunt, quæ contractibus, etsi non exprimantur, secundum ipsam legis dispositionem regulariter insunt, (*Was die Art und Natur einer Handlung*

tung mitbringenet, wenns gleich nicht ausdrücklich bedinget.) conventione tamen partium abesse, vel mutari possunt. l. II. §. I. ff. de act. emt. & vend.

VI. Pactum circa substantialia adjectum aut *Pactum circ-*
est contra jura, & non valet. l. 27. §. 3. ff. de ca substan-
pact. l. 12. ff. de precar. aut juri non contraria-
tur; & quidem vel hoc I.) transformat con-
tractum in aliud, si nimirum nomen quidem
contractus aliud adhibetur, sed per pactum
alia contractus forma exprimatur, vid. l. 6.
§. I. ff. de action. empt. §. ult. I. d. mandat. vel
2.) contractus quidem alteratur, sed non plane
alius constituitur, exemplum est in l. 24. l. 26.
§. I. ff. depof. vel 3.) ejusmodi pacto secundum
essentiam contractus quid solum determina-
tur. vid. §. I. & 2. I. de societat.

VII. Pactum circa naturalia in continentis *Pactum*
adjectum ita inest contractui, ut ipsam con-
tractus naturam formet, augeat, minuatve l.
7. §. 5. ff. de pact. l. 13. C. eod. adeoque actio
ex illo contractu, cui adjicitur, datur. dd.
text. ex intervallo autem adjectum retinet na-
turam nudi pacti, adeoque exceptionem solum
parit. dd. text.

TIT. III.

DE

CONTRACTIBUS IN GENERE.

I. Contractus (*vid Tit. I. aph. 5. b. I.*) est *Contractus*
conventio, constans propria vi civilem obli-
gationem & actionem producendi, l. 7. pr. ff. de
pact.

pact. seu, ut alii dicunt, *contractus est conventio cum caussa*, *l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact.* seu *conventio, habens in se negotium aliquod*. *l. 15. ff. de P. V.*

Divisio in proprios & quasi contractus: quorum illi sunt vel nominati, vel innominati. Istarum specierum differentia.

II. Illa nimis vis, *caussa*, sive *negotium* est id, quod operatur *obligationem*, in *foro Romano efficacem*, & inde dividuntur *contractus in proprios, & quasi contractus*. *Proprii iterum vel suat nominati, vel innominati.*

III. In *propriis, iisque nominatis, contractibus caussa est nomen, seu peculiaris & definita forma contrahendi*. *d. l. 7. §. 2. ff. de pact.* in *contractibus vero innominatis causla producendi obligationem est ipsa datio seu factum, uti inferius explicabitur: in quasi contractibus ipsum factum, ex quo lex civilis consensum inducit, caussam constituit, seu negotium, & inde fluentem vim propriam civiliter obligandi. tot. tit. I. de O. quæ quas. ex contr. nasc.*

Præterea dividuntur contractus in b. f. & stricti juris. Illi dicuntur, in quibus alter alteri ex bono & æquo quid præstare debet, licet verbis non sit expressum, cum censeatur

*conventum de eo, quod communiter & verisimiliter senserunt contrahentes, vel de iis, quæ communiter insunt negotio celebrato, ut sunt omnes *contractus, qui consensu ineuntur*. add. §. 28. & 29. I. de action. hi sunt, in quibus in solum debetur, quod verbis expressum. l. 99. pr. ff. de V. O.*

V. De

V. Denique contractus alii dicuntur *μονό-*. *Item alii πλευροι.* seu unilaterales, alii *δι-λαυροι,* seu *συν μονό-* bilaterales, *pr. I. de autor. tut.* Illi sunt, qui ex uno tantum latere obligant, seu ex quibus unus solum obligatur, alter non ideoque & uni solum contra alterum datur actio, ut sunt mutuum, chirographum & stipulatio. *Διπλαυροι* seu bilaterales iterum sunt duplicitis *alii διπλαυροι generis:* quorundam enim natura hæc est, ut *etiam ambo contrahentes* sibi invicem ad quid præstandum æque principaliter obligentur, ut sunt emptio venditio, locatio, conductio & societas, adeoque oritur etiam inde actio utrinque directa: quidam vero ita se habent, ut unus sit principaliter obligatus, alter ex accidenti seu secundario, adeoque in eum, qui principaliter obligatus est, datur etiam principalis seu directa actio, adversus alterum vero, qui ex accidenti seu secundario tenetur, aliquando actio contraria. Hujus generis sunt mandatum, commodatum, depositum, pignus, tutelæ & negot. gestio.

VI. In omnibus contractibus hæc capita *Summa* sunt bene attendenda 1.) personæ contrahentes, *in omnibus contractibus attendenda.* 2.) res de qua contrahitur: Ubi notandum, quod regulariter de re propria solum contrahamus, aliqui vero contractus adintant etiam rem alienam, si nimiriun, & quatenus potest res aliena id præstare, quod contractus requirit, 3.) forma contrahendi, 4.) obligatio inde fluens, 5.) actio, qua id, quod ex

obligatione nobis debetur, persequimur, quæ est personalis, ejusque duæ sunt notæ 1. quod oriatur ex jure ad rem, seu ex obligatione, 2. quod detur contra eum solum, qui nobiscum contractum iniit. §. i. I. de action.

*Praestatio
damnorum
in contra-
ctibus; que
vel dolo,
vel culpa,
vel casu
eveniunt.*

*Doli descri-
ptio.*

*Mis in o-
mnibus
contracti-
bus pre-
standus.*

*Culpa de-
scriptio.*

*Distinctio.
Latæ culpa
descriptio.*

VII. Ad obligationem, ex contractibus fluentem, in genere spectat præstatio damnum l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de R. I. Eveniunt vero damna vel dolo, vel culpa, vel casu fortuito. dd. text. add. Arist. 5. Eth. 10. § 3. Eth. 7. it. 1. Rhet. 13.

VIII. Dolus est, quo ex proæredi & proposito, data opera, seu sciens & volens quis alterum fallit, aut damnum ei infert. l. i. §. 2. ff. de dol. mal. l. 7. §. 9. ff. de past. atque hic in omnibus contractibus est præstandus, seu damnum, quod quis dolo infert, luere, seu resarcire alteri tenetur: d. l. 23. de R. I. l. 5. §. 2. ff. comm. nec valet conventio, ne dolus præstetur. d. l. 23. de R. I.

IX. Culpa (Germ. Fahrlässigkeit, Unachtsamkeit, Nachlässigkeit) committitur per negligentiam & imperitiam, quando sc. quis negligit, aut ignorat ea, quæ scire & observare debuisset eaque potuisset l. 213. §. 2. de V. S. l. 73. ff. profoc. §. penult. l. q. m.r. c.o.

X. Distingui solet culpa in latam, levem & levissimam. l. 47. §. 5. ff. de legat. l. 31. §. 12. ff. de edil. edit. Lata culpa est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelli-

intelligunt, uti describit Ulpianus d. l. 213. §. f. de V. S. & Paulus in l. 223. pr. ff. de V. S. quando scil. quis in actione aliqua ista non observat, quæ quilibet talia agens facile, juxta communem hominibus iudicium intellectum, observaret. Bartol. in l. quod Nerva. 32. ff. depos. num. 17. Dicitur alibi latior culpa, d. l. 32. depos. magna, l. 226. de V. S. gravior, l. 54. §. 2. de a. r. d. negligentia crassa, l. 6. ff. de jur. & fact. ign. dissoluta, l. 29. pr. ff. mand. remissior, l. 5. C. de peric. tut. manifesta, l. 2. C. arb. tut. nec non ignorantia deperditi & securi hominis, l. 3. §. 1. ff. de jur. & fact. ign. supina, l. 6. eod. t. item segnities, rusticitas, inertia, simplicitas, ineptia. l. 3. §. ult. ff. de susp. tutor. Exempla illius culpe occurruunt in l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 8. §. f. l. 29. pr. ff. mandat. l. 7. §. 2. ff. de adm. tut. l. 31. §. 12. ff. de ad. edict. l. 7. ff. ad L. C. de siccari.

XI. De hac culpa observandum, quod in *Hes, quoad* caussis civilibus dolo comparetur. l. 29. pr. ^{damnare-} ff. mand l. 47. §. 5. ff. delegat. l. 7. §. 1. ff. de ^{sancienda,} ^{equipara-} susp. tut. l. 5. §. 15. ff. ut in poss. legat. l. 8. ^{tur dolo.} ff. de precar. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. l. 11. ff. de inc. ruin. naufr. & quoad effectum, seu juris interpretatione est dolus. l. 226. de V. S. l. 32. ff. depos. & magna negligentia in doli crimen incidere dicitur. l. 1. §. 5. de O. & A. quod adeo verum, ut

licet in jure nostro dicatur, dolum *duntaxat*
sive tantum præstandum esse, non tamen ex-
cludatur lata culpa. *d.l.1. §.5. de O. & A. l.23.*
de R.I. l.1. C.depos. l.8. §.3. inf. ff. de prec. quia
scil. tantam negligentiam admittens, fere præ-
sumitur illam affectasse, & studio neglexisse
ea, quæ oinnes homines curanda esse intelli-
gunt.

XII. Levis culpa est, quando quis negligit
ea, quæ quivis bonus paterfamil. non negli-
geret. *l. 10. ff. de admin. & peric. tut. l.47. §.5.*
ff. d. legat. l.l.22. §.3. ff. ad SGt. Trebell. l.35.
§. 4. ff. de contrah. cmt. vel, cum quis eam cu-
ram non adhibet, quam communiter boni pa-
tresfamil. in rebus suis adhibere solent. dd.
text. *l. 25. §. 16. ff. famil. erc. l. 31. ff. ad L.*
Aquil.

*Levissima
culpa de-
scriptio.*

*Hujus præ-
statio desi-
gnatur,
cum dili-
gentia ex-
igitur.*

XIII. Levissima culpa (*l.44.adL.Aquil.*) est,
cum quis non exactiorem, quam suis rebus
solitus est, adhibet diligentiam, cum aliis
sit diligentior; vel breviter: est omissione dili-
gentiae exactissimæ. *l. 25. §. penult. ff. locat. l.*
25. §. 16. ff. famil. ercisc. l.18.pr. ff. commod. l.
3. ff. de per. & c. r. v. l.1. §.4. de O. & A. §. 2.
l. q. m. rec. obl. Quando hujus levissimæ culparum
prætitatio requiritur, id in legibus ita saepius
significatur, ut *diligentia* desideretur *d.l.23.de*
R.I. verb. in his quidem & dilig. l.5. §.2. & ult.
commodat. verb. & diligent. l.2. §.1. ff. de peric.
& comm. r. v. l. 47. §.5. ff. de legat. i. Eodem
modo

modo intelligendam quoque esse existimamus.
l. 68. pr. de contrah. emtion. l. 6. ff. de adm. rer. de civ. pertin. §. fin. Institut. quib. mod. re contrah. oblig.

XIV. Cæterum ut constet, quænam culpa *Regula de* in contractibus sit præstanta, nobis placet ex *præstanta* sèpius allegata *l. 23. de R. I. l. 5. §. 2. ff. com-* *culpa in* *mod. & plurimis aliis congruentibus hasce du-* *contracti-* *bus;* *as inducere & formare regulas.* Prima esto:

Dolus solum, & huic proxima lata culpa p.r.e. I. In deposito stetur in contractu depositi, quia nulla utilitas *to dolus &* ejus versatur, apud quem deponitur: *& pre-* *lata culpa.* cario, *l. 8. §. 3. & 6. ff. de prec.* quia res pro lu- bitu revocari potest. Adeoque licet quis sit in suis negligens, tamen major in istis rebus alienis, quam in propriis, haud desideratur diligentia. *l. 32. ff. depos. l. 1. §. 5. de O. & A. dd. text.*

XV. Altera est: *In reliquis PLERISQUE II. In aliis* contractibus bonæ fidei præstatur culpa, *& plurimis* quidem tam levius, quam levissima. Non enim *culpa & dñe* solùm absolute ac in genere culpa præstanta in *diligentia* illis dicitur, sed etiam speciatim diligentia exigitur express. text. *d. l. 23. d. R. I.* (add. text. de singulis contract. inferius citat.) scil. aliquando major, quam suis rebus quis adhibet, si in iis sit negligens *l. 3. ff. de peric.* *& c. r. v.* jung. *l. 25. §. 16. famil. ercisc.* *l. 1. §. 4. de O.* *& A. l. 22. §. 3. ff. ad SCt. Trebell.*

*Præ aliis
diligentia
exacta de-
deratur in
commodato,
locata ope-
ra, ut &
suscepta
custodia.*

XVI. Præ aliis tamen contractibus ac nego-
tiis diligentia desideratur i.) in commodato,
l. 5. §. 2. inf. l. 18. pr. ff. comm. §. 2. I. q. m. r.
c. o. 2.) in opera locata, *l. 25. §. 7. ff. loc. cond.*
ac 3.) peculiariter suscepta custodia. *§. 3. vers.*
an custodiam. I. de emit. vendit. adeo, ut non
excusetur quis, si alius diligentissimus quisque
majorem curam ea in re adhibere potuisset.
dd. text. conf. l. 27. §. 29. ff. ad L. Aquil. Ni-
mirum tota præstatio culparum prudenti ju-
dicis arbitrio relinquitur, qui sec. circum-
stantias negotii & personæ conditionem hac
de re æstimabit. Unde JCTi veteres ad casus
varie obvenientes responfa sua direxerunt,
qui, si recte attendas, in eo ad unum omnes
conveniunt, quod culpa quævis & diligentia
exacta in omnibus contractibus sit præ-
standa, licet in proxime enarratis casibus ex-
actius admissa negligentia examinetur. *vid.*
evolut. controvers. in Syntagm. contr. ad Ex-
erc. th. 41.

*In sola so-
ciitate, ei-
que cognatæ
rerum
communio-
ne non re-
quiritur
diligentia
exacta.*

XVII. Diximus in plerisque (*aph. 15.*) sin-
gularis namque & diversa ratio societatis,
eique cognatæ rerum communionis, in qui-
bus contractibus non exigitur diligentia ex-
acta, seu major, quam quis suis rebus ad-
hibere solet, sed qui parum diligentem sibi
suum sibi adsumit, de se queri, sibi que hoc
imputare debet *d. l. 23. vers. societas & rerum*
communio. ff. de R. I. junct. l. 72. l. 52. §. 2.
ff. profoc. §. fin. I. de societ. l. 25. §. 16. ff. fam.
ercisc.

ercisc. quæ ratio quidem cessare videtur in rerum ac hereditatis communione , at vero cum citra expressam conventionem in communionem incident , ac in re , quæ cuilibet pro parte est propria , versentur ; ideo alter ab altero aliam , quam quis suis rebus adhibet , exigere haut potuit diligentiam , atque inde in hoc necessario socio idem obtinet , quod in sponte adsumto d.l.23. ff. & R.I. § d.l.25. §.16. ff. famil. ercisc.

XVIII. Denique casus fortuitus est inopis *Casus fortuiti de-* natus eventus , quem per consilium huma-^{tuiti de-} num , curam seu diligentiam , non potuit *scriptio.* prævidere , vel avertere is , cui accidit . l. 6. §. 7. ff. de offic. Præf. l. 18. pr. l. 19. ff. commod. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. l. 15. §. 2. ff. locat. l. 2. §. 7. ff. de adm. rer. ad civ. pertin. l. 6. C. de pign. action.

XIX. Evitari vero & præcaveri aliquod *Divisio:* damnum non potest , vel propter extrinsecam nobis circa res , vel in rebus contingentem vim , vel propter ignorantiam invincibilem , seu justam , Arist. 5. Eth. 10. & 3. Eth. 1. Prioris generis casus vel I. ex causis naturalibus provenit , tum i) extra rem , cui damnum obvenit , & in specie vis naturalis , l. 59. ff. loc. it. divina , l. 25. §. 6. eod. vis tempestatis calamitosæ , l. 15. §. 2. ff. d. t. add. l. 7. C. eod. dicitur : ut est solis fervor non adfuctus , l. 15. §. 2. loc. nix immodica , l. 78. §. f. ff. de contrah.

empt. violentia ventorum, l. 24. §. 4. ff. de
damn. infect. labes, l. 15. §. 2. l. f. ff. loc. ibique
Gothofr. terræ motus, d. l. 15. §. 2. inundationes, d. text. item si raucis h. e. vermiculis, ex imbris natis aut herbis, segetes fuerint corruptæ, d. l. 15. §. 2. loc. add. Cujac. 15. O. 28. Budæus annot. in Pandect. in d. text. p. 606. part. i. incendium ex fulmine ortum. l. 23. de R. I. junct. l. 30. §. ult. in fin. ff. loc. add. Decis. Elector. Saxon. 79. § 80. ubi de incendio culpofo. tum 2.) in ipsa re casus ex causis naturalibus provenit, ut sunt morbi, l. 5. §. 4. ff. commod. mortes animalium, l. 23. de R. I. servorum, l. 18. pr. ff. commod. it. si per feneclutem quid contigerit, d. l. 5. §. 4. ff. commod. si vinum coacuerit l. 15. §. 2. loc. Vel II. a bestiis infertur, ut graculorum, sturnorum, locustarum invasione. d. l. 15. §. 2. ff. loc. l. 18. C. eod. Vel III. factio aliorum hominum evenit, ut incursione hostium, d. l. 15. §. 2. loc. fuga servorum, l. 23. de R. I. incendio in vicini e. g. ædibus orto, l. 18. pr. ff. commod. l. 22. ff. de neg. gest. l. 1. §. 1. ff. depos. l. 9. §. 3. ff. loc. §. 3. I. de empt. vendit. tumultu. d. l. 23. de R. I. rapina. d. text. l. 1. C. locat. Alia est furti ratio, quod culpæ adscribitur. §. 3. I. q. m. r. c. o. l. 14. ff. de per. § c. r. v. l. 52. §. 3. ff. pro soc. l. 17. §. 2. ff. de P. V. junct. l. 78. ff. de furt. Aliquando vero etiam sine culpa ejus, qui rem alienam ex contractu tenet, accidere potest, si

si nimis. quis rem bene custodierit, l. 35. §. 4.
ff. de contrah. emt. l. 14. §. 6. ff. de furt. l. 9. C. de pign. act. add. l. 30. pr. ff. ad L. Falc. Posterioris generis casus fortuiti accidentunt, quando quid inde evenit, quod ignoremus & prætermittamus ea, quæ scire vel non poterimus, adhibito licet debito studio, vel non tenebamur, vid. l. 20. ff. *commod. l. 29. §. 1. ff. mand. l. 5. C. de per. tut. §. 11. I. de mandat. §. 33. I. de act. l. 2. ff. de termin. mot.*

XX. Hic casus fortuitus, seu damnum *Res casu* tale, periculum, aut vis major, in nullo *con-*
tractu, ubi dominus contrahens rem suam *perit suo* alteri contrahentium rat. initi contractus, tra-
dictum, *v. c. custodiendam, utendam, admini-*
strandam, it. in securitatem crediti, præstatur
a detinente rem, sed res perit suo domino d. l.
23. de R. I. l. 9. C. de pign. action. l. 18. pr. ff.
commod. §. ult. I. q. m. r. c. oblig. l. 52. §. 3. ff.
pro soc. l. 26. §. 6. ff. mand. l. 50. ff. de adm.
& peric. tut. l. 25. §. 6. ff. loc. cond. l. 1. §. 11. ff.
de mag. conv. l. 2 §. 7. de adm. rer. ad civ. per-
tin. l. 1. §. 4. de O. & A. l. 19. C. de pign. l. 4. C.
de peric. tutor. *domino.*

XXI. Ast in contractibus aliis, ex quibus *Res debita* res aliqua certa in alterius dominium est trans-
ferenda, res perit illi, cui debetur. l. 15. §. 3. ff. *perit illi,*
de R. V. l. 5. §. fin. ff. de rescind. vendit. l. 5. cui debetur.
ff. de reb. cred. l. 33. ff. de V. O.

*Pactis ad-
jectis ali-
quando
aliter dis-
ponitur.
tum circa
culpam,*

*tum circa
fortuitos
casus.*

*Etiam peri-
culum præ-
standum est,
si dolus aut
culpa casum
præcesserit.*

XXII. Cæterum, quæ de præstatione culpæ & casus fortuiti diximus, ita se habent secundum regularem contractuum naturam; cum vero naturalia contractuum, uti vocantur, per pacta adjecta intentari possint. *b. l. 3. tit. 2. aphor. ult.* ideo nominatim aliquando convenit, ut vel minus præstetur, quam alias natura contractus exigit, ut si placuerit, dolum solum in re commodata præstandum. *l. 5. §. 10. ff. commod.* (cujusmodi tamen pactum circa dotem non valet. *l. 6. l. 17. ff. de pæt. dotal.*) vel plus, v. gr. si pacto adjecto levis culpa requiratur in deposito. *l. 1. §. 6. ff. depos. l. 1. C. eod. i. 23. verb. hæc ita nisi. ff. de R. I.* Similiter etiam casus fortuitus venit præstandus, si inter contra hentes placuerit. *l. 6. C. de pign. act. l. 6. §. 15. ff. de pæt. l. 39. ff. mand.*

XXIII. Præterea ratione periculi quis teneatur (I.) si dolus vel culpa casui intervenit. *l. 5. §. 4. Et 7. ff. commod. l. 1. §. 4. ff. de O. Et A. culpa casum l. 5. l. 9. C. de pign. act. §. 3. I. de emt. vend. l. 15. ff. de per. Et c. r. v. Et passim.* (II.) si mora casum præcesserit, *c. un. X. de commod. l. 12. §. 3. ff. depos. l. 2. C. de peric. Et comm. r. v. l. 8. §. 6. ff. de precar. notandæ tamen hic duæ limitationes, sc. 1. nisi quis rem retineat ex justa aliqua caufsa arg. *l. 21. ff. de usur. & 2. nisi interitura fuisset ea res, etiamsi restituta actori. l. 14. §. 1. ff. depos.* (III.) si res non nudiæ taxationis gratia, v. *l. 52. §. 3. ff. profoc. l. 34. ff. famil. ercif. l. 69. §. 7. ff. de jur. dot. sed**

sed ita æstimata data fuerit, ut quis quasi emitam haberet, & loco rei, ex contractu reddendæ, æstimationem restituere debeat: *l. 5. §. 3. ff. commod. l. un. §. 9. in fin. C. de rei uxori. action. l. 5. l. 10. C. de jur. dot. l. 10. princ. l. 16. l. 18. ff. eod.*

XXIV. Dicendum quoque hic venit de *Quid circa ignorantiam notandum. l. 22.* ignorantia, cuius in plurimis negotiis ratio habetur. Est vero ignorantia s. error, (qui lationi sensu sub ignorantia comprehenditur. *ff. t. 6. de l. 1. pr. junct. §. 1. 2. § 3. l. 2. § 3. ff. de jur. jur. & fact. § fact. ignor.*) vel juris, vel facti. *dd. text. ignorantia.*

XXV. De ignorantia juris duas notamus regulas, quarum altera: Juris ignorantia non prodest, *seu non excusat*, sed nocet, *seu obest* *gula.* acquirere noviter volentibus. *l. 7. l. 8. pr. l. 1. (I.) §. 3. l. 4. d. t. l. 2. l. 3. l. 8. C. eod. conf. l. 31. pr. ff. de usucap.*

XXVI. Altera est: Juris ignorantia suum potentibus, ac in damnis amittendæ rei suæ, non nocet, h. e. non obstat juris ignorantia, quo minus rem propriam, apud alium existentem petere, vel, quam ipse quis habet, retinere liceat, *seu*, propter juris ignorantiam quis dominium, aliudve jus non amittit. *l. 7. l. 8. in fin. ff. de jur. § f. ign. conf. l. 35. ff. de a. r. l. 54. ff. de R. V. l. 25. §. 6. ff. de petit. her. Carpzov. 2. c. 28. d. 21. num. 5. Richter. regul. 26. n. 18. in fin. add. Gail. 2. o. 48. n. 23. § 24.* *(II.)*

*Regula de
ignorantia
facti, que
prodest:*

XXVII. Facti interpretatio cum plerumque etiam prudentissimos fallat. *l. 2. d. t.* ideo ignorantia facti (cujus exempla petas ex *l. 1. §. 1.* & *seqq. d. t.*) prodest seu excusat, ac non nocet tam in compendiis, quam in damnis: *l. 4. 8. § 9. pr. d. t. h. e.* facti ignorantia non solum prodest, ne damnum incurramus, aut rem admittamus, sed etiam acquirere volentibus prodest. *d. l. 4. l. 9. §. 4.* nec obest, si quid ex ignorantia facti prætermissum. *d. l. 8. l. 9. pr. d. t. l. 7. C. cod.*

*non tamen
supina igno-
rantia.*

XXVIII. Non tamen supina ignorantia ferenda est factum ignorantis, uti nec scrupulosa inquisitio exigenda. Scientia enim hoc modo aestimanda est, ut neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. *l. 6. d. t. ff. de
jur. & fact. ign.*

*Contractus
ineantur
vel pure,*

*vel die ad-
jetto,*

XXIX. Denique notandum, quod contractus ineantur vel pure, vel adjecto die, vel sub conditione. Quod pure præmissum est, confessim peti potest. *l. 41. §. 1. l. 56. §. 4. de V.
O. l. 14. de R. I.* ex humanitate tamen dilatio aliqua indulgenda. *l. 105. de solut.*

XXX. Dies adjicitur i.) ut terminus a quo, & si hic dies vel certus, vel saltem certo extiterus sit, licet incertum sit quando, statim quidem debetur, sed peti prius, quam dies veniret, s. extiterit, totusque præterlapsus fuerit, nequit. *§. 2. l. de V. O. §. f. l. de mut. stipul.
l. 42. l. 138. de V. O. conf. l. 11. C. de
contr.*

contr. & commit. stip. §. 13. I. de inut. stip.
 vel 2.) ut terminus ad quem, quoisque scil.
 quid debeatur, ac pura quidem est obligatio,
 sed tempore elapso datur exceptio pacti, seu
 doli mali. *§. 3. I. de V. O. l. 56. §. 4. D. eod. l.*
44. §. 1. de O. & A. Cæterum dies incertus si
 fuerit, ita ut non constet, an & quando, vel
 solum, an sit exturus, perinde se res habet,
 ac si sub conditione contractum. *l. 56. ff. de*
condit. indeb.

XXXI. Adjecta possibili conditione (de cu-*vel sub con-*
jus descriptione & generibus vid. l. 2. tit. 18. ditione.
aphor. 4. & seqq.) in aliquem casum futurum,
 differtur obligatio. *§. 4. I. de V. O.* adeoque
 conditione pendente nec promissum debetur,
 nec exigi potest, sed tantum spes est debitum
 iri, quæ in heredem transmittitur, *§. 4. I. de*
V. O. §. 34. (al. 25.) I. de inutil. stipulat. vid.
 Brussel. *tr. de condit.* Si quis vero, sub condi-
 tione obligatus, curaverit, ne conditio exi-
 steret, nihilominus obligatur. *l. 85. §. fin. de*
V. O. l. 24. ff. de & condit. demonst. Sub impossibili
 autem conditione affirmative concepta
 promissio (v. c. si cœlum digito attigeris) non
 valet *§. 12. de inut. stip. l. 31. de O. & A. add.*
Exerc. nostr. ad Pand. 47. th. 18. circ. fin. at con-
 ditione impossibili negative addita, (v. c. si
 cœlum digito non attigeris) valet promis-
 sio, & statim debetur, quia non est proprie
 conditio. *d. §. 12. I. de inut. stip. l. 7. de V. O.*

*aut addita
pœna.*

XXXII. Aliquando certa pœna contractui adjicitur eum in casum, quo id, certo die aut alteri, factum aut datum non est, quod fieri aut dari debuit, aut adversus id factum est, quod fieri non debuit. *§. ult. I. de V.O. l. 4. §. i. l. 137. §. 7. l. 115. §. 2. ff. eod.*

*Contractus
in arbitri-
um tertii
potest
conferri.*

XXXIII. Præterea confertur interdum contractus in arbitrium tertii, qui subsistit, si iste arbitretur, ast eo non arbitrante, evanescit. *l. 43. l. 44. ff. de V.O. l. f. C. de contrah. emtione. §. i. l. de emt. vend.* Non vero valet contractus, in merum promissoris arbitrium collatus: *l. 46. §. f. ff. de V. O.* alia est ratio, si non ipse contractus & obligatio, sed determinatio pretii in vendentis, aut emitoris arbitrium conferatur, tunc enim perinde habetur, ac si viri boni arbitrium esset electum. *l. 7. pr. ff. de contr. emt. l. 6. ff. pro soc. l. 24. pr. ff. locat.* Non etiam obest contractui, si tantum tempus solvendi in arbitrium promissoris collatum. *v. c. dabis, cum volueris. l. 46. §. pen. ff. de V. O.*

TIT. IV.

DE CONTRACTIBUS PROPRIIS, HIS- QUE NOMINATIS, NEC NON DE REALIBUS IN GENERE, AC IN SPECIE DE MUTUO.

*Contractu-
um nomina-
torum defi-
nitio.*

Divisio.

I. Contractus nominati sunt, qui proprium nomen habent, h. e. propriam & determinatam contrahendi formam. *l. 7. §. i. ff. de pact.*

II. Suntque vel reales, vel consensuales, vel

vel verbis inenuntur, vel literis; §. ult. I. de oblig. l. i. & z. ff. de O. & A. Quamvis enim ad essentiam genericam omnium contractuum requiratur consensus, quoad essentiam tamen specificam alii requirunt, ut accedat vel rei traditio, vel literæ, vel verba, alii vero absolvuntur consensu, determinato quidem ad certam rem, l. 8. pr. ff. de contr. emt. sed quo ad obligationem, seu obligandi viam perfecti sunt, licet res non tradita, nec solennes literæ vel verba adhibita fuerint. tot. tit. I. de obl. ex consensu.

III. Contractus realis est, quo re ex conventione certo modo tradita, ad eandem rem reddendam obstringimur, ut sunt mutuum, ^{Contractu-}
_{um realium} commodatum, depositum & pignus. _{descriptio,}

IV. Mutuum est contractus, quo quantitas s. res numero, pondere & mensura consistens, & fungibilis datur ita, ut accipientis fiat, & post aliquod tempus tantundem ejusdem generis & qualitatis reddatur. l. 2. §. i. l. 3. cert. pet. ff. de reb. cred. pr. I. quib. mod. re contr. obl. & de con-

V. Mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensura consistunt, quia functionem seu præstationem recipiunt magis fungibles, in genere suo quam specie. l. 2. §. i. ff. de reb. cred. h. e. quia ita sunt comparatae, ut si iis absumtis eadem in genere restituantur ac præstentur, perinde sit, ac eadem in specie, seu individuo reddantur. Dicuntur autem res ^{Mutuo} _{dantur res} pondere, numero, mensura consistere, quæ ^{pondere,} _{numero} non

*mensura
consistunt.*

non aliter in commercia hominum venire, discerni, determinari, & certa species s. individuum fieri possunt, quam per ponderationem, numerationem vel mensurationem. Neque enim mutui datio consistit in omnibus istis rebus, quæ numerum, pondus vel mensuram habent, hoc quippe sensu omnes ac singulæ res mutuo dari possunt, siquidem in rerum natura reperiri potest nihil, quod suum numerum, pondus vel mensuram non habeat; Sed eæ de jure res numero, pondere vel mensura constare dicuntur, quæ si numero, pondere vel mensura pares fuerint, qualitate quoque ac bonitate speciei inter se pares sunt, nec aliæ ab aliis differunt, id quod exemplo vini, argenti infecti, & pecunia signatae illustrari potest: vinum namque mensura, argentum infectum pondere, pecunia signata numero constare dicitur, quoniam aestimatio vini, dummodo ejusdem qualitatis fuerit, ex sola mensura pendet, ac, quis sit argenti infecti valor, ex solo pondere deprehenditur, nec pecunia signatae aestimatio aliter, quam ex numero sciri potest. Quocirca istæ solum res numero, pondere aut mensura constabunt, quæ, vel natura vel arte, sit comparatae sunt, ut non nisi ex numero, pondere vel mensura aestimari possint, ac re ista ejusdem qualitatis & quantitatis soluta, æque creditori satis fiat, atque si res ipsa, quæ mutuo accepta fuit, statim ipsi reddita esset. Unde colligere haud est

est difficile, mutuum non esse, si equi aut etiam oves ad numerum, vel libri aut vasorum lignea ad pondus dentur, cum equi non minus quam oves, librique perinde ut vasorum lignea, propria quadam, partim naturae, partim artis vi ac qualitate constent, qua ab aliis tum equis atque ovibus, tum libris ac vasorum lignearum ita differunt, ut quamvis in pari numero aut pondere dentur, ejusdem tamen pretii aut bonitatis non sint.

VI. Ineunt hunc contractum mutuo dans, *Personae*
seu creditor; & mutuo accipiens, seu debitor. *contrahen-*
tes 1. mu-
In mutuo dante requiritur, ut sit dominus re-*tuo dans.*
rum, quas mutuo dat, atque ut possit res su-
as administrare & alienare. §. 2. I. quib. al. lic.
vel non.

VII. Circa personas mutuo accipientes seu *2. mutuo*
debitores specialiter notandum 1.) quod ci- *accipiens,*
vitatibus per l. *civitas, 27. ff. de reb. cred. singu-*
lare competat privilegium, ita ut distin-
guendum sit, an civitas ipsa, scil. vel per ci- *ubi singu-*
lare quid
ves omnes convocatos, aut Syndicu- *obtinet 1.*
rem, nominatim ad contrahendum mutuum
ab iis constitutum, vel per eos, penes quos est
regimen totius civitatis, mutuum acceperit; an
vero consules, administratores solum civita-
tis, non adhibitis tribunis plebis, & magistris
collegiorum. Priori casu sine dubio civitas ob-
ligatur: posteriori vero casu non aliter obliga-
tur, quam si creditor probet, pecuniam es-
se in utilitatem universitatis versam d. l. 27.

adeoque, si pecunia non fuerit versa in utilitatem universitatis, ipsi soli administratores, qui contraxerant, eorumque heredes, non universitas tenebitur.

2. in filiis fam.

VIII. Porro 2.) singulare privilegium competit filiis fam. ex SCto Macedoniano, quo statutum est, ne quis filiofam. pecuniam inutuodet, & denegatur repetitio pecuniæ inutuodatx, *tot. tit. ff. de SCt. Mared.* Non vero locum habet hoc beneficium 1. si patris consensu pecunia mutuo accepta l. 12. ff. d. *SCt. Maced.* l. 4 l. ult. C. eod. 2. si in rem patris pecunia versa l. 17. ff. d. t. 3. si a filio quidem in rem suam impensa, sed in id, ad quod pater ex pietate tenetur, ad studia v. c. alimenta &c. l. 7. §. 13. ff. *de SCt. Macedon.* l. 5. C. eod.

Forma mutui.

IX. Forma hujus contractus consistit in eo, ut res fungibilis tradatur, & acceptetur ita, ut accipientis fiat, indeque is obligetur ad reddendum idein genus, in eadem quantitate & qualitate. *pr. I. quib. mod. re contr. obl.* l. 2. l. 3. l. 30. ff. *de reb. cred.*

Obligatio debitoris.

X. Consistit igitur obligatio debitoris in eo 1.) ut tantundem, seu eadem quantitas reddatur, l. 3. l. 11. §. 1. ff. *de reb. cred.* 2.) ut in eodem genere reddatur l. 2. *pr. eod.* hinc pro pecunia non potest dari vinum, nisi consentiente creditore, 3.) ut ejusdem qualitatis seu bonitatis reddatur; hinc non potest reddi vinum novum pro vino veteri; pecunia repro-

reproba pro bona: sed si in mutatione monetæ, sive extrinseca, sive intrinseca bonitas fuerit mutata, inspiciendum est tempus contractus, ut scil. ad id moneta jam reddenda reducatur. Limitatur tamen hoc 1. si pravam monetam, perinde ut probam quis impenderit, tunc etiam proba erit restituenda, vid. Richter. *Decis. 72. n. 23.* 2. si pecuniae reddendæ qualitas a contrahentibus sit expressa; ut si in specie thaleri fuerint crediti, cum pacto ut thaleri in specie restituantur, tunc ejusmodi conventioni est standum.

XI. Ad consequendum id, quod mutuo *Actio ex danti*, seu creditori, a debitore præstandum *mutuo* est, datur condicō certi. *tot. tit. ff. si cert. pet.* quæ specialis vocatur *actio ex mutuo §. 22. L. de actione.*

TIT. V.

DE COMMODATO.

I. Commodatum est contractus, quo certa *Commoda-*
species alicui gratuito utenda conceditur ita, *ti defin.*
ut eadem, finito usu, restituatur. *§. 2. I. qnib. L. 13. ff. t.*
mod. re contr. obl. *6. commo-*
dati vel

II. Ineunt igitur hunc contractum *commo-* *contr.*
dans & commodatarius: & nihil refert quoad Personæ
hunc contractum, an dominus, an fur sit com- *contractum*
*modans, l. 15. & 16. ff. *commod.* add. Tit. 3.* *incuntes.*
aph. 6. b. libr.

III. Commodato datur certa species & cer-
tum corpus, quod usu non absuntur l. 3. §.

ult. ff. commod. & nihil interest, an mobilis, an immobilis res sit, l. i. §. i. ff. eod.

Forma.

IV. Forma *commodati* consistit in eo, ut res tradatur ad usum certum. *l. 5. §. 8. l. 17. §. 3. ff. commod. & quidem gratis, §. 2. I. quib. mod. re contr. obl. junct. l. 17. §. 3. ff. de P. V. restituenda finito usu in specie. l. 2. pr. ff. de reb. cred. l. 3. §. f. commod.*

Obligatio primaria.

V. Obligatio igitur ex hoc contractu principaliter consistit in eo, quod is, cui res aliqua utenda datur, teneatur debito tempore eandem restituere, & quidem non redditam, seu dolo, seu culpa qualibet, deteriorem, *l. 3. §. 1. l. 5. §. 2. l. 18. pr. ff. commod. §. 2. I. quib. m. re contr. obl. de casu vero fortuito commodatarius non tenetur, dd. text. nisi expresse ita convenerit. d. l. 5. §. 2. l. 1. C. eod. add. Grot. introd. in Jus Belg. L. 3. c. 9.*

Hinc datur actio commodati detra.

VI. Ex hac principali obligatione datur directa *actio commodati*, qua *commodans* experitur adversus *commodatarium*, ut finito usu rem eandem, æque bonam, restituat cum omnibus accessionibus. *arg. l. 5. §. 9. l. 13. §. 1. ff. comm. l. 38. §. 10. ff. de usur.*

Obligatio secundaria.

VII. Secundaria vero & accidentalis obligatio est, qua *commodans* etiam *commodatario* tenetur, si 1.) forte intempestive usus rei fuerit revocatus. *l. 17. §. 3. ff. commod. c. un. in f. X. eod.* 2.) si dolo latave culpa *commodantis* *damnun illatum ex re commodata. l. 61. §. 6. ff. de furt. l. pen. ff. commod. 3.) si*

3.) si necessarias impensas fecerit commodarius in res commodata, l. 18. §. 2. *commod.*

VIII. Hinc datur contraria commodati *Inde datur actio*, quæ competit illi, qui aliquid *actio contraria.* commodato accepit, adversus commodantem, ad damna & impensas resarcendas. l. 17. §. 3. l. 18. §. pen. ff. *commod.* Potest etiam propter impensas commodarius rem tamdiu retinere, usque dum ipso satisfiat. l. 18. §. f. ff. *commod.*

TIT. VI.

DE DEPOSITO.

I. Depositum est contractus, quo res aliqua gratuitem custodienda traditur & suscipiuntur. §. 3. I. quib. m. re contr. obl. *Depositum defin.* L. 6. ff. t. 3.

II. Ineunt hunc contractum deponens, qui committit rem custodiendam, & depositarius, qui recipit. add. l. 31. §. 1. ff. *deposit.* *Personæ vel contractantes.*

III. Deponi possunt res omnes, quæ custodiendæ & asservandæ ad aliquem deferri possunt. Unde patet, proprie rerum mobilium esse depositum l. 1. pr. ff. *deposit.* rerum tur. vero immobilium si custodia committatur, potius est mandatum, quam depositum. arg. l. 5. §. 4. ff. *de P. V.*

IV. Forma igitur hujus contractus consistit in eo, ut res tradatur in eum finem, ut gratis custodiatur, & custodia ad libitum deponentis restituatur. l. 1. §. 9. ff. *deposit.* Hinc

constat, depositarium non posse re deposita uti, nisi hoc ipsi permittatur. l. i. §. 34. l. 25. §. 1. ff. *depof.* & quod merces pro custodia non intervenire debeat in contractu depositi: honorarium vero, seu modicam remunerationem, depositum admittit. l. i. §. 9. ff. d. t.

**Obligatio
principalis
*ex hoc con-
tractu.***

V. Ex hac forma oritur principalis obligatio ejus, qui depositum suscepit, ut scil. rem custodiat, eandemque in specie restituat cum omni accessione l. i. §. 24. ff. *depof.* & præterea damnum, dolo latave culpa ejus illatum, præstet. l. 23. ff. *depof.* l. 5. §. 2. ff. *commod.*

**Indedatur
actio direc-
ta.**

VI. Producit isthæc obligatio actionem depositi directam, ut nimis. rem restituat, & præstanda præstet; qua damnatus propter dolum fit infamis. l. 6. §. 6. & 7. *de his qui not. infam.* Carpov. p. 4. C. 45. d. ult.

**Obligatio
secundaria.**

VII. Secundaria & accidentalis ex contractu depositi obligatio est, qua deponens depositario tenetur 1.) ob damnum, occasione depositi dolo vel culpa deponentis obveniens. l. 61. §. 5. *in fine ff. de furt.* 2.) ob impensas in rem depositam factas. l. 5. pr. l. 23. ff. *depof.*

**Indedatur
actio con-
traria de-
positi.**

VIII. Datur hinc actio contraria depositi depositario adversus deponentem, ut damna & impensas restituat. *dd. text.* Præterea & jus retentionis habet depositarius, usque dum ipsi satisfiat d. l. 18. §. f. ff. *comm.* l. 23. ff. *dep.* non obstante l. pen. C. eod. vid. *Ex. ad ff. XXI. th. 23. n. 3.*

Singularis.

IX. Cæterum singularis species depositi est seque-

sequestrum, quod est depositum rei litigiosæ, *species de-*
quæ tertio cuidam traditur ita, ut lite finita vi- *positi est se-*
ctori restituatur. l. 6. ff. depos. *questrum.*

X. Hæc sequestratio regulariter est prohibita, *Sequestratio*
l. un. C. de prob. sequestr. c. 1. X. de se- *non nisi cer-*
questr. poss. & fruct. ob justas vero caussas a *tasob caus-*
judice decerni potest, ut si metus sit dilapi-
dationis, vel si periculum sit, ne partes ad
arma veniant. vid. Exerc. nostr. ad Pandect.
XXI. th. 50.

XI. Officium igitur sequestris consistit in *Officium*
eo, ut rem commissam, seu imobilem seu im- *sequestris.*
mobilem, custodiat administretve, & rationes
reddat, finita vero lite victori restituat.

XII. Oritur inde actio depositi sequestraria, *actio depositi sequestraria*,
quæ datur victori contra sequestrem, ut *officio suo satisfaciat. Datur quoque seque-*
stri actio contraria contra litigantes ob im-
pensas & damna. add. Clud. tr. de sequestr.
c. 12.

TIT. VII.

DE.

CONTRACTU PIGNORIS.

I. Pignus est contractus, quo debitor, in *Pignoris* *descriptio:*
securitatem crediti, rem creditori tradit, soluto debito in specie restituendam. §. 4. I. quib.
m. re contr. obl.

II. Ineunt hunc contractum debitor & cre- *Personæ*
ditor, & datur res quælibet pignori. vid. Lib. contrahen-
præced. tit. 35. de jur. pign. *tes. Res*
que oppi-

**Forma bu-
jus contra-
ctus.**

**Eius diffe-
rentia a
pacto hypo-
thecæ.**

**Obligatio
principalis.**

**Inde datur
actio pigno-
ratitia di-
recta.**

**L. 13. ff. t.
7. de pig-**

**norat.
action. vel
contra.**

**Obligatio
secundaria,**

III. Forma hujus contractus consistit in eo, ut res tradatur ita, ut jus in re transferatur, quo securus sit creditor de debito, indeque is obligetur, soluto debito, ad rem oppignoratam restituendam. Differt igitur hic contractus a pacto hypothecæ in eo, quod hoc nuda conventione jus pignoris constituatur, etiamsi res non tradita fuerit, ex singulari scil. dispositione Prætoris; *l. i. pr. ff. de pign. act. l. 17. §. 2. ff. de pact.* contractus vero pignoris desideret traditionem rei oppignoratæ. *d. §. 4. I. quib. mod. re contrah. obl.*

IV. Obligatur igitur in hoc contractu principaliter creditor debitori suo ad rem, soluto debito, reddendam cum omni caussa & commodis, *l. 40. §. 2. l. 6. §. ult. ff. de pign. act.* & integrum, adeoque damna dolo, & culpa illata refarcire tenetur; non vero, quæ casu contigerunt. *d. §. 4. Inst. quib. mod. re contrah. obl. l. 13. §. 1. ff. de pign. action.* quod etiam jure Saxon. hodie obtinet. *Carpz. p. 2. c. 26. d. i. §. 3.*

V. Ad persequendum, quod ex hac obligatione debetur, datur pignoratitia directa actio debitori contra creditorem, ut sc. rem oppignoratam secundum aphor. præced. restituat. *l. 9. §. 3. ff. de pign. act.*

VI. Secundario vero & per accidens obligatur etiam debitor creditor ex hoc contractu pignoris, si nimis. 1.) forte res aliena fuit pignori tradita ignorantis, tot. tit. *C. si alie-*

aliena res pignor. dat. 2.) si damna dolo cul-
pave debitoris, creditori ratione pignoris ob-
venerint. *l. 31. ff. de pignor. action.* *l. 61. § 1.*
ff. defurt. 3.) si quid impenderit creditor ne-
cessario vel utiliter in pignus. *l. 8. pr. l. 25.*
ff. de pign. action.

VII. Ad consequendum, quod ex hac ob- *Actio con-*
ligatione debetur, datur creditori adversus *traria.*
debitorem actio pignoratitia contraria. *l. 31.*
ff. de pign. action.

TIT. VIII.

DE STIPULATIONE.

I. Stipulatio est contractus, conceptis ver- *Stipulatio-*
bis constans, quibus alter præsens interrogat, *nisi defini-*
& alter itidem præsens, qui interrogatur, *tio.* *L. 45. ff. t.*
daturum se, facturumve id, quod interroga- *i. de ver-*
tus est, congruenter & continuo respondet. *bor. obli-*
l. 5. §. 1. ff. de V. O. vel breviter: stipulatio est gat.
contractus, qui perficitur ex interrogatione,
eamque subsecuta ordinata responsione. *l. 1.*
ff. de V. O. pr. I. cod.

II. Quamvis vero hodie stipulatio non ne- *Eius hodie*
cessaria sit ad hunc finem, ut quis firmius ob- *non est*
ligetur, sed omnis promissio deliberato inita *usus: pro-*
actionem producat; quibusunque verbis *missio ta-*
concepta, vel quocunque modo consensu *men debet* *constare*
expresio, adhuc tamen opus est, ut promis- *certa causa.*
sio constet certa causa. add. *l. 25. §. ult. ff.*
de probat. c. 14. X. de fide instrum. *l. 2. §. 3. ff.*
de dol. mal. & met. except. vid. Gaii. 2. O.

13.n.9. Coler. *de proc. exec. p. 3. cap. I. num. 7.*
Berlich. decis. 96. Carpz. *p. I. C. 17. d. 39.*

*Sponsionum
descriptio.*

III. Referri hoc possunt sponsiones, quæ nihil aliud sunt, quam mutuae de re, cuius dubius eventus, stipulationes conditionales, ut nimirum Titius e. g. Cajo præstet 100. si urbs fuerit expugnata; e contrario Catus Titio 100. si non fuerit expugnata. v. Santern. *de sponsion.* Strauch. *de spons.* Heig. 2. q. 10. Carpzov. 2. c. 19. def. 18. Styp. *de jur. marit. p. 4. c. 6. n. 6.* Iminodicæ tamen sponsiones merito prohibentur. Wehner *voc. Wetten.* Mev. *ad Jus Lub. l. 3. tit. 9. art. 3. num. 41.* Agitur ex sponsionibus actione præscriptis verbis. Zaf. *in l. 39. st certum pet.*

TIT. IX.

DE FIDEJUSSORIBUS.

Fidejussionis I. Singularis species stipulationis est fide-
descriptio. jussio, qua nim. quis pro alieno debito fidei-
L. 46. ff. t. suam apud creditorem interponit, ut diligen-
I. de fide- tius huic cautum sit. *l. 1. §. 8. ff. de O. & A. pr. I.*
juss. & *de fidejuss.*
mand.

Personæ, II. Ineunt igitur fidejussionem creditor &
bunc con- fidejussor. Sunt vero inhabiles ex speciali-
tractum in- bus caffis cum primis fœminæ, quibus com-
centes, in- habiles sunt petit beneficium SCti Vellejani *tot. tit. D.*
ad *fœmina, ob* *& C. ad SCt. Vellej.* Non solum vero fœ-
SCt. Vellej. mina pro extranco non efficaciter intervenit,
L. 16. ff. t. I sed etiam in specie pro marito intervenire sin-
ad SCtum *Vellej.* *gula-*

gulariter prohibetur. *auth. si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. N. 134. c. 9.*

III. Pertinet hoc SCtum solum ad interces- *Quod non*
fiones pro alio factas. Unde non obtinet 1.) *obtinet,*
si alii donent, vid. l. 4. §. 1. ff. *ad SCt. Vellei* 2.) *ubi non*
si pro alio solvant, l. 4. § 5. ff. d. t. 3.) *subest in-*
tercessio. indemnitatem promiserint, l. 8. §. 1. d. t. 4.)
si ipsa fœmina principaliter, aut in utilita-
tem suam, se obliget. *d. auth. si qua mulier.*

IV. Præterea non obtinet SCtum 1.) ob *Sunt &*
factum ipsius mulieris, ut si callide & dolo- *alii casus*
se intercesserit. l. 18. C. d. t. si pretium pro *excepti (1.)*
intercessione acceperit. l. 23. d. t. si post bi-
ennium repetierit intercessionem. l. 22. d. t.
si renunciaverit huic beneficio; modo de il-
lo edocta fuerit, etiam extrajudicialiter, & non
jurato. Gail. 2. O. 77. Cæterum circa re-
nunciationem, vel etiam iteratam interces-
sionem, si pro marito intercesserit uxor, spe-
cialiter notandum, quod ejusmodi intercessio
non valeat, nisi juramento confirmata fuerit.
vid. *Constit. El. 16. p. 2.* ubi late hac de re
agit **Carpzov.** *it. Dec. Elect. Sax. 25.* quibus-
dam tamen locis juramentum non exigitur.
Carpzov. *d. loc.* Porro 2.) cessat SCtum, si (2.)
uxor cum viro communem negotiationem
exerceat. Gail. 11. O. 90. n. 5.

V. Obligatur fidejussor creditor ad id, *Obligatio*
quod tempore fidejussionis in obligatione *fidejusso-*
principali fuit. §. 5. I. d. *fidei.* tam rar- *ris, unde*
datur cre-
tione ditori attin-

tione fortis, quam usurarum. l. 68. §. 1. ff.
eod. & datur ex fidejussione creditori contra
fidejussorem actio ex stipulatu.

*Competit
fidejussori
beneficium
p. ordinis,*

*z. divisio-
nis.*

*z. cedenda-
rum alio-
num.*

VI. Competunt vero fidejussori certa be-
neficia seu exceptiones, nimis. 1.) excussionis
seu ordinis, quod scil. reus principalis prius
conveniendus & exutiendus sit, quod bene-
ficium cessat 1. si reus principalis non sit sol-
vendo, 2. si alibi degat, & difficulter conveni-
ri possit, Nov. 4. c. 1. auth. præsente. C. de fide-
juss. 3. si expresse huic beneficio renuncia-
verit fidejussores, quæ tamen renunciatio, se-
cundum veriorem opinionem, non inducitur,
si quis ut principalem, (*als einen Selbstschuldiger*) se adstrinxerit, Carpz. p. 2. C. 18. d. 2.

VII. Competit 2.) beneficium divisionis,
nimis. si plures fuerint fidejussores. §. 4. I. de
fidei. quod beneficium cessat 1. si tempore,
quo agit creditor, reliqui non sint solvendo
d. §. 4. 2. si quis omiserit hanc exceptionem
d. §. 4. 3. si quis illi beneficio renunciaverit
expresse: non tamen inducunt renunciatio-
nem, juxta veriorem sententiam, verba: *fämit-
lich und sonderlich, einer vor alle, und alle
vor einen.* Carpz. d. loc. def. 9. Const. 17.

VIII. Denique datur beneficium ceden-
darum actionum, ut nimis. fidejussores con-
ventus solutionem deneget, usque dum
creditor actiones cedat, contra debitorem
principalem, vel etiam confidejussorem. l.
u. 14. §. 21. C. b. t. Carpzov. d. l. d. 20.

Et

Et debet quoque creditor pignora, si quæ habet transferre. l. 2. C. d. *fidei*.

IX. Quamvis vero actiones non sint cessæ, *Licet vero tamen ex æquitate datur fidejussori contra debitorem principalem actio mandati, vel etiam negotiorum gestorum. Imo extendunt etiam hanc actionem negotiorum gestorum contra confidejussorem.* add. Carpz. p. 2. c. 17. d. *contra debitorem.*

16. § 17.

X. Præterea sciendum, quod liceat contra creditorem, exactiōnē debiti differētiam remedium, fidejussori, si ejus intersit exigi, insti-
tuere iudicium ex l. *si contendat.* 28. ff. *de fidejussori contra debitorem,*
dejuss. Certis etiam casibus fidejussor contra debitorem principalem agere potest ante solvatur*ut solvat ipse credi-*
lutionem, ut liberetur a fidejussione. vid. l. 38. *tori.*

§. 1. ff. *mandat.* l. 10. C. *eod.*

TIT. X.

DE

DUOBUS REIS.

I. Stipulatores & promissores, similiter & *Duo rei*, fidejussores sunt vel unus, vel plures, utrinque L. 45. ff. t. vel ex altera tantum parte, quorum illi stipulandi, hi promittendi rei sunt. Duo vel plures rei stipulandi sunt, qui unam eandemque causam, ab uno & eodem, ex una & eadem

simul sibi dari stipulantur. *pr. §. 1.*

I. *de duob. reis.* l. 2. ff. *eod.* Duo vel plures rei promittendi sunt, qui unam eandemque tendit, rem, ex una & eadem causa, uni & eidem

dare

dare simul promittunt. pr. Inst. pe duob. reis. in f.

Cuilibet ex correis stipulandi in solidum debetur.

II. Ex correali obligatione correis stipulandi singulis in solidum debetur. l. 9. §. f. ff. de duobus reis constit. §. i. I. eod. Sed quia ratione rei debitæ una est obligatio correorum. l. 2. ff. de duob. reis. ideo uni ex correis, credendi seu stipulandi, si fuerit res soluta, perimitur tota obligatio, seu præstatio, quæ unifit, a reliquis liberat. d. §. i. I. d. t. l. 2. l. 3. §. i. ff. cod. Is vero qui ex caussa, omnibus correis onerosa, solidum accepit, ad communicationem teneatur, & actione pro socio conveniri potest. l. 62. pr. ff. ad L. Falcid.

Quilibet ex correis promittendi in solidum obligatur.

III. Similiter & quilibet promissor in solidum obligatur. l. 3. §. i. ff. de duob. reis l. 2. C. cod. Si vero unus ex promissoribus correis solvat, liberantur reliqui. §. i. I. d. t. l. 2. ff. eod. Is vero, qui ex sociis correis solvit pro reliquis, ab his actione pro socio, quod ultra ratam solvit, repetere potest. l. 2. C. de duob. reis. junct. l. 62. ff. ad L. Falcid. add. Carpzov. 2. C. 17. d. 12.

Competit tamen beneficium divisionis.

IV. Habet tamen is, qui ex pluribus correis unus in solidum convenitur, beneficium divisionis, ut pro rata tantum solvat. N. 99. c. i. auth. hoc ita. C. h. t. add. Alexander. l. 3. conf. 38. n. 1. § l. 2. conf. 147. Hector Felicius tr. de societ. c. ii. n. 28. § c. 30. n. 34.

Quod cer-

V. Quod tamen beneficium divisionis cessa-
fat

sat 1.) si absens fuerit correus 2.) si non fuerit *tis casibus*
 solvendo 3.) si renunciaverit illi beneficio. *cessat.*
d. Nov. 99. Sauth. hoc ita. add. Carpz. p. 2. C. 17.
d. 14. S 15. 4.) si sit socius. vid. §. 3. b. t.

T I T. XI.

DE

 CONTRACTIBUS CONSENSUALIBUS
 IN GENERE, ET IN SPECIE DE
 EMT. VENDITIONE.

I. Consensu fiunt obligationes in emt. ven- *Contractus*
 ditionibus; locat. conductionibus; contractu *consensu-*
emphyteutico; societatibus, & mandatis. *pr. les.*

I. de obl. ex cons.

II. Emtio Venditio est contractus initus *Emtionis*
 consensu de certa re, pro certo pretio traden- *venditionis*
 da. *pr. I. de emt. vend. l. i. ff. de contrab. emt. descriptio.*
l. ii. §. 2. ff. de action. emt. L. 18. ff. t. x
 de con-

III. Personæ itaque contrahentes sunt emt. trah. emt.
 tor & venditor. Inire vero hunc contractum & de pact. possunt, qui juxta generales regulas consen- inter emt.
 tire, & bona sua administrare & alienare que- & vend.
 uat. comp. & quæ res

IV. Forma hujus contractus consistit in ven. non
 consensu, quo inter venditorem & emtorem poss.
 liquido convenit de re certa, pro certo pretio *Forma.*
 tradenda. *pr. I. d. emt. vendit.* Cum vero
 consensui nihil magis contrarium sit, quam
 error, ideo, seu in corpore, seu in materia er-
 retur, veluti si æs pro auro venierit, emtio
 nulla

nulla erit. l. 9. pr. § 2. l. 14. ff. *de contrah. emtion.* Si vero error versetur circa qualitatem rei externæ, rata nihilominus manet emtio. l. 10. l. 14. ff. *de contrah. emt.* l. 21. § 2. ff. *de action.* emt. teneturque tantum venditor in id, quod emtoris intereſt. d. l. 21. § 2. ff. *de action.* emt.

Merx certa & determinata venditur.

Aliquando res per aversionem venditur.

Aliquando ad mensuram.

Firmiter res adhaerens simul vendita sensetur.

V. Consistit emtio venditio in re, seu merce tradenda, quæ debet esse certa & determinata. Specialiter autem circa res, quæ mensurari, numerari aut ponderari queunt, sciendum est, quod ejusmodi res vendantur vel ad corpus, uti LL. Romanæ loquuntur, seu per aversionem (*überhaupt*) vel ad mensuram & quantitatem certain. Priori casu, licet forte quid deficiat in quantitate, obiter vel tantum demonstrationis, non taxationis cauſa adjecta, non potest amplius quid peti: posteriori vero casu si quid deficiat in quantitate seu mensura, a venditore expressa, id supplendum erit, vel tantum de pretio detraheretur, quantum respondet ei, quod deficit. l. 40. § 2. ff. *de contrah. emt.* vid. Carpzov. 5. Resp. 25. Præterea monendum, quod etiam intelligatur venditum, licet non in specie expressum, quicquid tempore contractus firmiter cohaerit rei venditæ. l. 69 ff. *de contrah. emt.* v. c. quæ ædibus sunt adfixa: *Was Erd-Nied-und Nagelfeste ist.* add. Carpzov. p. 2. C. 33. d. 2.

VI. Pretium pro merce est solvendum, *Pretium
quod consistere debet in pecunia numerata*
*§. 2. I. de emt. vend. l. i. pr. & §. i. ff. de contr.
emt.* Hoc pretium debet esse verum, non si-
mulatum. *l. 54. ff. de O. & A. certuna l. 7. §. i.
ff. de contrah. emt. justum:* ita tamen, ut propter
difficultatem aestimationum rerum laesio us-
que ad dimidium toleretur, modo dolus ab-
sit. *l. 2. C. de rescind. vend. qua de re inferius.*

VII. Aliquando placet contrahentibus, ut *Aliquando
emtio venditio non aliter sit perfecta, quam si scriptu-
scriptura seu instrumentum super emt. vendi-
tione sit confectum;* & tunc antequam illud *contra actus
confectum fuerit, pœnitere licet.* vid. *pr. I. de pertinet.
emt. vend. l. 17. C. de fid. instrum.*

VIII. Oritur ex hoc contractu obligatio mu- *Obligatio
tua emtoris & venditoris, utrinque principa-
lis & directa.* Et quidem emtoris obligatio *mutua ex
consilii in eo, ut pretium solvat l. 13. §. 8. ff.
de action. emt. & tenetur emtor ad usuras pre-
tii ob moram in solvendo commissam. l. 13. §.
20. ff. de act. emt. l. 32. §. 2. ff. de usur.*

IX. Obligatio venditoris consistit in eo, ut *Obligatio
rem venditam tradat, una cum fructibus post venditoris.
venditionem perceptis, & omnibus accessionibus:
& quidem præcise tenetur tradere.* Præterea requiritur, ut talis tradatur, qualis
vendita, nimir. 1.) non debet esse vitiosa, vid.
tot. tit. ff. de Ædil. Edict. 2.) libera tum a
servitutibus, tum ab aliis oneribus. Porro
Z. debet

debet venditor dolum & culpam circa rei venditam præstare, h. e. omne damnum, quod ejus dolo seu malitia vel negligentia contigit, resarcire. *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. de R. I.*

L. 18. ff. t. periculum vero seu casum fortuitum non tene-
6. de pe- tur præstare, quia hunc venditor avertere ne-
ric. & com. rei quit: ac res perit ei, cui debetur, l. 5. §. fin. ff.
vend. de rescind. vend. adeoque etiam pretium te-
netur nihilominus solvere emitor, re licet casu
perempta ante traditionem. §. 3. I. de emt.
vend. §. tot. tit. D. de peric. §. commod. rei
vend.

Dominium non trans- fertur rei venditæ, ni- si pretio so- luto, aut fide de eo habita.

Vendor tenetur ad evictionem præstan- dam.

Actio emti venditi.
L. 19. ff. t. I. de aet. emt. & vend.

X. Cæterum notandum est, quod licet ex causa venditionis sit tradita res, non tamen transferatur dominium; nisi pretium sit solutum, vel expresse fides de pretio sit habita *§. 41. I. de rer. divis.* præterea de jur. Saxon. præsertim in bonis emphyteuticis & censiticis, requiritur judicialis resignatio. vid. Franz. 2. résol. 12. n. 8. seqq. Richt. de concurs. credit. c. 2. m. 19. n. 17. seqq.

XI. Denique addendum, quod, si forte circa proprietatem rei venditæ lis moveatur ab alio, venditorem obligatum esse emtori ad evictionem præstandam, licet expresse hoc promissum non sit. *l. 11. §. 2. ff. de aet. emt.* vid. tot. tit. *D. de evict.*

XII. Ad persequendum, quodex hac in- tua obligatione emtori vendor debet, & vi- cissim vendori emtor, datur quoque actio mutua einti venditi, seu ex emto vendito *§. 17. Inst.*

Inst. de action. l. ii. pr. 33. l. 13. §. 19. & tot. tit.

D. de action. emt. & vend.

XIII. Exposita natura emt. venditionis, *Emtioni* nunc quædama addenda sunt de pactis, quæ *venditioni* adjicitur *venditioni* adjici solent, quorum pri- *aliquando* *I. additio* num est additio in diem; si nimis, ita res *vendatur* certo pretio, ut liceat venditori *in diem*, intra definitum tempus majus pretium, seu *L. 18. ff. t.* meliorem conditionem, ab alio oblatam, ac- *2. de in* ceptare. vid. *tot. tit. D. de in diem addit. In* *diem ad-* arbitrio tamen emtoris prioris est, an velit *ditione.* idem pretium, quod aliis intra istud tempus adjicit, ipse supplere, & tunc præfertur. vid. *I. 6. §. fin. I. 8. ff. d. t.*

XIV. Porro 2.) est lex commissoria, seu *II. lex com-* pactum commissorum, quo convenitur, ut, *mifforia.* si ad certum diem non solvatur pretium, res *L. 18. ff. t.* sit inemta. vid. *tot. tit. D. de l. commiss.* vid. *3. delege* Thom. Maul. *de emt. vendit. tit. 7. n. 4. & ria.*

et. 13.

XV. Aliquando etiam 3.) adjicitur pa- *III. pactum,* Etum, ut liceat intra certum tempus recede- *ut liceat re-* te a contractu emtionis *I. 3. D. de contrah. emt.* *cedere a* *I. 31. §. 22. ff. de AEdil. Edict.* veletiam ita, ut *contractu,* præstita poena pœnitere liceat: quod dici solet *ein Reukauff.* vid. Berl. dec. 43. seqq.

XVI. Præterea 4.) notabile etiam est pa- *IV. pactum* Etum de retrovendendo, German. *ein Wie-de retroven-* derkauff, quod in eo consistit, ut venditori *dendo,* concessa sit potestas, rem, in emtorem translata

latam, pretio restituto redimendi. l. 2. G. de pact. inter emt. & vend.

Hoc dupli- XVII. Initur autem vel ita, ut quandocun-
citer initur. que liceat redimere, & juri redimendi præ-
fertim juxta jus canonicum, nullo præscri-
bitur tempore. *Virg. Pingizer. Quæst. Sax. 41.*
vel certo tempore; & quidem adjicitur tem-
pus vel ut terminus a quo, seu post cuius la-
psum demum vendor possit, pretio oblato,
restitutionem rei venditæ petere; quod ex-
primi volunt per verba: *auf zehn Jahr lang*
wiederkauflichen, quo elapso facultas redimen-
di demum competere incipit: vel ut termi-
nus, ad quem est restricta potestas redimen-
di, seu usque ad quem, & intra quem (v. g.
binnen zehn Jahr) exerceri queat jus retro-
venditionis, quo elapso non amplius inte-
grum est redimere. *Maul. d. tract. tit. 7. num.*
22. & mult. seqq. Carpzov. 2. c. 1. d. 8. & 9.
respons. El. 27.

Ad quid re- XVIII. Tenetur vero redemiturus 1.) pre-
demturus
teneatur. tium regulariter idem, quod accepit, *Coler.*
conf. 28. num. 43. vel, si ita convenerit, quo
res tempore retrovenditionis juste venire
potest *it. laudemium, quod emtor solvit. Carp-*
zov. d. l. def. 24. Diff. Maul. d. l. num. 38.) re-
stituere Tiraquell. *d. tract. §. 1. gloss. 3. num.*
2. *Covarruv. 3. r. 9. Molin. d. I. & I. D.*
376. Bonacin. Theol. mor. de contr. D. 3.
qu. 1. p. 3. num. 1415. Zœf. ad ff. b. t. num. 18.
præterea 2.) impensas, quæ ad perpetuam rei
vendi-

venditæ utilitatem factæ, refundere. Tiraquell. *d. tr. §. 7. gloss. i. num. 4.* Carpzov. *d. l. d. 27.* Oblatis pretio (*v. l. 2. Ut & prior emtor. & 7. C. d. t.*) & impenfis, emtor rem ipsam præcise restituere est obligatus. Carpz. *d. l. d. 15.* & fructus tempore retrovenditionis pendentes, pro rata temporis inter emtorem & venditorem dividendos esse volunt. Covarruv. *i. v. r. 15. n. 5.* Anton. Thesaur. *dec. 16.* Hartm. Pistor. *l. i. q. 24. n. 22.* Carpzov. *d. l. d. 20.* at pretio nondum oblato perceptos emtor, quippe dominus rei, suos facit, nec eos restituere tenetur. Gomez. *& leg. var. resol. tom. 2. c. 2. n. 27.* Donell. *ad l. si quis ita n. 17. C. de pact. int. emt.*

XIX. Cæterum aliquando & emtori licet *Aliquando* rem certo tempore, aut quandocunque libuerit, offerre, ac vendor tenetur premium restituere. *l. si convenit 6. ff. de resc. vend. l. 31. potest. §. 22. ff. de ædil. edict. modo non subsit illicium fœnus.* Rauchbar. *i. q. 19.* Maul. *d. tract. tit. 7. num. 36.* Carpzov. *l. 5. r. 26.* Richter. *decis. 83. num. 79. & 80.* Zœf. *ad ff. b. t. n. 35. add. Molin. tr. 2. D. 374. 375. 376.* Bonacini. *d. l. n. 6.*

XX. Denique 5.) est pactum, quo alicui *V. pactum* jus protimiseos conceditur, ita nimis. ut, si *de retractando.* rem iterum venditurus sit emtor, eo pretio, quod alias solveret, alicui vendidebeat, Germ. *der Nahrkauff, l. 75. ff. de cont. emt.* Hoc vero jus retractus seu protimiseos non solum pacto

promittitur, uti jam dictum, sed etiam lege & consuetudine singulari certis personis tribuitur.

*Vt & effe-
tus pacti
de retrac-
bendo.*

XXI. Ex illo conventionali jure retractus oritur solum obligatio, qua dominus rem venditurus tenetur denunciare isti, cui jus retractus competit, an ipse velit emere. *d. l. 75.* Quodsi igitur, omissa denunciatione, alteri cuidam rem vendiderit, re quidem huic nondum tradita, contra venditorem ex vendito agere potest is, cui jus retractus competit, ut sibi res juxta pactum eodem tradatur pretio: *d. l. 75. ff. de contr. emt.* Carpzov. *d. p. 2. c. 32. d. 10.* at re emtori jam tradita, solum datur actio ad interesse contra eum, qui contra fidem, pacto datam, vendidit, non actio in rem contra possessorem, *arg. d. l. 75.* nisi ratione illius juris protimiseos hypotheca sit legitime constituta. Vid. lat. Maul. *d. tit. 7. n. 81.* Carpzov. *d. l. d. 8. 9. § 11. (qui etiam def. 12. ex DD. tradit, si emtor sciverit pactum, bona ab ipso posse revocari.)* Similiter nec eum, cui jus protimiseos ex dispositione testatoris competit, bona alienata revocare, sed solummodo adversus heredein ad interesse agere posse, tradit Carpzov. *d. p. 2. C. 32. d. 9.* Aliud statuit Rennem. Jpr. Romano - Germ. *m. 3. D. 33. th. 30.*

*Quibus ca-
sibus obti-
neat.*

XXII. Locum habet hoc jus retractus conventionale solum eo casu, quo res extraneo venditur. *arg. d. l. 75. non igitur I.)* si quis liberis

liberis suis vendat, vel aliis ab intestato successuris, *Carpz. d. l. def. 19.* Richter. *decis. 76. num. 53.* nec. 2.) si ex permutatione, donatione, divisione hereditatis, aut successionem tam ex testamento quam ab intestato, res ad alium veniat. *Carpz. def. 15. 16. 17. 18.* *E 22.* Richter. *d. l. n. 56.*

XXIII. Cæterum cum ex pacto hoc retractus *Potest cedi,*
hendi jus competit, ideo regulariter, *scil.*
nisi ad personam pacientis restrictum sit, alteri cedi potest. *Mod. Pistor. part. 3. q. 169.* *Maul. d. t. 7. num. 46.* *Leuwen. cens. for. L. 4.*
cap. 20. n. 4..

XXIV. Jus retractus seu προτιμότητας (*Næ-
hergeltung, Einstands-Gerechtigkeit,*) legale *ius legale*
& consuetudinarium est, quod singulari jure
certis personis tribuitur vel propter dominium directum, vel propter creditum, vel
propter civitatem, vel propter communio-
nem, vel propter jus municipum & inco-
larum, vel propter consanguinitatem.

XXV. Ratione dominii directi competit *competit I.
ratione do-
minii di-
recti,*
jus retractus domino emphiteuseos, in re em-
phyteutica *l. fin. vers. sed ne hac occasione*
D. de Jur. emphyt. conf. l. 1. in fin. C.
de metallar. XI. add. Const. Friderici sanci-
mus, E constit. quum omnibus lib. 5. feud.
tit. 13. 14. 15. quod applicari etiam solet
ad bona censitica : Richter. *decis. 76.*
num. 60. *E 61.* non vero extendendum ad
alia bona; sic rustici non tenentur v. gr. vi-

ctualia, quæ vendituri sunt, primum nobilibus offerre, nisi forte peculiari consuetudine aliud receptum. vid. Socin. Sen. 2. conf. 272. Carpzov. 2. c. 51. d. 10. Rauchb. p. 2. q. 22. Confer. Richter. d. l. dec. 76. n. 80. & seqq. Anton Matthæus tract. de action. l. 1. c. 10. n. 43. § 45.

II. ratione crediti,

XXVI. Ratione crediti jure Justinianeo, si bona judiciali subhaftatione veneant, & plures sint licitatores, præferuntur extraneis emitoribus creditores, ac inter hos is potior est, cui major pecunia debetur. *l. cum bona. 16. ff. de reb. aut. jud. possid.* Hodie præfertim in terris Saxonicas, primus licitator præfertur. vid. Carpzov. p. 1. c. 32. d. 42. & 52. & process. tit. 25. art. 4. n. 70. seqq. Anton. Matth. d. tr. l. 1. c. 16. n. 41.

III. ratione vicinitatis quo pertinet jus congrui:

XXVII. Ratione vicinitatis juxta Frider. constitutionem. § 5. *feud. tit. 14.* vicinus rem extraneo venditam potest retrahere. conf. Tiraquell. *de retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. n. 26.* & 69. add. Sand. *dec. Fris. l. 3. tit. 5. def.*

9. Non autem obtinet hoc jus retractus nisi ubi singulari consuetudine vel statuto introductum: & quibusdam locis sola vicinitas non tribuit illud jus, sed ei deinde vicino hoc competit, cuius vel prædio censuali (*Zinsgut*) fuit junctum, ut sub illo tanquam toto, cui census inhæret, comprehensum; vel cuius agro quondam fuit unita illa pars, quæ extraneo est vendita, & dici solet jus congrui, Germ. *das Gespilde,*

Gespildte, vid. Weimar. *Landes-Ordn. de An.* 1585. tit. 38. Cothni. vol. 4. consl. 42. num. 3. Richter. *de decis.* 76. n. 59. 64. & seqq. & in consl. post. Renneim. d. m. 3. disp. 33. tb. 50. & 44.

XXVIII. Similiter ratione communionis *IV. ratione communio-* Socio in dicta constitut. Frid. conceditur, ut *nis,* retrahere possit partem rei communis, extra-neo venditam. *d. l. 5. feud. tit. 13. 14. & 15.* Zœf. h. num. 36. in fin. quod, præsertim in ædibus, non admittit Carpzov. 2. c. 31. def. ult.

XXIX. Porro volunt, quod municipibus & *V. ratione* incolis *den Bürgern und Einwohnern*, liceat *insolatus.* retrahere bona immobilia, in districtu urbis aut pagi sita, quæ extraneis (*den Ausländischen, Auswärtigen*) sunt vendita: vid. Bocer. cl. 33. disp. 22. tb. 9. & seqq. Renneim. d. m. 3. D. 33. tb. 44. & seqq.

XXX. Restat denique retractus gentilitius *VI. ratione* seu consanguinitatis: competit autem hoc *confangi-* *nitatis.* jus protinæ eos gentilitium consanguineis *Hoc com-* venditoris, quos Fridericum parentes appellat. *li-* lare docet Tiraquell. *de retract. part. 1. §. 1. beris vendi-* *gloss. 9.* Imprimis autem indultum est libe- *teris.* retrahere res avitas, a parentibus venditas. Tiraquell. & alleg. part. 1. §. 1. gloss. 9. n. 47. Reinking. q. 2. Const. Elect. part. 2. Richter. *Decis. 76. n. 13. & seqq. num. 20.* etiamsi in potestate sint, modo propria bona habeant, & quainvis heredes patris fuerint,

cum nihilominus ratio juris retractus obtinet, & potior sit filius extraneo: & licet alias heres suam forte rem, quam pro propria defunctus vendidit, vindicare nequeat: tamen ejusmodi exceptio hic non obstat, cum res pro tali, quod nequeat retrahi, haud sit vendita, adeoque nec heres de eo sit obligatus. Pinell. *in l. i. C. de bon. matern. num. 95.* Stephan. Gratian. *disc. for. tom. 3. c. 333. n. 4.* Perez. *l. 4. C. t. 54. num. 24. conf. Zœf. ad ff. h. t. num. 13. & seqq.* Berlich. *2. concl. 39. num. 16. & seqq.*

*z. collate-
ralibus.*

XXXI. Liberis non existentibus, collateribus cognatis, fœminis & masculis, modicita generaliter receptum sit, jus retractus competit, (quod non obtinet in Elect. Saxon. *d. c. 13.* ibique Carpz. *def. ii.*) & quidem iis, qui venditori proximiores, licet forte quis exstet, qui stipiti, a quo res pervenit, sit proximior. Zœf. *all. l. num. 84.* Richter. *d. dec. num. 30.* Plures, ejusdem gradus si concurrant, omnes admittuntur, aut, si res commode dividi nequeat, & communio non placeat, qui prius de retractu egit, præfertur, vel sorti res committitur. *arg. §. optionis 23. in fin. I. de legat.* Tiraquell. *d. p. 1. §. 12. gloss. 10. num. 4.* Reinking. *d. q. 2. num. 63. 84. & seqq.* conf. Richter. *d. l. n. 18. 105. & seqq. d. Const. Frider. verb. quos vocabimus per ordinem.* Sin vero ex pluribus unus vel alter retrahere nolit, tota res ab uno retrahi potest. Carpz.

p. 2.

p. 2. c. 31. def. 10. Rennemann. *Jurispr. Rom.*
Germ. m. 3. D. 33. th. 14. Cæterum jus re-
 præsentationis nec in descendentiū, nec in
 collateraliuī ordine obtinere volunt, quia
 simpliciter gradus proximitas attenditur. Ti-
 raquell. §. 11. gl. 9. num. 1. § seqq. Reink.
quaest. 2. num. 65. § 66. Richter. d. l. num. 28.
 Aliud placet Johann. Herold. *eleg. tractat. de*
jur. repræsent. § transpos. cap. 5. concl. 12. §.
 6. § seqq. Notandum denique, quod in jure
 retractus locus sit successorio edicto: adeo-
 que si hic vel ille omittat, alter in solidum
 admittitur, aut si proximiores isto non utan-
 tur jure, proxime sequentes recte retrahunt.
 Carpzov. 2. c. 31. d. 10. c. 32. d. 20. § c. 49.
 d. 7. Zœf. b. n. 49. Richt. d. l. n. 18.

XXXII. Patet ex dictis 1.) quod hoc jus, *Non potest*
 quippe ratione consanguinitatis concessum, *boc jus ex-*
 non possit extraneo cedi, *traneo cedi.* Tiraquell. §. 26.
gl. 1. n. 1. § 43. Gail. 2. O. 19. n. 10. Boer.
decis. 159. Berlich. d. l. Zœf. num. 68. §
 2.) quod quis sibi & in suum usum, non in
 alterius utilitatem, neque in fraudem emto-
 ris retrahere debeat: quod aliquando, si
 nim. magna subsit suspicio, ut usurus retrah-
 etu confirmet juramento, decernitur. Gail.
 2. O. 19. num. 10. Tiraquell. *de retract.* §. 26.
gl. 1. num. 2. it. num. 12. 32. 33. § 39. ubi ad-
 didit limitationes Rennemann. *Jurispr. Ro-*
mano-Germ. m. 3. D. 33. th. 12. Richter. n.

174. unde nec ad heredem extranem consanguinei transfertur. *Id. num. 69.* nec 3.) datur illi, qui non est consanguineus venditoris, licet res a majoribus ipsius descendat, & olim a suis consanguineis sit vendita. Richter. *d. l. n. 31.* *E num. 40.* Si vero ab extraneo, cui primum vendita, consanguineus retraxerit, & hic rursus alii extraneo vendiderit, locus est retractui. Tiraquell. *§. 32. gl. un. n. 5.*

Contra quem competit.

XXXIII. Competit jus retrahendi etiam adversus remotiorem cognatum, cui res vendita est. Licet enim ea haud exierit e familia, tamen propinquior jus habet potius, quod ipsi eripi nequit. Tiraquell. *§. u. gloss. 6. n. 6.* *E 14.* Bocer. *dec. 76. n. 7.* Berlich. *d. concl. n. 54.* Zœf. *n. 49.* Sed quid, si uni ex pluribus proximioribus res sit vendita, anne reliqui possunt eam pro rata retrahere? Neg. quia nec ad extraneum, nec ad remotiorem cognatum res venit, & penes venditorem videtur esse, cui ex cognatis pluribus æquo pretio rem velit vendere. Non vero solum adversus emitorem competit, verum etiam, modo ratione primæ a consanguineo factæ venditionis agatur, tempore scil. præfinito haud elapso, adversus possessorem, in quem emtor rem iterum alienavit: videtur enim hæc actio de retractu in rem scripta. Tiraq. *§. 8. gloss. 5. n. 8.* Gail. *z. obs. 19. n. 6.* Berlich. *d. con. 39.* Reink. *q. 7.* Sand. *3. decis. Frisic. d. 13. q. 2.*

*Bona, re-
tractu hinc
obnoxia.*

XXXIV. Obnoxia retractui sunt bona immobilia, & quæ pro immobilibus habentur, præ-

præsertim avita, quæ sc. a majoribus ad alienatorem pervenere, *Stammgüter de const. Frideric.* vid. Tiraquell. §. 1. gl. 7. n. 81. & seqq. Berl. 2. c. 39. n. 86. Reinking. q. 3. Richt. d. l. num. 39. & seqq. & n. 47. Ex consuetudine tamen quorundam locorum, ut in Thuringia, etiam in bonis non avitis obtinet jus protimiseos, modo paterna fuerint. Richter. dec. 76. num. 14. & 15. Cæterum hoc ita intelligendum est, si bona ejusmodi a consanguineis adhuc possideantur & vendantur, secus est, si olim jam ad extraneum translata fuerint, & jam iterum vendantur. Richter. d. decis. quest. 1. num. 40. nisi forte, hoc extraneo rursus vendente, tempus, a priori emtione computandum, retrahenti exercendo præfixum, nondum fuerit elapsum. Tiraquell. d. tract. §. 1. gl. 9. num. 44. & num. 126. & §. 12. gl. 1. & 2. Sed quid si patrimonium universum quis vendiderit, sub quo quædam solum avita bona comprehenduntur, anne admittitur consanguineus, ut sola avita, prætermisis reliquis, ipsi retrahere liceat? Qua in re inter se haud conveniunt interpretes: affirmant illud Matth. de Afflict. tract. de jur. protim §. ult. n. 33. Renneim. d. l. thes. 20. Richter. d. decis. 76. n. 47. negant Tiraquell. d. tract. §. 73. n. 9. Fabian. de Monte de emt. quest. princip. 3. n. 41. Jacob. Curt. tom. 1. conject. 38. (qui subtiliter de hac controversia differit.) Matth. Coler. decis. 229. n. 2. **Sanc cum citor, hisce avitis ademtis**

ademtis, reliqua retinere nollet, nec etiam venditor avita sola vendere vellet, non video, quomodo jus retractus effectum habere possit. Difficultas quoque occurrit in componenda lite, quantum pretii, pro bonis universis soluti, aut promissi, definiendum ratione illius particularis rei retrahendæ. Omnino igitur sententia negantium videtur magis probanda, conf. *l. 47. §. 1. ff. de minor.*

*Locum habet in em-
tione.*

XXXV. Locum habet ejusmodi redimendi jus in alienatione, quæ fit pretio vel æstimatione interveniente, ut in emtione venditione, seu quando datur species seu corpus pro pecunia in solutum, item si res detur pro annuo censu, si res æstimata in dotem detur. Vid. Reink. *d. tract. q. 4.* Zœf. *all. l. num. 85. & seqq.* Berlich. *d. concl. num. 55. & seqq.* Richter. *d. decis. 76. num. 176. & seqq.* Quæri solet: an, bonis sub hasta venditis, retractus admittatur? Non sequimur sententiam distinguentium: aut bona nondum sunt addicta plus licitanti, sed statim post licitationem ab extraneo factum consanguineus idem offert pretium; aut vero jam sunt decreto judicis addicta bona ei, qui plus licitatus est. Priori casu locus erit juri retractus, quia perinde est, ac si consanguineus sit inter licitatores, adeoque merito præferendus extraneo. *l. 16. ff. de bon. aut. jud. possid.* Carpz. *2. c. 31. d. 18.* Posteriori autem casu non amplius admittendus consanguineus, quia, publice & autoritate judi-

judiciale venum re exposita, debebat voluntatem suam declarare. Stephan. Grat. *disc. for.* 544. n. 50. Carpz. *d. l.* Ant. Matth. *d. l. n. 41.* *vers. quantum ad posteriorem.*

XXXVI. Non autem obtinet jus retractus *non in do-*
in donatione, Reink. *d. q. 4. n. 93.* item in *natione,*
permutatione. *d. const. Frid.* nisi 1.) pro re *nec in per-*
res alia, & simul pecunia detur, & hæc præva-*mutatione*
leat, 2.) nisi res fungibilis, quæ statim vende-*regulariter.*
tur, pro re altera detur, vel 3.) alias fraud
subsit, vid. Tiraquell. §. 1. gl. 14. num. 19.
28. & seqq. Reinking. *d. q. 4. num. 79.* &
seqq. Carpzov. 2. c. 31. d. 17. Rennem. *d.*
l. th. 17. Richt. *d. l. num. 180.* & seqq. Secus
est, si prædium quis suum retractui obnoxium,
vel pro pecunia in solutum, arg. 4. C. de
evict. l. 24. pr. ff. de pign. act. Tiraquell. de
retr. §. 1. gl. 14. n. 2. & seqq. vel in dotem
admittatum, arg. l. 10. §. si ante 4. de jur.
dot. l. 3. ff. loc. l. 5. C. de jur. dot. Tiraquell.
d. gl. 14. num. 108. dederit. Quæri so-
let de transactione? Nos retrahentein non
admittimus, quia rem suam alter transigentiu-
m est consecutus. vid. Zœf. b. n. 88. Carp-
zov. *d. c. 31. d. 17.*

XXXVII. Cæterum rem alienatam qui vult *Retrahens*
retrahere, tenetur idem pretium, de quo cum *debet idem*
extraneo initio ac vere convenit, actu & rite *prestitum*
offerre, & licet particulariter solutum fuerit,
totum; nondum vero solutum eadem, qua
convenit, ratione exsolvere, *d. const.* eadem
que pacta contractui addita præstare, & si
qua

quæ alia, ultra pretium, necessario, & ex more
recepto, ab emtore præstata, ut laudemium, bi-
bales, & similes sumptus medicos restituere, vid.
latius Gail. 2. obs. 19. Reink. q. 5. § 6. Zœf.
num. 79. & seqq. Richt. d. l. n. 112. & seqq.
add. num. 141. Sand. dec. Fris. 3. t. 5. d. 11.
Berl. concl. 41. p. 2. Deinde quoque emtori,
si jam tenuerit rem, impensæ in eam factæ
necessariæ & utiles, quas & ipsæ consanguineus
impendisset, refundendæ veniunt. d. Const.
Frid. & d. const. Elect. 32. Berlich. & alleg. d.c.
41. n. 40. & seqq. Ipse vero emtor retrahen-
ti restituere debet rem cum fructibus penden-
tibus & perceptis, post actu oblatum & rite
depositum pretium. arg. l. 2. C. de pact. int.
emt. & vendit. conf. Reink. qu. 6. Carpzov.
d. p. 2. ff. 32. d. 7.

*ac impen-
sas resti-
tuere:*

*& quidem
intra an-
num &
diem.*

XXXVIII. Retrahi res ita, adeoque & pre-
tiuin actu offerri, recusatum deponi rite, arg.
d. l. 2. secundum mores communiter fere re-
ceptos, debet intra annum & diem. Tiraquell.
§. 1. gl. 11. n. 17. & seqq. Gail. 2. O. 19. Reink.
qu. 7. Berl. d. p. 2. concl. 40. juxta jus Saxoni-
cum intra annum & sex septimanas, Const.
Elect. 32. p. 2. ibique Carpz. def. 4. Richter.
all. num. 141. Computatur hoc tempus sta-
tim a facta v. g. venditione, licet res nondum
tradita, Tiraquell. §. 1. gl. n. 20. Reink.
d. q. 7. num. 156. H. Pistor. 2. q. 12. num.
24. Carpzov. d. c. 32. d. 3. Richter. num.
141. non tamen currit hoc tempus nisi per-
fecte

fæcte negotium scientibus, Tiraquell. §. 36.
gl. 2. num. 30. Reink. d. q. 7. num. 94. 100.
 Richter. d. l. n. 147. ignorantiam vero, si præsumtio contra ipsos fuerit, probare debent, & quidem, aliis modis probandi deficientibus, juramentum imponitur. Reink. d. l. n. 117.
 Richter. d. l. n. 150. *E*seqq. Notandum porro hic est, hanc annalem præscriptionem non obesse pupillis & minoribus. Reink. d. q. 7. n. 149. Richter. all. l. n. 165. 166. *E* 167.

XXXIX. Ab exposito jam retractu linearis *Quid obser-*
seu gentilitio, indeque descendente actione, *vandum*
seu condicione ex moribus, (vid. Reink. c. ult.) *emtori, ut*
si velint tuti esse contrahentes, debet rem ven- *tutus sit ab*
diturus denunciare consanguineis. d. Conſt. au. *hoc retrac-*

Frid. E *const. Elect. 32.* qui, si consentiant,
 aut suo juri renunciant, excluduntur a jure
 retractus. *dd. text.* Quam renunciationem
 fieri quoque existimamus, si facta denuncia-
 tione dicant, se emere nolle. Dan. Moll. *in*
d. c. 32. n. 17. Carpzov. *in d. c. 32. d. 1.* nu-
 da vero scientia, rem esse alienatam, tempo-
 re præfinito non elapso, non impedit illud
 jus. Carpzov. *d. l.* Berlich. *d. 40. num. 49.*
 Jure Electorali Saxon. singulariter statutum
 est, quod post resignationem judicialem non
 sit locus juri retractus. vid. Carpzov. *d. p. 2.*
c. 31. d. 13.

XL. Denique tractandum est de rescissione *Rescinditur*
 emtionis venditionis. Rescinditur vero i.) *emtio ven-*
 re adhuc integra, h. e. re nondum tradita, *ditio i. mu-*
tu disfensu.

L. 18. ff. t. 5. que pretio soluto, mutuo scil. dissensu l. i. § 2.
 de rescind. C. qu. lic. ab emt. disced. & l. 58. ff. de pact. 2.)
 vend. § ob pacta adjecta, de quibus jam dictum, 3.)
 quando lic. ob dolum, vel etiam metum, de quibus caussis
 ab emt. re- in genere T. XXII. dicetur; denique 4.) in
 cedere. specie ob lesionem ultra dimidium per l. 2.
 2. ob pacta C. de rescind. vend. quo remedio venditor
 adjecta, tititur, si nimis primum pretium, de quo convenit,
 3. ob dolum, nec dimidiata partem veri pretii conficiat, &
 4. ob lesio- similiter emitor, si res vendita, ne quidem
 nem ultra quoad dimidium valorem, pretio soluto re-
 dimicium. spondeat. Aestimanda vero est lesio secundum
 tempus contractus, & probanda per testes &
 peritos rerum aestimatorum, aliquando juratos.
 Agitur vero alternative, ut aut a contractu
 recedatur, aut lesio resarciantur, & in rei con-
 venti arbitrio est, quid velit eligere. Si igit-
 tur venditor agat ex d. l. 2. C. de rescind. vend.
 emitor eligit, velitne rem restituere, accepto
 pretio & impensis, forte in rem factis; an, quod
 deest justo pretio, supplere. Sin vero emitor
 egerit, venditor eligit, an velit pretium super-
 fluum restituere; an vero totum pretium redi-
 dere, restituta re vendita.

Casus, qui-
 bus non ha-
 bet locum
 remedium
 ex l. 2. C. de
 resc. vend.

XLI. Non autem locum habet hoc remediu-
 um 1.) si quis sciens viliori pretio vendiderit,
 2.) si specialiter renunciaverit huic remedio,
 add. Richter. Decis. 95. n. 63. seqq. 3.) iminu-
 nis etiam est ab hac rescissione emt. venditio
 sub hasta facta, nisi singularis perfidia pro-
 betur, Carpzov. 4. Resp. l. n. 5. § 23. § de
 process.

*Process. jur. tit. 25. art. 4. Richter. Dec. 99.
num. 47. § 100. 4.) non habet locum in
hereditate vendita, arg. l. 10. § 11. ff. de her.
vel act. vend. Sande L. 3. decis. Fris. tit. 4.
def. 15.*

Add. L. 3. T. 32. I. de oblig. ex consens.
§ T. 24. I. eod. L. de emtione vendition.

TIT. XII.

DE

LOCATIONE CONDUCTIONE.

I. Locatio conductio est contractus de præ- *Locationis*
stanto certe usu rei, aut præstanda opera per *conductio*
sonæ, pro certa mercede. l. 14. l. 22. §. 1. § 2. *descriptio.*
ff. loc. cond. pr. I. eod.

II. Ineunt hunc contractum locator, & con- *L. 9. ff. t. 2.
ductor: & quidem in locatione rerum is di- loc. cond.
citur LOCATOR, qui præstat usum, qui mer- Ineunt hunc
cedem pro usu solvit, dicitur CONDUCTOR. locator &
Ast in locatione & conductione operæ distin- conductor,
guitur inter opus & operam: qui est LOCA- qui diversi-
TOR respectu operis faciendi, idem est CON- mode ita di-
DUCTOR respectu operæ; & qui est CON- cuntur.
DUCTOR respectu operis, idem est LOCA-
TOR resp. operæ vid. l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. § 2.
l. 19. §. 1. it. l. 22. §. 2. l. 36. l. 51. §. 1. ff. locat.
l. 27. §. 34. § 35. ff. ad. L. Aquil. add. l. 2. pr.
ff. ad l. Rhod. de jactu.*

III. Locantur res mobiles & immobiles. *Locantur*
l. 48. §. 1. loc. cond. it. operæ, quæ a persona res ac opere.
præstantur, scil. mercenariæ, vid. l. 5. §. 2. § 5
l. 7. ff. de P. V.

*Pro usu rei,
aut opera,
præstanda
merces.*

IV. Pro usu rei vel pro opera personæ solvitur certa merces §. 2. f. I. quib. mod. re contr. obl. pr. I. loc. cond. quæ regulariter consistit in pecunia numerata. d. pr. I. b. t. l. 5. §. 2. ff. de P. V. propter commodiorem tamen contrahendi modum receptum est, ut usus rei, in qua fructus nascuntur, locetur certa fructuum illorum annua quantitate. l. 8. l. 21. C. loc. cond.

V. Forma hujus contractus consistit in cōfensiū de concedendo usū rei, aut præstāndā opera, pro certa mercede. d. pr. I. b. t. l. 14. ff. loc. cond. Solet sēpius locationibus rerum certum tempus præfigi. l. 14. l. 24. §. 2. ff. loc. cond. Si vero dominus prædii conductor rem ultra tempus definitum in fundo permanere patiatur, locatio tacite continuata censem tur. l. 13. §. fin. l. 14. ff. loc. l. 16. C. eod.

VI. Ad contractum locat. conductionis etiam pertinet contractus ammodiationis, quem hodie vocant Gallica voce, quo nimiri reditus alicuius provinciæ æstimantur, & conductori percipiendi conceduntur, certo pretio seu mercede constituta. add. Besold. thes. præf. voc. *Ammodiren.*

VII. Oritur ex loc. conductione obligatio mutua, utrinque principalis, ut sc. locator & conductor sibi invicem præstent, quod in contractum est deductum, & de quo convenit. l. 21. ff. loc. cond.

*Aliquando
tacite hic
contractus
continuatur*

*Similis est
loc. cond.
ammodia-
tio.*

*Obligatio
mutua ex
loc. cond.*

VIII. In specie locans rem, ejusve heres, *Locantis* præstare debet, ut ista re commode conductor uti possit *l. 15. §. 2. in f. loc. v. gr.* ædes sartas tectas tradere, ostia, fenestras, tecta, aliaque necessaria reficere. *l. 25. §. 2. locat.* exceptis iis, quæ ipse conductor sua culpa corrupit. *l. 29. C. cod.* Et porro, quicquid contractus lege expressum. *l. 21. l. 25. §. 3. ff. loc. l. 19. C. cod.* vel ipsi negotio tacite inest. *l. 24. §. 4. inf. ff. eod.*

IX. Operarum autem suarum locator fide- *Locantis* liter eas præstare debet, & quidem ab artifice *operas oblī-* exactissima diligentia exigitur. *arg. l. 25. §. 7. gatio.*
ff. loc. cand.

X. Notandum hic est, quod certis casibus *Aliquando* conductor a conductione recedere, & locator *locator ex-* conductorem, ut migret ante conductionis *pellere pa-* tempus finitum, adigere possit. Ita locator *test condū-* *atorem.* invito conductore a contractu recedit, si 1.) ex superveniente necessitate ædes reficiendas, aut propriis usibus necessarias esse probaverit. *l. 3. C. locat.* si modo tempestive inquinatum admoneat, ut de alia domo sibi prospicere possit *arg. l. 17. §. 3. ff. commod. autoritate ju-* dicis, si opus est, adhibita; *arg. l. 176. d. R.* J. Christin. ad LL. Mechlin. *t. 8. art. 18.* *num. 7.* non vero sufficit, eam necessitatem allegari a locatore, sed probari legitime debet, Faber *ad C. lib. 4. t. 42. def. 51.* Carpzov. *p. 2. c. 37. d. 6. n. 9. seqq.* ubi hoc extendit, contra Sichardum & Dd. communem sententiam,

ad fundos locatos: quæ tamen extensio propter manifestam rationis disparitatem vix admittenda erit, 2.) si male in ædibus versetur conductor, d. l. 3. C. locat. 3.) si merces non solvatur. d. l. 3.

Aliquando & condullocum a contraria licet refilire.

XI. Conductor vero justam resiliendi & emigrandi, aut remissionem pensionis impertrandi caussam habet, si inopinatum aliquod damnum obvenerit. l. 27. §. f. ff. loc. l. 13. §. 7. eod. junct. l. 33. ff. de dam. inf. ut sunt in ædibus, si dominus ruinam iminetur; it. si spectris infestetur; arg. d. l. 27. §. f. ff. locat. in prædiis vero rusticis impetus hostium, vis fluminum, & fructuum magna sterilitas. l. 8. & 18. C. eod. cujusmodi casus prudentis judicis arbitrio relinquuntur.

Obligatio conductoris.

XII. Conductor rei, ejusque heres, obligatur 1.) ut mercedem solvat, licet deseruerit rem sine justa caussa. l. 55. §. ult. ff. loc. 2.) debet re, ut bonum patrem fam. decet, uti, l. 3. C. loc. cond. & damna, dolo culpaque ejus evenientia, resarcire. l. 28. C. loc. de casu vero fortuito non tenetur, d. l. §. 3. I. de loc. cond. nisi aliter convenerit. l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. ff. locat. quo etiam pertinet, si oves & vaccæ ferreæ (*eiserne Schafe oder Kühe*) locatae sint, nimis. quod in locum demortuarum conductor alias substituere debeat: cujusmodi contractus Socida ab Italis appellatur. vid. Tabor tract. de jur. Socidæ.

Obligatio locantis operas.

XIII. Obligatio locantis operas, seu conductentis opus, consistit in præstatione istarum ope-

operarum promissarum l. 25. §. 7. loc. cond. & conductor operarum, seu locans opus, obligatus est, ut mercedem solvat pro opera. l. 30. §. penult. ff. eod.

XIV. Ad persequendum, quod ex obliga- *Actio locati*
tione mutua conductor locatori, & vicissim *conducti*.
locator conductori debet, datur quoque actio.
mutua locati conducti, qua locator adversus
conductorem agit, ut mercedem solvat, & rem
finita locatione restituat: & vicissim condu-
ctor adversus locatorem, ut usum rei, vel o-
peras præstet, opus conficiat, & damna re-
ficiat.

XV. Tandem sciendum, quod successor *Emtor non*
singularis, v. g. emtor, non sit obligatus, ut *tenetur ser-*
vare loc. servet locationem, a venditore contractam. *cond. a ven-*
l. 9. C. locat. l. 25. §. 1. ff. eod. quia scil. emtor *ditore ini-*
dominus rei est, nec conductor ullum jus in *tam*.
re habet, sed solum personam locatoris obli-
gatain habet, adversus quam ad interesse agere
potest. l. 24. §. 4. *inf. l. 25. §. 1. l. 30. §. 1. l. 33.*
ff. loc. Quod tamen limitandum est 1.) si con-
ductor sibi de hypotheca prospexerit in re con-
ducta, quo casu iste emtore potior est, usque
dum conductio finita. Coler. p. 1. d. 8. n. 18.
Carpz. p. 2. c. 37. A. 4. § 5. Sandel l. 3. *decis. Fris.*
t. 6. d. 1. § 7. 2.) nisi ea lege emerit, quod ve-
lit stare, cui prior dominus locavit, uti sunt
verba l. 9. C. *de loc. cond.*

Addat. L. 3. T. 25. I. d. loc. § *conduct.*

TIT. XIII.

DE

CONTRACTU EMPHYTEUTICO.

*Contractus
emphyteu-
tici descri-
ptio.*

I. Contractus emphyteuticus est de concre-
denda ipsa rei immobilis quodammodo pro-
prietate, ejusque plenissimo usu, ut melior res
reddatur, ac certus canon domino superiori in
recognitionem solvatur. §.3. I. de loc. & cond.
l. i. & seqq. C. de jur. emphyt.

*Personae
contrahen-
tes, & res,
de quibus
contrahi-
tur.*

II. Ineunt hunc contractum dominus &
emphyteuta de domo agrove, uti jam supra
expositum Lib. II. Tit. XII. aph. 4. & 7.

III. Forma hujus contractus consistit in
consensu de ipsa re, ita ad usum plenissimum
concedenda, sub conditione praestandi cano-
nis, & sepius solet super hac re scriptura con-
fici, (*Ein Erb-Zins-Brief*) l. i. verb. scriptura
interveniente C. de jur. emphyt.

*Mutua obli-
gatio ex hoc
contractu.*

IV. Oritur ex hoc contractu mutua obli-
gatio, utrinque principalis. Dominus scil.
tenetur rem & plenissimum usum concedere,
imo & dominium aliquod, quod utile vocant
d. text. emphyteuta vero obligatur, ut domi-
num recognoscat, & canonem solvat; nec
ipsum excusat, si casus fortuitus circa fructus,
vel etiam circa rem, evenerit: quia scil. non
solvit mercedem, fructibus proportionatam,
vid. l. i. C. de jur. emphyt. excipitur i.) ca-
sus, quo propter bellum hostiumve incursum,
emphyteuta fundum plane non potuit colere.

Carpz.

Carpzov. I. resp. 91. 2.) si pensio tanta sit, ut fructibus fere respondeat. Clar. L. IV. §. emphyteusis. q. 8. n. 7. & seqq. Gail. 2. O. 23.

V. Ad persequendum, quod ex hoc contractu debetur, datur actio ex contractu emphyteutico, qua nim. emphyteuta agit, ut res tradatur, & usus praefletur; dominus vero, ut canon, & certis casibus laudemium, (*das Lehn-Geld*) solvatur. (vid. d. II. Tit. XII. aph. 10.

Add. L. 3. T. 25. §. 3. I. d. loc. & cond.

TIT. XIV.

DE SOCIE TATE.

I. Societas est contractus de re aut opera *Societatis* conferenda, ut lucrum & damnum, inde veniens, sit inter conferentes commune. *L. 17. ff. t. 2.*

II. Inire possunt hunc contractum, qui consentire queunt, & qui bonorum suorum administrationem habent. vid. Felicius *tr. de tes. societ. c. 3. & seqq.* *pro socio. Personae contrahentes.*

III. Alia societas est universorum bonorum; alia certae alicujus negotiationis; alia rei singularis. *l. 5. pr. ff. profoc. pr. I. de societ. universorum bonorum iterum alia est tam rum bonorum presentium, quam futurorum, de qua in §. 4. rum.* *I. d. t. l. 3. §. 1. ff. eod. alia praesentium tantum, qualis in dubio intelligitur. l. 7. 8. 9. ff. profoc.* Differunt, quod haec tantum continet, quae in questu sunt, & ex ipsa societate

Aa 5 pro-

proveniunt, nec adventitia lucra comprehen-
dat. *d. l. 7. seqq. ff. pro soc. l. 67. §. si unius. i. ff. eod.*
vid. Anton. Faber. *ad C. L. 7. t. i. d. 29. n. 3.*
Carpzov. p. 3. C. 15. d. 45. n. 3. illa vero omnia,
undecunque & ex quaçunque causa alteri so-
ciorum obveniant, communicanda includat.
d. l. 3. §. i. l. 73. ff. pro soc.

**Forma se-
cūtatis.**

IV. Forma hujus contractus in genere con-
sistit in consensu de re & opera conferenda,
lucri & quæstus causa. *l. 32. l. 71. ff. pro soc.*
Exprimitur iste consensus vel expressis verbis,
l. 4. pr. d. t. vel ipsa rerum collatione ex propo-
sito ineundi societatem. *d. l. 4. pr. l. 44. ff. pro soc.*

**Obligatio
mutua so-
ciorum.**

V. Oritur hinc obligatio mutua sociorum,
utrinque directa & principalis, 1.) ad confe-
renda bona, & operam promissam adhiben-
dam, 2.) in administratione bonorum collato-
rum: quo etiam pertinet, quod socius socio
teneatur ad inventarii confectionem, & quod
damna, dolo aut culpa data, præstare debeat.
Sufficit tamen, talem diligentiam communis
bus rebus adhibere socium, quem suis rebus
adhibere solet, & qui parum diligentem so-
cium sibi assunxit, de se queri, sibiique hoc im-
putare debet *§. ult. I. de societ.* at casum for-
tuitum socius non præstat. *l. 52. §. 3. ff. pr.*
soc. Præterea impensas socius socio tenetur
restituere *l. 38. §. i. ff. pro soc.* Denique 3.)
obstringitur socius socio ad lucrum communi-
candum, vel ad damnum participandum *l.*
29. §. fin. ff. pro soc. Sunt vero partes lucri &
damni

damni vel speciali conventione expressæ; & hæ servandæ sunt *l. 29. pr. ff. pro soc. §. 1. I. eod. add.* Felicius *d. tr. de societ. c. 17. num. 13. seqq.* vel non sunt expressæ; & tunc secundum proportionem Geometricam, nimir. fortis ratione & operæ illatæ, fit divisio lucri: & similis proportio etiam observatur in damni partitione. vid. H. Pistor. *l. 3. q. II. Carpzov. p. 2. C. 30. d. 38. num. 4. Mevius ad jus Lubec. l. 3. t. 9. a. 1. n. 5. 6. & 7. vid. hac de re uberior Exerc. nostr. ad Pand. XXII. thes. 30. & seqq.*

VI. Ad obtainendum, quod ex hac obli-*Actio pro gatione* debetur, datur actio pro socio, qua*socio.* nimir. socius contra socium agit, ut res co-
municentur, similiter & lucrum communice-
tur, & rationes reddantur, *l. 73. & 74. l. 65.*
§. pen. l. 43. l. 32. ff. pro soc. ut & post finitam
societatem datur judicium communi dividun-
do. *l. 1. ff. comm. divid.*

VII. Dissolvitur societas vel ratione rerum, *Dissolvitur* vel personarum. Ratione rerum societas qui*societas ra-*dem particularis finitur negotio isto finito,*tione vel re-* cuius gratia societas contracta, *§. 6. I. de so-*ciet. similiter & societas universalis, si bona amittantur. *§. 7. I. eod.* Ratione persona-*vel persona-*rum finitur 1.) morte socii, saltem unius,*rum,* neque enim societas in heredes transit *l. 4.*
§. 1. l. 35. l. 52. §. 9. ff. pro soc. etiamsi ita convenerit. *l. 59. pr. b. t. 2.) pœnitentia, &* quidem vel mutuo dissensu, *l. 64. b. t. vel* unius

unius renunciatione invito altero §. 4. I. *de societ.* l. 4. §. 1. ff. *cod.* quæ tamen renunciatio tempestive & re integra fieri debet. d. §. 4. *Inst. de societ.* l. 65. §. 4. 5. §. 6. ff. *pro socio.*

Socius gau- VIII. Circa societatem adhuc notandum
det beneficio venit 1.) quod socius habeat beneficiū
competentie competentiæ, h. e. quo non in solidum, sed
in quantum facere potest, socio condemnetur.
acquirit so- §. 38. *I. de action.* l. 63. *pr. pro soc.* 2.) quod
cii, eosque socii sibi invicem acquirant, & obligent sibi
obligat. alios. *vid. l. 9. C. si cert. pet.* Felic. d. tr. c.
30. n. 40. 3.) quod ex contractu unius so-
cii cæteri quoque obligentur, si nimir. se-
cundum formam societatis initæ contraxerit.
l. 27. §. 82. ff. *pro soc.* competit tamen ipsis be-
neficiū divisiōnis. Diff. Carpzov. p. 2. c.
17. d. 12. add. Mevius *adjus Lubec.* l. 3. t. 9.
aph. 6. n. 4.

Add. *Lib. 3. Inst. t. 26. de societ.*

TIT. XV.

DE MANDATO.

- Mandati-* I. Mandatum est contractus, quo aliquid
definitio. gerendum commissum gratuito suscipitur. §.
L. 17. ff. t. 1. II. §. ult. *I. de mand.* l. 1. §. 4. ff. *mand.*
- mand. vel* II. Ineunt hunc contractum mandans, &
contra. procurator seu mandatarius, fidem dans de-
Personæ re mandata exequenda. l. 7. l. 8. *pr.* l. 28.
contrahen- *mand.*
- Negotia,* III. Committuntur negotia gerenda seu
quæ com- facta. Est vero mandatum aliud generale
mittuntur. quod

quod ad omnes causas, omniaque negotia pertinet: vel speciale, quod ad certainam causam datum est, l. i. §. i. l. 60. ff. de proc. l. ii. §. ult. ff. de pign. action. Et sunt quædam, quæ per quodvis generale mandatum expediri non possunt, sed speciali opus habent mandato, veluti si agatur de adeunda hereditate, l. 25. §. 5. ff. de acquir. her. de in integrum restitutione minorum; l. 25. §. i. ff. de minor. de vendendo & alienando; l. 63. ff. de proc. de debiti remissione; l. 12. & 13. ff. de pact. de transigendo; l. 60. ff. d. proc. l. 7. C. de transact. de juramenti præstatione. l. 17. §. ult. ff. de jurejur. vid. Faber. ad C. l. 4. t. i. d. 38. n. i. Carpzov. p. i. c. 12. d. 12. Berlich. p. i. concl. 29. n. 24. & seqq.

IV. Mandatum generale iterum aliud est *Mandatum simplex*, cum simpliciter demandata est omni-^{generale} rerum administratio, l. 60. & 63. ff. de libera, aliud ^{aliud est sine} proc. aliud, quod vocant, cum libera, cum generaliter ad omnia negotia mandatum quis habet, inserta clausula hac, ut omnia possit agere liberrime, & quæcunque ipse dominus, si præfens esset. l. 60. §. f. ff. mand. l. 58. ff. de proc.

V. Cæterum rei turpis & prohibitæ man-^{Rei turpis} datum nullum est, l. 6. §. 3. ff. mand. §. 7. I. ^{mandatum est nullum.} mand. sed tam mandans, quam mandatarius, ad pœnam obligantur, si mandatum fuerit impletum l. 5. C. de accusat. l. 15. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. ii. §. 3. ff. de injur. l. 169. de R. I. nec mandatarius contra mandante habet actionem. §. 7. I. mand. Gail. 2.

*O. 39. num. 15. Clarus 5. sent. §. fin. q. 89.
S ibi Sichard. in not. Carpzov. p. 4. C. 14.
d. 6.*

Forma mandati. VI: Forma mandati consistit in consensu mutuo super negotio, quod quis gratis gerendum suo nomine committit, & alter ita commissum suscipit, *l. 8. §. 1. ff. de procur.* Mandare igitur est committere negotium aliquod gerendum, & quidem gratis seu ex officio & amicitia. *l. 1. §. ult. ff. mand.* admittitur tamen gratuitæ operæ voluntaria remuneratio. *l. 6. pr. mand.* suscipiturque mandatum principaliter solius mandantis contemplatione, quainvis non omnis utilitas, quæ ex suscepto negotio resultat, semper ad eum spectet. *l. 2. ff. mand.*

Differentia mandati a consilio. VII. Differt mandatum a consilio in eo, quod, qui mandat, petit, rogat & urget ut suscipiatur, quod mandatum est: qui vero consilium dat, arbitrio ejus, cui dat, rem permittit; neque, utrum fiat, nec ne, curat, aut ejus interest; quare nec ex eo obligatur, etiamsi non bene cesserit, modo non fraus subsit, aut promissio indemnitatis. *l. 47. de R. I. l. 2. §. ult. ff. mand. §. 6. I. eod. l. 2. de proxen.*

Obligatio principalis mandatarii. VIII. Principaliter ex hoc contractu obligatur mandatarius seu procurator: cuius officium consistit in eo, 1.) ut mandatum b. fide, ac diligenter exequatur; *l. 46. §. 4. ff. de proc. l. 10. pr. ff. mand. l. 22. §. f. l. 35. l. 60. §. ult. eod.*

cod. & imprimis curet, ut ad præscriptum agat, nec mandati fines egrediatur. *l. 5. pr.* *cod.* nam si excescerit, non id, quod mandatum est, sed aliud facere videtur. *l. 33. ff. eod.* add. *Men. 2. arbitr. Jud. quæst. 352. num. 3.* *Carpzov. p. 2. C. 20. d. 11.* *¶ 12.* quod tamen fano sensu intelligendum est, ut ne fines mandati excessisse dicatur, qui ea fecit, quæ tacite ipse mandato inerant, vel sine quibus illud exequi non poterat. *arg. l. 56. ¶ 62. ff. de proc.* aut qui id fecit, quod æquipollit ei, quod in mandatis accepit, ut domini nihil interstit. *l. ult. §. ult. ff. mand.* Regulariter mandatum suscepturn alteri demandari non potest, cum plerunque industria personæ eligatur: aliquando tamen hoc licet, cum primis si clausula substitutionis mandato sit addita. *Obligatur 2.) mandatarius, ut negotio peracto, quicquid per causam & occasionem mandati consecutus fuerit, id mandanti ex bona fide restituat. l. 20. pr. l. 10. §. 2. ¶ 3. l. 45. pr. l. 8. §. 5. ff. h. t.*

IX. Ad persequendum id, quod ex hac ob- *Actio man-*
ligatione debetur, datur actio mandati direc- *dati direc-*
ta. *¶ 1a.* mandanti & ejus heredi, contra mandatum, ejusque heredem, *l. 8. §. 6. ff. mand.* & condemnatus ex illa ob dolum, fit infamis. *l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* Quod si plures mandatum in se susceperint, singuli in solidum tenentur: ille vero prius convenitur, qui gessit.

Obligatio secundaria mandantis. X. Secundario & contrario modo obligatur mandans mandatario, ut, finito mandato, indemnem servet mandatarium, eique restituat, quicquid illi per caussam mandati abest. *l. 10. §. 9. l. 12. §. 7. l. 27. §. pen. ff. mand.*

Actionem mandati contra ria. XI. Inde datur actio contraria, quæ mandatarius experitur contra mandantem, ut ipsum indemnem præstet, v. gr. impensas restituat. *dd. text.*

Quomodo finiatur mandatum. XII. Finitur aut solvitur mandatum 1.) contrario consensu mutuo. *§. ult. l. quib. mod. toll. obl.* 2.) tempestiva mandatarii renunciatione, h. e. si ita renuncietur, ut mandatori eandem rem per alios exsequendi causa sit integra. *l. 22. §. ult. ff. mand.* aut aliqua iusta caussa intervinetur, ut renunciare tempestive non potuerit: ut sunt adversa valetudo, vis hostium, capitales inimicitiae. *l. 23. 24. 25. 27. §. 2. seqq. ff. mand.* 3.) contramandato, ut vocant, i. e. ipsius mandantis revocatione. *l. 12. §. pen. l. 15. ff. mand.* cum enim solius mandantis gratia mandatum suscipiatur, is hoc quandocunque revocare potest, modo id fiat re integrâ. *§. 9. l. mand.* aut mandatarius indemnis servetur, *l. 15. ff. mand.* 4.) morte alterutrius *§. 10. l. d. t. l. 26. pr. l. 27. §. 3. l. 57. ff. mand.* *l. 15. C. eod.* sic ut post mandantis mortem nec ipse procurator teneatur exequi mandatum, nec heredes mandatoris obligentur ratione ejus, quod a defuncto mandatum erat, & post mortem ejus impletum. *l. 26.*

I. 26. pr. l. 34. §. f. ff. mand. si tamen per ignorantiam impletum est, actio utilitatis, seu æquitatis causa competit. d. l. 26. pr. §. 10. I. h. t. Similiter nec mandatarii heredes post ejus mortem mandatum exequi tenentur, eo quod ipse tantum personam ex amicitiae & officii ratione, non etiam heredes suos post mortem obstrinxisse, ejusque solius industriam & fidem mandato spectasse intelligatur.
I. 57. ff. mand.

Add. L. 3. T. 27. I. mandati.

TIT. XVI.

DE

CONTRACTU CHIROGRAPHARIO.

I. Contractus, qui literis initur, seu chirographarius, est, quo quis scriptura obligatur *chirographarius* ad rem fungibilem solvendam ei, cui quis ille debet *scriptio* lam se debere, & accepisse scripsit. tot. tit. I. de liter. obl.

II. Ineunt hunc contractum creditor ac debitor, qui vel pecunia v. gr. vere numerata, vel contrahensaltim spe numerandæ, cautionem scripsit, & creditori tradidit. d. text.

III. Celebratur hic contractus, perinde ut *Res, de qua* mutuum, super rebus fungilibus d. t. J. de lit. *contractus* *obl. Et tot. tit. C. de non num. pecun.* *initur.*

IV. Forma consistit in eo, ut quis scripto, *Forma.* alteri mutuo consensu tradito, confessus sit, se ab illo certam quantitatem accepisse. d. tit. I. de lit. obl. verb. *scriptura obligetur. Et §.* ult. I. de obl.

*Obligatio
indeveni-
ens & actio.*

V. Obligatio igitur ex ista scriptura, quæ chirographum dicitur, consistit in eo, ut quis debeat reddere in eodem genere ac bonitate pecuniam, aliamve rem fungibilem, quam se accepisse literis expressit. *dd. text.* & datur inde condicō certi, seu ex chirographo. *d. tit.*

I. verb. nascatur condicō.

*Competit
vero debi-
tori exce-
ptio non
numerata
pecunia in-
tra bienni-
um.*

VI. Competit tamen debitori intra biennium exceptio non numerata pecuniae: & tunc onus probandæ numerationis creditor i incumbit. *l. 3. C. de non num. pecun. l. 10. l. 14. eod.* post biennium autem confitentem chirographum obligat, adeo ut non amplius queratur, an numeratum sit, sed ita scriptum esse sufficiat: nisi ipse debitor, numeratam non esse pecuniam, probare velit, quæ probatio etiam post biennium admittitur. *add. Rebuf. ad Constat. Reg. in proæmio. gloss. 5. num. 58. & de chirographo art. 2. num. 68. Gudelin. de jur. noviss. l. 3. c. 6. in f. Joh. a Sande l. 1. defin. Fris. tit. 8. d. 3. Carpzov. p. 1. c. 8. d. 17. & c. 31. d. 65.*

*Chirogra-
phum habet
paratam
executio-
nem.*

VII. Eiusmodi chirographum in judicio productum aut recognoscendum, aut jurato diffidendum est, & paratam habet executionem: nec contra illud alia exceptio, nisi ista, quam jam diximus non numerata pecuniae; item solutionis; compensationis; novationis; pacti de non petendo; transactionis, aut etiam simulationis, admittitur: & quidem hæ exceptiones in continenti probari debent.

bent. Argent. ad constit. Britann. art. 173.
g. i. in f. Imbertus *instit. forens. l. i. c. 35.*
in verb. tradendi. Sande *d. loc. def. in m.*
 Matth. *Celerus de proc. Exec. p. 4. c. 2. num.*
 17. Berlich. *p. 1. concl. 84. num. 79.* Carpz.
l. 2. Resp. 91.

VIII. Cautionibus seu chirographis oppo- *Chirogra-*
 niuntur apochæ seu securitates, *Quittungen pbis oppo-*
 quibus quis solutionem debiti fatetur. *His nuntur a-*
 itidem potest opponi exceptio non numer.
 pecun. intra 30. dies; post quorum lapsum
 non amplius quis admittitur, licet, sibi non
 esse solutam pecuniam, probare velit. *l. 14.*
§. 1. & 2. C. de non. nump. pec. Carpzov. *l. 2.*
Resp. 90. n. 12. & 13.

Add. Lib. 3. Tit. 22. I. d. literarum obli-
 gationibus.

T I T. XVII.

DE

CONTRACTIBUS INNOMINATIS.

I. Cum ob varietatem negotiorum non *Contractu-*
 possint omnes contractus certis includi can- *um innomin-*
 cellis; ideo contractus quidam relicti sunt *natorum*
 innominati, seu adeo certis limitibus non de- *descriptio;*
 finiti, habentes tamen in se negotium aliquod
 civile. *l. 1. pr. l. 3. ff. de P. V. l. 1. §. 2. ff. de*
rer. perm. l. 1. pr. ff. de aestim. action.

II. Non autem possunt quedam negotia *distributio.*
 contractibus nominatis accenseri, vel quod
 incertum ac dubium sit, quis contractus sit

celebratus, vid. d.l. i. pr. de æstim. act. vel quod varium subsit negotium, quod uti conventum & gestum est, narratur, vid. l. i. § l. 22. ff. de P. V. Prioris generis sunt exempla contractuum in l. 10. l. 17. §. 2. l. 23. de P. V. & in specie contractus æstimatorius d. l. i. ff. de æstim. act. Posterioris vero generis sunt contractus do ut des; do ut facias: facio ut des; facio ut facias.

*Contractus
æstimatorii
descriptio.*
L. 19. ff. t.
3. De æsti-
matoria.

*Actio æsti-
matoria.*

*Contractus
dou ut des de-
scriptio.*
L. 19. ff. t.
4. De re-
ruin per-
mutat.

*Quo etiam
pertinet
cambium.*

III. Contractus æstimatorius est, quo alicui certa res, præfinito certo pretio, vendenda traditur, ea lege, ut ea vendita pretium restituatur, vel, si non fit vendita, res incorrupta reddatur, vid. Carpzov. I. *Respons.* 106.

IV. Datur ex hoc contractu actio præscripsis verbis, quæ in specie æstimatoria dicitur, rub. § l. i. pr. ff. de æstim. act. §. 28. l. de act. & competit ei, qui rem æstimatam vendendam dedit, contra eum, qui accepit, ad hoc, ut ipsa res reddatur, vel ejus æstimatorio præstetur.

V. Contractus do ut des, seu permutatio, dou ut des de- est, quo certa res vel species, pro alia certa re vel scriptio. specie, in alium transfertur. l. i. ff. de rer. perm. l. i. §. i. ff. de contr. emt.

VI. Est & singularis permutationis genus, quod in pecunia numerata consistit, & cambium dici solet, (*ein Wechsel*) quo nimis. ita permutatur pecunia, ut pro pecunia alio certo loco æquivalens, interveniente aliqua mercede, detur. vid. Johan. Martin. *Vogt. tract. de camb.* Marquard. *de jur. mercat.* l. 2. c. 12.

VII. Contractus do ut facias est, quo contractus
venit, ut, data certa re vicissim aliquid fieret, *do ut facias*
L. 5. §. 2. de P. V. Renneim. Jurispr. Romano- *descriptio.*
Germ. m. 3. D. 28. p. tot.

VIII. Differt hic contractus a locatione: *Hujus differ-*
quod in ista merces pro opera consistat in pe-*rentia a loc.*
cunia numerata, & non pro quolibet facto,
sed pro eo, quod locari solet, præstetur.

IX. Referri hoc solet contractus, cuius fit spectat *buc*
mentio in *l. un. C. de suffrag.* quo nimis *suffragium.*
quid datur, ut negotium alicujus apud Pri-
cipem commendetur, de quo legas *Tabor.*
tr. de suffrag.

X. Pertinet hoc etiam assecuratio, quæ est *Refertur*
contractus, quo præmium datur, ut quis sus- *buc etiam*
cipiat periculum mercium, alio transvehen- *asscuratio.*
darum. add. Grot. *de jur. B. & P. l. 2. c. 12.*
n. 23. Marq. d. tr. 3. c. 13.

XI. Præterea contractibus innominatis ac- *concessio sa-*
censetur quodammodo concessio salinarum, *linarum.*
quæ fit Hallæ, cum primis in salinis mensæ Ar-
chiepiscopali destinatis, sib præstatione certi-
quasi canonis, qui fere est estimatio materiæ,
ex qua sal coquitur, habita tamen quadam
ratione impensarum; vulgo *um die Aus-*
lauffte. vid. *Regiments-Ordn. Ertzbischoff*
Ernst. d. A. 1479. tit. die weilgutes. & seqq.
Heig. 1. quest. 14. Besold. tb. pract. voc.
Saltz-Pfann. Hohendorff. Saltzgraphius Hal-
lenfis eleg. tract. Herold. tract. de jur. re-
present. & transpos. c. 5. concl. 4. Ellen-
B b 3. Berger

berger in *Disputat. de jure salinarum*, sub
meo præsidio Jenæ habita.

Contractus
facio ut des
descriptio.

XII. Contractus facio ut des est, quo con-
venit, ut, cum ego aliquid facerem, tu certam
rem mihi dares, l. 5. §. 3. ff. de P. V.

Contractus
facio ut fa-
cias descri-
ptio.

XIII. Denique contractus facio ut facias est,
quo placuit, ut cum aliquid fecerim, viciissimi
etiam aliquid facias. l. 5. §. 4. de P. V.

Ex contra-
ctibus in-
nominatis
datur actio
P. V.

XIV. Ex hisce contractibus innominatis da-
tur actio præscriptis verbis, inde ita dicta,
quod non constet certa formula, sed nego-
tium disertis verbis, prout gestum erat, ex-
primatur: unde etiam actio civilis in factum
dicitur. l. 1. §. 1. § 2. § l. 22. ff. d. P. V.

L.9. ff. t.5. Datur hæc actio ad hoc, ut contractus fides
de præscr. servetur, vel præstetur id quod interest. l. 7.
verb. & in
factum
act.

§. 2. de pact. l. 1. 2. 3. 5. §. 1. § 5. l. 7. l. 8.
l. ult. ff. de P. V.

In contra-
ctibus inno-
minatis lo-
cus est pœni-
tentia.

XV. Cæterum antequam ab altera parte
etiam contractui sit factum, potest is, qui
a sua parte implevit contractum, pœnitere, &
datum repetere. l. 5. ff. de condic. caus. dat.
caus. non sec. Carpzov. p. 2. C. 33. d. 23. inf.
Marquard. d. tr. l. 2. c. 12. Grot. introd. in
jus Belg. L. 3. c. 6. in f. a qua sententia rece-
dunt Gomez. var. resol. tom. 2. c. 8. n. 3. Man-
tica. de tacit. § ambig. convent. l. 1. t. 8. n. 17.
§ seqq. Rutg. Ruland. Consil. von Erle-
gung einiger schweren in Affecuration-Sachen
vorgestellter Fragen.

TIT. XVIII.

DE:

QUASI CONTRACTIBVS.

I. Quasi contractus est, quando ex ipso *Quasi contracto* lex civilis consensum inducit, indeque *tractus de scriptio.* alter alteri obligatur.

II. Cum enim in hisce negotiis non sit ex *Forma*, pressus consensus, & tamen æquitas dicitet, ut inde obligatio confluatur, lex ipsa ex facto consensum colligit. *l. 16. ff. de neg. gest. l. i. §. 6. ff. de const. pcc.* & opponitur contractui vero, h. e. expresso consensu celebrato.

III. Ejusmodi I.) est negotiorum gestio, *Negotiorum quæ est quasi contractus,* quo quis, sine man-*gestionis de-*
dato negotia alterius utiliter gerendo, se ad *L. 3. ff. t. 5. rationem de iis reddendam, & vicissim alte-* *de negot.*
rum sibi ad restituendum id, quod impensum, gest.
adstringit l. 2. l. 10. §. 1. ff. de neg. gest.

IV. Intercedit hic qs. contractus inter ge- *Personæ storem & dominum ignorantem, seu absens,* *contrahen-*
tes. seu præsens fit, *l. 41. de neg. gest.*

V. Forma hujus contractus consistit in ipsa *Forma*. gestione absque ullo mandato, seu expresso
seu tacito, suscepta, *d. l. 2. & 41. de neg.*
gest.

VI. Inde oritur obligatio gestoris, ut scil. *Inde oriens* negotium suscepsum exequatur, & quidem *obligatio.* diligenter, vid. *§. 1. inf. l. de obl. quæ qs. ex*

contr. nasc. l. 23. d. R. I. unde gestor tene-
tur domino ad rationes reddendas, & resti-
tuendum omne id, quod ex gestione ad illum
pervenit, aut pervenire potuit, ut & resarc-
ienda daonna, quavis culpa evenientia. l. 8. §.
i. l. 19. §. 4. ff. *de neg. gest.* quandoque &
casum præstare tenetur gestor, nim. si negoti-
tium periculi plenum subierit, quod non sit
solitus facere dominus. l. 11. *de neg. gest.*
Quodsi in quibusdam lucrum factum fuerit,
in quibusdam damnum, absens compensare
lucrum cum damno debet. d. l. 11. Si pecunia
aliena negotiū gestum sit, lucri etiam
omissi ratio sic habebitur, ut & gestor ad usu-
ras totius temporis, quo pecuniam alienam
exercuit, obligetur, & periculum quoque no-
minum, quæ contraxit, ipsem agnoscere
teneatur; nisi post contractum, cum ante sa-
tis locupletes essent debitores, casibus fortui-
tis suas fortunas ita amiserint, ut amplius
solvendo non sint. l. 24. C. *de usur.* l. 37.
§. 1. ff. *d neg. gest.* imo & ipse gestor, si pecunia
domino debeat, a se quoque eam exi-
gere jubetur. l. 6. §. fin. l. 35. l. 38. ff. *de neg.
gest.* Interdum in neg. gest. actione dolus
solummodo versatur: nam si affectione co-
actus, ne bona mea distrahantur, negotiis te-
meis obtuleris, æquissimum est, dolum (*&*
latam culpam) duntaxat te præstare l. 3. §. 9.
do negot. gest.

VII. Datur hinc actio directa domino, ejus- *E actio di-*
 ve heredi, contra gestorem, ejusve heredem; *recta.*
 ut ea præstet, ad quæ ipsum obligatum dixi-
 mus, l. 2. l. 3. pr. §. 7. de neg. gest.

VIII. E contrario obligatur etiam domi- *Obligatio*
 nus gestori ad restituenda damna & impensas, *secundaria*,
 necessarias & utiles l. 10. pr. l. 17. l. 25. ff. de *ac inde ve-*
neg. gest. & inde datur gestori contra domi- *nens actio*
 num actio contraria. *contraria.* d.l.2.

IX. 2.) Administratio tutelæ, quæ est quasi *II. Admini-*
 contractus, quo tutor ad personam & res pu- *strationis*
 pilli fideliter gerendas obligatur. §. 2. I. de *tutela de-*
obl. quæ qs. ex contr. nasc. vid. supr. lib. I. tit. *scriptio.*
de tutel 16. § seqq.

X. 3.) Rerum singularium communium *III. Rerum*
 administratio, quæ est quasi contractus, quo *communium*
 duo pluresve in societatem præter voluntat- *administra-*
 tem incident, & sibi invicem ad res commu- *L. 10. ff. t. 3*
 nes dividendas, & ad personales quasdam commun.
 præstationes obligantur. l. 1. l. 4. §. 3. ff. comm. divid.
divid.

XI. Oritur ex hoc quasi contractu, & simul *Actio com-*
 dominio, actio communii dividendo, qua illi, *muni divi-*
 quibus res particularis communis est, inter se *dendo.*
 agunt de re ista dividenda, commodis commu-
 nicandis, daminis dolō culpave datis, adeoque
 interesse & impendiis, restituendis. tot. tit. D.
comm. div.

XII. 4.) Communio hereditatis, quæ est *IV. Commu-*
 quasi contractus, quo plures simul veniunt *nio heredi-*
 ad eandem hereditatem, indeque alter alteri *tatis,*

L. 10. ff. t. 2 obligatur ad hereditatem dividendam inter fam. hercif. se invicem, præstandas impeñas vel damna.

§. 3. & 4. *J. de obligat. quæ ex qs. contr. nasc.*

Actio fam. bercif.

XIII. Datur ex hoc quasi contractu, & concurrente jure hereditario, seu dominio hereditatis, actio famil. herc. de qua jam supra dictum lib. 2. tit. 33. aph. 13. add. Renneimann. d. membr. 3. D. 31. th. 22. & seqq.

V. Hereditatis aditio.

XIV. 5.) Hereditatis aditio, quæ est quasi contractus, quo heres, qui hereditatem adiit, ad legata & fideicomissa, legatariis aut fideicommissariis præstanta, obligatur. §. 5. *J. de obl. quæ ex qs. contr. nasc. l. 5. §. 2. ff. d. O.* & A.

Actio ex testamento.

XV. Datur hinc actio ex testamento, quo is, cui aliquid ex testamento, seu ultima voluntate præstandum est, agit contra heredem, ut id præstet, & ultimam defuncti voluntatem impleat. §. 2. verb. per actiones personales. I. de legat.

VI. Indebiti solutio.

XVI. 6.) Indebiti solutio, quæ est quasi contractus, quo is, cui per errorem indebitum solutum est, ad ejus restitucionem obligatur. §. 1. I. quib. mod. re contr. obl. §. 6. I. de obl. quæ qs. ex contr.

ff. per errorem.

XVII. Dicimus per errorem: nam is qui sciens indebitum solvit, videtur donare. I. 1. §. 1. ff. de cond. indeb. l. 53. de R. I. & quidem potis-

potissimum si quis in facto erret, non in
jure. l. 9. & 10. C. d. j. & f. ignor. Re-
cepta vero est ex æquitate a Dd. sententia,
quod etiam ob errorem juris detur repeti-
tio soluti, si solvens damnum sit passurus,
& alter lucrum, nisi repeteretur. a. l. 14.
l. 26. pr. §. 1. & 2. ff. de condic. ind. add.
l. 59. d. t. l. 5. C. eod. vid. Zasius ad. rubr. ff.
de condic. indeb. Sichard. in tit. C. eod. Carpz.
p. 3. C. 15. d. 43. it. p. 2. C. 28. d. 20.
Pingitzer. decis. 49. num. 11. Christin. vol.
3. decis. Belg. 8. Grotius introd. in jus Belg.
l. 3. c. 30.

XVIII. Competit inde condic. indebiti, *Condic. in
qua, errore cognito, repetit quis solutum ab debiti.*
eo, qui indebitum accepit. tot. tit. D. d. con-
dic. indebit.

XIX. Similiter 7.) datio ob caussam, quæ VII. *Datio*
est quasi contractus, quo, si caussa non sequa-
tur, h. e. altera pars non steterit promissis, L. 12. ff. t.
ea obligatur ad restituendum id, quod acce- 4. de con-
dit. caus. pit. l. 13. 2. inf. ff. commod. l. 1. & seqq. de data caus.
condic. caus. dat. caus. non sec. non secu-
ta.

XX. Datur ex hoc quasi contractu condi- *Condic. causa data*
ctio caussa data caussa non secuta, seu condi- *causa non*
ctio ob caussam datorum, qua quis id, quod *secuta.*
ob caussam futuram honestam, seu ob rem fa-
ctumve promissum alteri dedit, caussa ea ab
altera non praesita, seu promissione rei factive
non impleta, repetit. l. 1. l. 3. §. 2. ff. de cond.
caus.

caus. dat. caus. non sec. Quando enim ob caussam alteri, ut sc. rem factumve aliquod præstet, quid datur, expresse quidem id agitur, ut caussa ista sequatur, & alter quoque promissum impleat; atque ita contractus innominatus initus: insimil vero tacite agitur, ut, si caussa non sequatur, repeteret datum liceat, ac proinde alter, qui accepit, ex ipsa re obligatur, caussa non secuta seu promissione ab altero nondum impleta, ad reddendum. *l. 13. §. 2. in fin. ff. commod.*

VIII. Acceptio sine causa.
L. 12. ff. t. 7
De condic.
t. fine
caus.
*Condic.
t. fine
causa.*

XXI. Porro 8.) acceptio sine caussa, quæ est quasi contractus, quo quis ex ipsa re, quod scil. res sine caussa apud ipsum sit, obligatur ad restituendum cum omni caussa *l. 32. in f. ff. de reb. cred.*

XXII. Datur inde condic^{tio} sine caussa, quæ locum habet, si aliæ condic^{tio}n^es deficiant. vid. tot. tit. *D. & C. de condic.
t. sin. caus.* v. c. si m. f. possessor fructus consumferit. *l. 3. C. d. t.* si chirographum sit apud alterum, numeratione non secuta, vel credito jam soluto. *l. 2. & 4. C. eod.* si fullo amissis vestimentis, domino pretium solverit, qui tamen illa postea invenerit. *l. 2. ff. eod.*

*Condic.
t. ob turpem
vel inju-
fam cauf-
sam; item*

XXIII. Referri etiam huc solet a plurimis condic^{tio} ob turpem caussam; it. injustam caussam; it. a nonnullis condic^{tio} furtiva. Verum hæ non ex quasi contractu condic^{tio}nes

nes sunt, sed ex delictis: uti suo loco dice- furtiva, ^{buc}
tur lib. 3. tit. 26. §. 5. seqq. non perti-
net.

XXIV. 9.) Cominodius ^{IX. Obscu-} ^{net.} ^{ratio fi-}
cum Balduino ad §. it. I. de obl. quæ qs. ex contract. actio finium regundorum, quæ nium.
datur inter eos, qui confines habent agros, L. 10. ff. t.
ut fines rite discernantur & declarantur, atque I. finium
quod interest, alterius fines confusos non fuif- regund.
se, præstetur l. i. l. 4. §. i. l. 8. ff. fin. reg. §.
20. I. de action.

XXV. Et hæc actio ex quasi contractu, Unde origi-
qui consistit in eo, quod possessores agrorum tur illa
incident in confinium, & non tam consensu, actio fin.
quam re confines fiant, indeque, si res ita regundo-
gat, teneantur sibi invicem ad fines rite diri- rum.
mendos, & præstandui, alter alteri, quod
interest. l. 2. ff. fin. reg. l. 6. l. 8. pr. eod.
Concurrit etiam dominium seu jus in re, in-
deque mixta est hæc actio d. l. 8. pr. l. 4. §. 5.
Et g. d. t. §. 20. I. de action. Si vero dolo-
se termini sunt moti, subest obligatio &
actio ex delicto. §. pen. I. de off. jud. Præ-
terea etiam datur judicium criminale, de quo
inferius. vid. Joh. Oettinger. tr. de jur. lim. Et
fin. reg.

XXVI. Restat 10.) exponendus quasi X. Receptio
contractus, scil. receptio in navim, qui quasi innavim.
contractus inducitur ex facto receptionis, quo L. 4. ff. t. 9.
exercitor navis, cauponæ vel stabuli, censetur caup. sta-
tacite promittere, salvas fore res receptas. l. i. bul. ut re-
cept. test.
Et seqq. ff. naut. camp. stab.

*Actio de re-
cepto.*

XXXVII. Datur inde actio de recepto, quæ est actio in factum, prætoria, in personam, quæ, ob receptionem salvam fore cujusve rem, datur ei, qui rem in navim, cauponam seu stabulum immisit aut intulit, contra exercitorem istius navis cauponæ seu stabuli, qui istas merces seu res recepit, ut salvas restituat, & omne damnum cujuslibet culpa contingens, præstet. *dd. text.* add. Peck. *cum not.* Vinn. *comm. in tit. ad rem naut.* pertinentes. Stypmannus *tr. de jur. marit. § naut. p. 4. c. 16. num. 168.* vid. *Exerc. nostr. ad ff. VIII. th. 106. § seqq.*

*XI. Litis
contestatio.*

XXVIII. Accensetur etiam II.) quasi contractibus litis contestatio; in qua ex litigantibus actor coram judice actionem proponendo, & reus illi contradicendo, alter alteri est obligandus ad servandum id, quod judex sententia decreverit. *l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 29. ff. de novat.* unde venit actio judicati *d. l. 3. §. 11. de pecul.* Rennem. *d. m. 3. D. 34. thes. 3.* ut scribit: ideo Ulpianus *d. l. 3. §. 11.* dicit judicati veluti obligationem: *quia non est ea obligatio proprie ex judicato, sed ex ipsa litis contestatione, sive judicio accepto.*

Add. *Lib. 3. T. 28. I. de oblig. quæ qs. ex contr. nasc.*

TIT. XIX.

DE

ACTIONIBUS, RATIONE GESTORUM
AB ALIIS, CONTRA NOS COMPE-
TENTIBUS.

I. Gestum ab aliis nos attinet, vel quod in *Ratione gestorum ab aliis, quos in potestate habemus,*

potestate gerentes habemus, vel quod respe-
ctu ac nomine nostrum extraneæ personæ ne-
gotium gerant.

II. Cum filius aut servus ex mandato patris *dantur*
vel domini negotium aliquod gerit, aut con-*actiones.*
trahit, potest is, qui cum filio fam. aut ser-*I. quod ius-
vo contraxit, actione quod jussu agere. I. i. su, L. 15. ff.
pr. & §. 3. ff. quod jussu.*
t. 4. quod jussu.

III. Similiter datur actio de in rem verso , *II. de in
qua , ex filiifam. aut servi contractu , pater rem verso.*
vel dominus eatenus condemnatur , quatenus *L. 15. ff. t.*
*ex isto acceptum in negotium ejus impensum 3. de in
est. §. 4. I. quod cum eo, qui in al. pot. tot. tit.*
D. de in rem vers.

IV. Datur etiam jur. Rom. actio de pecu- *III. Actio
lio, cuius hodie vix est usus. vid. Exerc. nostr. de peculio.*
ad D. XX. th. 59. & seqq.

V. Per liberam personam obligamur , si *Ratione ge-
certæ negotiationi aliquem præposuerimus. storum ali-
Illa negotiatio vel est maritima, unde datur beris perso-
actio Exercitoria, qua ex contractu, a magi-*nis I. actio
stro navis secundum modum præpositionis L. 14. ff. t. 1
gesto, exercitor seu dominus navis conve- de exerci-
nitur.**

VI. Similiter datur Institoria actio , qua *II. Instito-
nair, ria.*

L. 14. ff. t. nimis. ex contractu, ratione negotiationis, cui
3. de insti- præpositus est, ab institore inito, convenitur
tor. act. in solidum dominus, qui negotiationi istum
 præposuit, ut præstet id, quod ex contractu
 debetur. l. 1. *& seqq. ff. de instit. act.*

Potest vero
quis aut ex-
ercitoria in-
stitoria ave-
agere, aut
directa con-
tra magi-
strum insti-
torem ve-

VII. Et quidem jure Rom. is, qui cum ma-
 gistro navis (*Schiff-Patron*) seu cum instito-
 re in rebus, ad gubernationem navis aut ne-
 gotiationem pertinentibus contraxit, habet
 optionem, utrum exercitorem navis (*Schiff-*
Herr) an vero ejus magistrum; similiter ut-
 rum ipsum mercatorem, an ejus institorem
 convenire velit l. 1. §. 17. ff. *de exerc. act.* l. 6.
 §. ult. naut. caup. stab. nisi institutor simpliciter
 contraxerit cum eo, qui non scivit esse instito-
 rem, quo casu proprio nomine tenetur. add.
 l. 6. §. 1. ff. *de negot. gest.* Menoch. l. 3. *præsumt.*
 46. num. 1. *& præf.* 49. num. 16. vid. Brunnein.
 ad l. 6. §. 4. ff. *de acquir. hered.*

Quid obti-
neat, si alter
tor cum aliquo
contrahens,
quem insti-
torem esse,
ignoraverit.

VIII. Quæritur autem hic: quid si institu-
 tor cum aliquo contraxit, qui eum institorem
 contrahens, esse ignorat, nec is expreſſerit, se pro alio
 contrahere, utrum nobis aliquid acquiratur?
 Et quidem si inter mandantem & mandata-
 riū quæſtio fit, non dubitatur, quin man-
 danti competat actio adversus institorem, pro
 tradenda re, mandato suo empta. Br. in l. 4.
 C. comm. utr. jud. num. 5. sed major diffi-
 cultas est, si de jure prælationis, concursu cre-
 ditorum instituto, quæratur inter dominum

man-

mandante in & alios creditores institutoris illius, ut aliquoties in judiciis disceptatum est; an per tale institutoris aut mandatarii factum, ipsum verum rei emptæ dominium acquiratur mandanti, sic ut adversus alios creditores rei vindicatione uti possit? Quo in casu præcipue attendendum est, an hoc egerit mandatarius, ut domino mandanti emat? cum ad acquirendum dominium mandanti sufficiat, procuratorem in contrahendo ejus fuisse intentionis, ut domino suo acquirat. Br. & Paul. de Castro in l. 33. ff. *de don.* Anton. Faber *ad C. tit.*
si quis alt. vel sibi def. 14. Et tit. de R.V. def. 6.
 Atque ita de confuetudine Amstelodam responsum fuisse, testatur Simon van Leuwen.
Cens. for. l. 4. c. 3. n. 9. Quod, cum difficilis probationis sit, quid scil. mandatarius in animo habuerit, circumstantiis & conjecturis probari potest: ut, si constiterit, rem emitam mandantis pecunia esse comparatam: Gail. 2. O. 25. n. 13. Et obs. 25. n. 10. Hartm. Hartmanni t. 27. obs. 8. n. 15. aut, si emens rem emitam, ejusve pretium retulerit in rationes mandantis. Felic. *tr. de societ.* c. 3. n. 58. Jacob. Coren. *obs. 25.*

IX. Porro sciendum, quod finito officio, *Finito off.* regulariter non amplius obligetur institutor ex *cio, non ob-* contractu, quem domini nomine celebravit, *ligatur in-* *titor.*
l. ult. ff. de inst. act. add. Carpz. p. 2. C. 20.
def. 14. Et p. 1. decis. 10. Jacob. Coren obs. 28.
n. 47. Et 48.

*Quilibet
exercitor,
aut merca-
tor in soli-
dum tene-
tur.*

X. Quodsi plures sint exercitores navis, aut plures mercatores simul negotiantes, quisque eorum in solidum tenetur ex facto seu contractu magistri, seu institoris, ne in plures adversarios distringatur, qui cum uno institore seu magistro contraxit. *l. 1. §. fin. l. 2. 3. & 4. ff. d. exerc. action. l. 13. §. ult. l. 14. ff. de instit. act.* Moribus tamen ultra vires suarum portionum alterum non obligari, tradunt Grot. *tr. de I. B. & P. l. 2. c. 11. n. 13. & introd. in jus Belg. l. 3. c. 1. n. 36.* Jacob. Coren. *obs. 40.* Christin. *vol. 1. decis. Belg. 165. n. 11. & decis. 108. n. 9. add. Gail. 2. obs. 24. n. 9.* Felic. *tr. de so- ciet. c. 30. n. 32.*

*Creditores
ratione
certa taber-
nae præfe-
runtur aliis.*

XI. Denique hic notandum, si mercator in diversis tabernis & locis exerceat negotiations, quod tunc creditor, qui ratione humi jus negotiationis aut tabernæ credidit, in mercibus eo spectantibus præferatur aliis creditoribus, qui ratione alterius negotiations aut tabernæ crediderunt. Raphael Fulgos. *ad l. 5. §. 15. ff. de trib. act.* Jacob. Schultes. *quest. pract. 64.* Franciscus Salgado de Somoza *in labyrinth. credit. concurr. p. 1. c. 9. num. 48. & seqq.* Marquard. *tr. de jur. mer- cat. l. 4. c. 14.*

*Lex Rhodia
de jactu.
L. 4. ff. t. 2.
de lege
Rhod. de
jactu.*

XII. Commode hisce annexitur materia legis Rhodiæ de jactu, qua cautum est, ut, si levandæ navis caussa jactus mercium factus fuerit, omnium contributione sareiatur, quod pro

pro omnibus datum est, *i. e. ff. d. L. Rhod.*
de jact. quæ contributio hodie Avaria seu
 Havaria dicitur, a verbo *Hafen*, quod por-
 tum denotat, quasi dicas id, per quod navis
 cum mercibus salva in portum redacta est.

XIII. In Avariæ contributionem venire *Quid u-*
 debent omnes, quorum & quatenus intererat *niat in con-*
 navem salvam esse, & ipse dominus ratione *tributio-*
 navis suæ, vid. *l. 2. §. 2. ff. de L. Rhod. de Etum.*
jact. Quintil. Witsen. *tract. de Avar. Coren.*
obs. 41. num. 3. Grot. *de jur. B. & P. l. 2. C. 12.*
n. 25.

XIV. Nec tantum propter jactum merci- *aut ob aliud*
 um, sed & propter quodlibet damnum aut *damnum.*
 detrimentum, quod navis solvendæ caussa
 obvenit, aut aliarum reruin conservandarum
 causâ factum est, puta, si malus, clavus, an-
 choræ, rudentes, aliave tumultuaria arima-
 menta, removendi communis periculi cauf-
 sa, dejecta fuerint. *l. 2. §. 1. in f. & ibi* Vinn.
 & Peckius *ad L. Rhod. de jact.* add. Grot.
introd. in jus Belg. l. 3. c. 19. Strauch. *tr. d.*
navig. n. 25. Mornac. *in obs. ad l. 9. d. L. Rhod.*
d. jact.

TIT. XX.

DE

QUIBUSDAM PLURIBUS CONTRA-
 CTIBUS COMMUNIBUS.

I. Aliquando res in contractum deducta *Conditio-*
 pecunia venit æstimanda: quem ob finem in- *nistristica*

*via descri-
ptio.* troducta est condicō triticiaria , quæ est
actio in personam , prætoria , qua æstimatio-
L. 13. ff. t. nem rei dare oportere intenditur , atque ut
5. de con- arbitrio judicis , pro ratione loci ac temporis ,
diſt. triti- ciaria. res debita æstimetur , petitur. *tot. tit. D. de
dict. trit.*

*Rei æstima-
tio præstan-
da.* II. Tenetur vero debitor rei petitæ æstima-
tionem præstare 1.) si forte res a debitore
præstari nequeat 2.) si propter moram debi-
toris non velit contentus esse creditor rei præ-
statione , sed æstimationem exigat , quippe
quæ eo tempore , quo res præstanta erat , ma-
jor erat. vid. *l. 22. ff. de reb. cred.*

*Actionis de-
eo, quod cer-
to loco, de-
scriptio.* III. Porro aliquando id , quod certo loco
promissum est , alio præstandum venit , quo
nomine competit actio de eo , quod certo
L. 13. ff. t. loco , quæ est actio in personam , prætoria ,
4. de eo , qua res , quæ actione stricti juris certo loco
quod cer- petenda esset , facta commemoratione ejus loci ,
to loco da- quo dari debuit , alibi petitur , & judici æsti-
ri oppor- mandum committitur , quanti intersit , quod
tet. loco destinato res non præstetur. *l. 1. l. 2.
pr. l. 4. & tot. tit. D. & C. de eo, quod cert.
loc.*

*Ædilitium
editum.* IV. Præterea ad plures contractus pertinet
L. 21. ff. t. Ædilitium editum , quo cum primis occurri-
1. de Ædil. tur fallaciis vendentium , & proficitur emto-
edict. & edictibus , & locum habet etiam in permutatio-
redhib. & nibus , in divisionibus , & dationibus in solu-
quant. tum. *l. 19. §. 5. ff. de Ædil. edict. non vero in
min. dona-*

donatione , nec in locatione l. 62. §. 63.
cod.

V. Si nimirum res, in contractus ejusmodi *Quod locum
deducta, vitio morbove affecta sit, seu sciatis, habet, si res
seu ignoret venditor: modo 1.) res sit ani- in contra-
mata, 2.) non sit leve vitium 3.) sit vitium etum dedu-
latens & internum, quod emitor ex inspectio- et a, vitio
ne scire non potuit l. i. §. 6. ff. de Ædil. edict. morbove
vid. Coler. de proc. exe. p. I. c. I. n. 82.
Carpzov. p. 2. C. 34. d. 16.*

VI. Hic singulariter notandum est de jure *Inquis at-
Saxon. quod venditor tantum de tribus equi tenduntur
vitiis regulariter teneatur; nimis. 1.) si retro- vitia qua-
gradus sit, (stetig) 2.) si coecitate latente tuor:
laboret, (starblind) 3.) si scabiosus, (haar- (1.)
schlechtig.) vid. Rovenstrunk. tr. de Ædil. (2.)
edict. Coler. & Carpz. dd. loc. Richter. dec. (3.)
95. num. 33. ubi additur & quartum viti- (4.)
um, si equus sit pituitosus, (rotzig) modo
venditor alia vitia fraudulenter non celaverit
sciens, aut sine vitiis esse laudaverit. Richt. d.
I. Mev. adjus Lubec. l. 3. t. 6. art. 17.*

VII. Cæterum vendens animal aut pecus *Quid in
mactabile, quod, mactatum aut dissectum, vendito a
morbidum aut vitiosum deprehenditur, tan- nimali ma-
tum de pretio restituere aut remittere tenetur, stabili obti-
quantum taxatores aut inquisitores publici,
ad id (ad exemplum Ædilium Roman.) plu- neat.
rimis locis specialiter constituti, aequum judi-
dicarunt; nisi adeo morbidum aut vitiosum
sit, ut ejus caro sine periculo comedinequeat,*

quo caſu tenetur venditor integrum pretium restituere. Carpzov. *d. loc. d.* 15. Porro tamen vendito, quia de ejus vitio , aut morbo , ex lingua & palati inspectione judicari potest , secundum variorum locorum statuta & mores, venditor liberatur, si artifici , ad id munus demandato , ex apertione palati , linguaque ſcissa , ſanum exhibuerit. Carpz. *d. l. def.* 16. & Coler. *d. 228. n. 9.*

Locum etiam habet Aedilitium edictum, si venditor afferat non præſiterit.
Datur actio i. redhibitoriae,

2. estimatoria seu quanto minoris.

Tempus barum actio- num.

VIII. Similiter & locum habet Aedilitium edictum , si venditor ea , qua de re vendita singulariter affirmaverit aut promiferit , non præſtiterit. *l. 19. pr. l. 38. §. 10. ff. de Aedilit. edict.*

IX. Dantur vero hanc in rem duæ actiones 1.) redhibitoria, qua emitor agit contra venditorem, ejusque heredem, ut rem , vitio affeſtam, restituto pretio recipiat, ac , si ſciverit vitium, interelle etiam præſtet *l. I. C. de Aedil. act. add. Gomez. var. resol. tom. 2. c. 2. num. 49.* Surdus *l. 149.* Grot. *Introd. in jus. Belg. l. 3. c. 15.*

X. 2.) Actio æſtimatoria ſeu quanti minoris, qua agit actor, non ad rescindendum contractum, ſed, ut tantum pretii restituatur , quanto minoris res ob vitium , cum veniret, fuit. *l. 61. ff. de Aedilit. edict. it. l. 25. §. 1. de except. rei jud. Christin. vol. 2. Dec. Bel- gic. 69.*

XI. Durat vero actio redhibitoria ſex me- ſes utiles a die contractus , vel promiſſionis *l. 19.*

*l. 19. §. f. ff. d. AEdil. edict. æstimatoria autem
a die scientiæ annum utilem. l. 2. in f. C. eod.*

XII. Porro in plurimis contractibus evi-
Eviçio in
cgio est præstanta, nimis. 1.) in emt. vend. pluribus
2.) in permutatione: similive contractu inno-
minato, qua res in alium transfertur. l. i. C. L. 21. ff. t.
de rer. perm. l. 29. C. de eviçt. 3.) datione 2. de eviçt.
in solutum, l. 4. C. de eviçt. 4.) divisione re- & duplae
rum communium, vel hereditatis, l. 66. §. stipul.
ult. ff. de eviçt. 5. transactione, l. 33. C. de
transact. 6.) locat. conductione, l. 9. pr.
l. 33. loc. 7.) contractu emphyteutico, arg.
§. 3. Inst. de loc. cond.

XIII. Non vero exigi potest evictionis *In quibus*
præstatio 1.) in donatione simplici, vid. l. 2. non præste-
C. de eviçt. 2.) in re certa, seu specie legata,
cujus se dominum credidit testator. l. 40. l.
59. de eviçt. l. 58. eod.

XIV. Præstanta hæc evictione est, seu per *Præstatur*
stipulationem singulariter sit promissa, seu
non sit promissa, ex ipsa natura negotii, licet non fu-
indeque actio ex illo contractu datur, ut, erit promis-
*re evicta, pretium restituat, v. gr. vendi-*sa.**
tor una cum suuntibus, add. Grot. introd.

in jus Belg. l. 3. t. 14. Carpzov. p. 2. C. 34.
d. 30. § 39. Potest etiam aliquando emt-
tor, si evictione in limine contractus immineat,
pretium retinere, donec venditor evictionis
nomine satis dederit. l. 24. C. de eviçt.
l. 18. §. ult. ff. de peric. § commod. rei vend.
Meu. de arb. jud. quæst. l. 2. c. 224.

Hillig. l. i. quæst. 36. num. 60. Sande *decis. Fris.*
l. 3. c. 4. d. 9.

Requisita, ut ad evicti- XV. Ut vero actio ad præstandam evictio-
nem inflitui possit, requiritur 1.) ut ante-
onem quis agere possit. nem inflitui possit, requiritur 1.) ut ante-
quam res evincatur, quis autori suo denun-
ciet, sibi litem esse motam, l. 8. *C. de evict.*
2.) ut res sententia in iudicio sit evicta, l. 16.
§. 1. ff. *de evict.* 3.) ut sit evicta petitoris jure,
vid. l. 8. *C. de evict.* l. 51. pr. ff. eod. Facta
denunciatione ipse quidem possessor litem
peragit, autor vero tenetur in foro possesso-
ris, seu rei conventi assistere. l. 49. ff. *de judic.*
Carpzov. *de process. t. 4. art. 3. num. 1. § seqq.*
Sive igitur autor comparuerit, sive non, coram
suo judice deinde, re evicta, conveniendus est.
Perez. in *C. b. t. num. 35.* Sande *decis. Fris.* l. i.
t. 1. d. 5.

Aliquando, omissa licet denuntiatione, quis tenetur ad evictionem. XVI. Omissa litis denunciatione, non da-
tur regressus contra autorem, nisi autoris cau-
sa notorie sit injusta, vel probare quis possit,
autorem nullum jus habuisse. Carpzov. *d. loc.*
n. 32. § 38.

Casus quibus evictio non præsta-tur. XVII. Præterea cessat evictionis præstatio
1.) si conventum fuerit, ne quis ad evictionem
teneatur, l. 11. §. fin. ff. *de act. emt.* Burgund.
tr. de evict. c. 39. § seqq. qua tamen renuncia-
tione videtur tantum remissa actio ad interef-
fe, non restitutio pretii d. l. 11. §. fin. Carpz. 5.
Resp. 45. n. 2. 2.) si quis rem alienam, aut obli-
gataam, sciens emerit. l. 27. *C. de evict.* H. Pi-
stor. l. 2. q. 10. n. 22.

XVIII. Cæterum specialiter circa nomina vendita seu cessa sciendum, quod cedens præstare debeat, ut sit nomen, non ut etiam exigi possit. *l. 74. §. fin. ff. de evict. l. 4. de hered. vel act. vend.* Aliquando tamen nomen idoneum aut interesse præstare debet cedens, nimis. 1.) si dolus cedentis subsit, ut si seducendi animo assuerit, debitorem esse solvendo, quem tales non esse sciebat, *l. 54. §. 1. de evict. Carpzov. d. def. 26. num. ult. 2.*) si cessionarius justo errore fuerit inductus, ut putaret, debitorem esse solvendo, Frantz *Comm. ad tit. de evict. n. 77. 3.*) si ita convenerit. *l. 4. l. 5. ff. de her. vel act. vend.*

XIX. In plurimis etiam contractibus usuræ *Usuræ in præstandæ* veniunt. Est vero usura certa quantitas, sorti seu quantitati principaliter debitæ accedens, præstanda in re ejusdem generis. *l. fin. C. de usur. add. Heig. p. 2. q. 1. n. 141. L. 12. ff. t. I Grot. introd. in jus Belg. l. 3. c. 10.* Differunt de usur. & usuræ ab eo, quod interest, quod hoc semper indefinitum & indeterminatum sit. *§. ult. I de V. O. l. 26. C. de usur. l. un. C. de sent. quæ pro eo, quod int.*

XX. Debentur autem usuræ in contractibus b. f. propter moram, etiamsi non promissæ fuerint; *l. 32. §. 2. ff. de usuris;* in stricti juris contractibus autem non nisi promissæ debentur. *d. l. 32. §. 2. de usur. l. 3. C. cod. usu ta usuræ ob men receptum est, ut etiam ex mutuo, propter moram, usuræ debeantur.*

1. Sunt usurae ad certam quantitatem restrictae;

2. Prohibetur usurae usurarum: Exceptiones.

XXI. Est vero in usuris legitimus modus observandus, nim. 1.) hodie restrictæ sunt usuræ ut solum quincunces, seu quinque per centum, debeantur. *R. A. zu Regensp. de ann. 1654. §. anreichend &c. 174.* Carpz. p. 2. C. 30. d. 8. § d. 1. § 3.

XXII. Porro 2.) ita definitus est modulus usuraruin, quod usuræ usurarum non sint præstandæ, quod anatocismus vocari solet, *l. 29. ff. de usur. l. 28. C. eod.* Carpz. p. 2. C. 30. d. 20. Excipiuntur tamen quidam casus, nim. 1.) is, qui a debitore meo usuras accepit, ob moram iste iterum alias usuras debet: v. gr. usuræ, quas nomine pupilli tutor accepit, in persona tutoris ut sors se habent, adeoque ratione earum usuræ debentur *l. 7. §. 10. & seqq. l. 15. l. 58. §. 1. de adm. tut.* Grot. *intrud. in jus Belg. t. 1. c. 9.* Sande *l. 3. t. 14. d. 6.* Carpz. p. 2. C. 30. d. 30. § 31. similiiter negot. gestor usuras nomine domini percipiens, propter moram iterum adi usuras tenetur, *l. 10. §. 3. v. denique ff. mandat.* 2.) si quis ut fidejussor usuras & alieno nomine solvat, merito rursus ratione istarum usuras exigit; Berlich. *p. 2. decis. 265. num. 3.* 3.) si debitor sortem cum usuris, ab alio fibi debitis, per delegationem cedit suo creditori ob sortem debitam; Berlich. *ibid. denique 4.* aliud obtinet in annuis redditibus, quia annuus reditus non est accessio, sed ipsum debitum. Berlich. *d. loc. Christin. vol. 2. t. 43.*

XXIII. Non licet etiam ultra alterum tan- ^{3. Ultra al-}
 tum petere, h. e. ulteriores usuras, postquam ^{terum tan-}
 forti successive sunt adæquatæ, etiam si parti- ^{tum usuræ}
 culariter fuerint solutæ. *l. 27. §. 1. C. de usur. solvenda.*
Nov. 121. c. 1. § 2. & Nov. 138. aliud tamen
 decisum est ab Elect. Saxon. *decis. noviss. 29.*
 quod scil. usuræ, particulariter solutæ, cur-
 rant ultra alterum tantum. Excipitur autem
 1.) si debitor interpellatus in mora solvendi
 fortem fuit, & quidem in *d. decis.* requiritur
 judicialis interpellatio; 2.) si post sententiam
 condemnatoriam excreverint; 3.) si, quod
 vere interest, petatur, non usuræ; *l. 2. §. 8.*
ff. de eo, quod cert. loc. 4.) aliud est in an-
 nuis redditibus; 5.) in pecunia pupillari. add.
 Carpz. *all. l. & Tabor. tr. de alter. tant.*

XXIV. Affines usuris sunt annui redditus
 redimibiles (*wiederkäuffliche Zinsen*) quando-
 nim. jus percipiendi annum redditum, *seu*
in pecunia, seu in frumento, similice re, tan-
 quam merx emitur & venditur justo pretio, ita,
 ut venditori facultas redimendi competat; &
 quidem restricti etiam sunt hi annui redditus,
 ut pretio 100. thalerorum respondeant quin-
 que. vid. *Pol. Ord. de A. 1577. tit. 17. §. und*
nachdem Sc. 9.

TIT. XXI.

QUIBUS MODIS TOLLATUR OBLIGA-
 TIO EX CONTRACTU.

I. Tolluntur obligationes aut ipso jure per *Tolluntur*
con- obligatio-

*nec ex con-
tractu va-
riis modis.*

contrariam voluntatem; per solutionem; accepitationem; novationem; delegationem; compensationem; confusione, & denique per ipsius rei interitum: aut ope exceptionis, vel alius remedii, ut per integrum restitucionem &c.

*Ipsō jure r.
Mutuo dis-
sensu;*

II. Quod mutuo diffensu, aut voluntate contraria, contractus consensu constantes dissolvantur, nulla est difficultas, modo re nondum secuta §. 4. I. quib. m. toll. obl. l. 35. de R. I. si vero praeter consensum rei traditio accesserit, non tam dissolvitur prior contractus, quam novus initur l. 58. ff. de pact. l. 1. C. qu. lic. ab emt. reced. Præterea in contractu societatis & mandati obtinet, quod, licet duorum consensu ineantur, unius tamen etiam voluntate, invito altero, dissolvi possint, ut supra dictum, add. l. 5. C. de O: & A.

III. Solutione III. Solutio (strictè dicta) est actus, quo id, L. 46. ff. t. quod alteri debetur, a quocunque naturaliter sc. numeratione, similive factō naturali, præstatur. pr. Inst. quib. m. toll. obl. l. 49. d. solut.

*Personæ sol-
ventes.*

IV. Utsolutio liberationem inducat, nihil refert, utrum ipse solvat, qui debet, an vero ejus nomine aliis, seu procurator, seu aliis quilibet, d. pr. I. quib. mod. toll. obl. l. 23. l. 53. de solut. l. 17. C. cod.

*Cui solva-
tur.*

V. Alteri autem quam illi, cui debetur, invito creditore solutio fieri non potest, neque

quæ liberatio aliqua contingit, add. Maurus
tr. de solut. c. 5. num. 5. Hinc si duo inter-
 se contendant, utri debeatur, is, qui alter-
 utri debet, neutri interim, donec caussa fuerit
 decisa, solvere tenetur, modo caveat de sol-
 vendo ei, qui sententia obtinebit. *gl. in l.*
20. v. ubi autem esset contentio inter duos
C. de agric. & cens. & col. Br. ad l. 38.
fam. herc. Boerius decis. 106. Anton. Fa-
 ber *ad C. l. 3. t. 22. d. 8.* Quæri hic solet
 de famulo seu ministro amanuensi creditoris,
 an per solutionem ei factam liberetur debitor;
Neg. arg. l. 34. §. 4. de solut. nisi famulus
 mandatum, chirographum aut apocham do-
 mini sui ostenderit, quo casu solvens famulo
 liberatur, etiamsi famulus aufugerit. *Br. &*
Dd. ad l. 20. §. fin. ff. commod. l. 7. C. mand.
& l. 12. §. 1. commod. Castrenf. ad l. 34.
§. 4. de solut. vel etiam, si dominus credi-
 tor solitus erat exigere credita per hunc famu-
 lum integræ fidei, vid. Guid. Pap. *decis. 173.*
num. 3. Boer. *decis. 282.*

VI. Porro requiritur, quis recte solvat, *Pupilli ac*
 ut talis sit, qui solvere potest, & ei solvatur *minores non*
 qui liberare debitorem potest: hinc pupilli & *recte sol-*
minores sine tutoris & curatoris autoritate non *vunt absque*
recte solvunt, sed solutum vindicare possunt *tutoris aut*
l. 14. §. fin. ff. de solut. & opus est plerumque *curatoris.*
judicis autoritate: l. 25. C. de administrat. tut.
ex æquitate tamen receptum est, ut consumta
a creditore pecunia, quam vere debuit pupil-
lus,

me iis tuto lus, solutio subsistat. *d. l. 14. §. fin.* add. *solvitur, nisi* Freyer. *tr. de solut. c. 2. n. 42. seqq.* neque *observatis* etiam pupilli & similes personæ solutionem *observandis.* accipiendo solventem liberant, sed opus est tutoris autoritate consensuve curatoris. *l. 15. ff. de solut. l. 46. §. 5. ff. de admin. tut.* Cum vero nec ita omnino tutus sit debitor, quo minus scil. restitutio in integrum petatur: *l. 1. C. si advers. solut.* ideo Magistratus sententia seu decretum necesse est præcedat. *l. 25. C. d. admin. tut.* & *§. fin. I. quib. alien. lic. vel non.* quod tamen non pertinet ad has solutiones, quæ vel ex redditibus, vel ex pensionibus, vel aliis hujusmodi caussis, pupillo vel adulto accedunt. *d. l. 25. vers. non autem. C. de admin. tutor.* add. Berlich. *dec. 78. Carpzov. 2. c. II. def. 45.* & *46.* Notandum etiam est, quod secundum ius comm. Saxon. innuptæ fœminæ, seu virginis seu viduæ, etiam sine curatoris autoritate solvi possit, sed nuptæ tuto non solvantur sine curatoris autoritate. Pingizer. *q. 33. n. 10. Freyer. d. tr. c. 3.* De jure Elector. vid. *p. 2. C. 15.*

*Totum regulariter
solverendum
debitum
non pars;*

VII. Cum solutione ejus, quod debetur, liberatio demum contingat, consequens est 1.) ut totum, quod debetur, solvi debeat, neque partis præstatio debitorem liberet; *d. pr. I. quib. mod. toll. obl.* nisi diversæ summae debeat; *a. l. fin. quib. m. pign. sol.* aut pars debiti sit illiquida; *l. 21. ff. de reb. cred.* vel

vel lex partium præstationes admittat, velut
in heredibus, inter quos ipso jure obligatio
dividitur: *l. 6. C. fam. herc. a. l. ii. & l. ult.
ff. de distr. pign.* extra quos casus invito cre-
ditori pars debiti obtrudi nequit, vid. *l. 3. ff.
fam. herc.* adeoque nec forte sine usuris ac-
ceptare creditor tenetur. *l. 41. §. 1. ff.
de usur.* Carpzov. *p. 2. C. 28. d. 13.* add.
Dd. ad *l. 21. ff. de reb. cred.* 2.) consentane-
um est, ut id ipsum, quod debetur, non
aliud pro alio solvatur; *l. 16. C. de solut.* *l.
2. §. 1. ff. de reb. cred.* *l. 4. §. 3. ff. de re jud.*
Anton. Thesaur. *decis. 153.* nisi ex quadam
necessitate ipsius rei aut pacti, præstatio dari
non possit. *l. 8. pr. de cond. furt.* *l. 71. §. 3.
ff. de legat.* i.

VIII. Solvi denique debet opportuno lo- *& quidem
co. l. 39. de solut.* & debito tempore: *l. 122. de
pr. de V. O.* ut enim plus petit, qui ante diem
petit, ita & minus solvit, qui tardius solvit,
quam debebat. *l. 12. §. 1. de V. S.* & *33. I. de
action.* ante diem vero etiam invito creditori
solvere permittitur, quod in diem certum de-
bebatur. *l. 38. §. 16. l. 41. §. 1. l. 137. §. 2.
de V. O.* *l. 70. de solut.* *l. 17. d. R. I. Maurus
d. tr. de solut.* *c. 92.* nisi forte ipsius credito-
ris gratia dies fuerit adjectus. Joh. a Sande
l. 3. t. 16. d. 1. add. Richt. *p. 2. dec. 73.*
Freyerus *d. tr. c. 5. n. 11.*

IX. Quoties quis debitor ex pluribus caus- *In quam
sis unum debitum solvit, est in arbitrio solven-
tis quid solu-*

*tum, si ex
pluribus
debeatur
causis.*

tis dicere, quod potius debitum fuerit solutum, & quod dixerit, id erit solutum: possumus enim certam legem dicere ei, quod solvimus. Quoties vero non dicimus id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat, dummodo id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset solutorus, quoque debito se exoneraturus esset, id est, in id debitum, quod non est in controversia, aut in illud, quod pro alio quis fidejussederat. Permittitur ergo creditori constituere, in quod velit solutum, dummodo sic constituat, ut in re sua constitueret; sed constituere in re praesenti, hoc est, statim atque solutum est *l. i. l. 97. ff. de solut. l. i. C. eod add.* Hartman. Pistor. part. 3. q. 21. Briffon. *d. solut. lib. 1. circ. fin.* Freyer. *d. tract. c. 12. n. 18. & seqq.* Cæterum si nec debitor, quod debitum solutum velit, expresserit, nec creditor id constituerit, in graviorem durioremque causam pecunia imputabitur: *l. 3. l. 5. ff. de solut.* itaque & in usuras prius, quam in fortē, soluta censebitur. *l. i. C. d. solut.* Maurus *d. tr. c. 9.* Briffon. *d. l.* Gratian. *discept. forens. c. 224.* Carpzov. *p. 2. c. 29. d. 16. seqq.* Freyer. *b. c. 12. n. 33.*

*Quomodo
probetur
solutio.*

X. Probatur solutio per instrumenta & testes, vid. Masc. vol. 3. concl. 1318. n. 13. optimè tamen per confessionem ipsius creditoris, seu scripturam seu apocham; quandoque

præ-

præsumptionibus & conjecturis probatur,
præsertim in debitis antiquis. vid. Mascard.
d. l. concl. 1319. & 1320. Menoch. de præsumt.
l. 3. præf. 135. Freyer. c. n.

XI. Acceptilatio est imaginaria solutio, qua, *III. Acc-*
quod debetur, acceptum fertur, ac si revera *ptilatione*
esset solutum, *§. 1. I. quibus mod. toll. obl. l. 1. ff. L. 46. ff. t.*
4. de acce-
de acceptil. *ptil.*

XII. Jure Romano hæc certis stipulatio- *Hujus for-*
num formulis fieri debebat, *§. 1. & 2. I. d. ma-*
tit. quibus formulis obsoletis, hodie quibus-
cunque verbis, liberationem inducentibus,
fieri solet, indeque confunduntur fere hodie
acceptilatio & pactum de non petendo: quæ
olim in eo differebant, quod acceptilatio ip-
so jure obligationem tolleret, pactum de non
petendo ope demum exceptionis. *l. 27. §. 2.*
ff. de pac̄t. vid. aph. penult. b. t.

XIII. Novatio est prioris debiti in aliam *IV. Nova-*
obligationem transfusio aut translatio, *l. 1. tione,*
ff. de novat. estque alia in specie sic dicta, cum *L. 46. ff. t.*
2. deno-
scil. manente eodem creditore & debitore, de- vat. & de-
biti caussa vel modus obligandi mutatur; *d. l. leg.*
1. alia delegatio dicitur, cum debitoris aut it. delega-
*creditoris persona mutatur: veluti si debitor *tione;**
alium debitorem suum delegat, & aliis debi-
tori creditoris solutionem promit-
tit. §. 3. l. quib. mod. toll. obl. l. 11. ff. de novat.
Gail. 2. observ. 30.

XIV. Differt ab hac delegatione cessio no- *a qua dif-*
minis seu actionis, quæ sit etiam inscio, imo fert cessio
& in-nominis.

& invito debitore, absque ejus novatione, l. i. l. 6. *C. de nov.* delegatio vero non nisi inter volentes fit, *dd. text.* quare & delegatus priori suo creditori solvere non potest, is autem contra quem cessa est actio, priusquam litem contestatus sit, vel ei denunciatum, vel debiti partem cessionario solverit, priori suo creditori adhuc recte solvit, & liberatur. l. 3. *C. de novat.* vid. Lenz. *de cess. act.* & Sande *in tr. de cession.*

V. Solenni oblatione & depositione.

XV. Solutionis vice porro fungitur solennis oblatio, obsignatio & depositio. Hæc ut debite & solenniter fiat, requiritur 1.) ut creditor recusaverit debitum, loco & tempore opportuno oblatum; 2.) ut creditor iste citetur a judice debitoris competente ad vindicandum deponi; 3.) ut termino præfinito coram eo totum debitum in proba moneta cum usuris iterum offerat, & numeret; 4.) creditore iterum recusante, aut plane non comparente, apud magistratum obsignetur & depositetur. l. 9. *C. de solut.* add. Schulzius *tr. de obl. consign. & depos.* Richter. *decis.*

a qua differt oblatio nuda

75. Alia vero est oblatio nuda, scil. absque depositione, quæ quidem non liberat ab obligatione, sed solum a mōra; si tamen res sit immobilis, aut talis, quæ coimode consignari aut deponi non potest, ut sunt equi, boves &c. sola verbalis oblatio sufficit. Br. & Dd. *in l. 19. de usur.*

XVI. Ipsa re atque ipso jure obligationem *VI. Comp-*
tollit compensatio, quæ est debiti & crediti *pensione*.
 inter se iusta & liquida contributio *l. 1. ff. de L. 16. ff. t.*
compens. Vis & effectus ejus ipso jure con-*pensat*.
 tingit, h. e. actus aut factum non requiritur,
 nisi haec tenus ut objiciatur, alias enim de vo-
 luntate compensantis non posset constare
 judici. *l. fin. pr. §. 1. verb. objici. C. de*
compens. Carpzov. p. 1. C. 8. d. 6. Opponi
 semper & omni tempore potest, etiam post
 latam sententiam in ipsa executione. *l. 2. C.*
eod. verb. eum vero. Gail. 2. obs. 17. n. 10. Fab.
d. l. 8. t. 23. d. 2. Carpz. p. 1. C. 8. d. 6. § C. 31.
d. 19. n. 6.

XVII. Requiritur autem, ut utrinque sit *debiti sc.*
 debitum liquidum, purum & præsens. *l. ult. utrinque*
§. 1. C. de compens. Est vero debitum liqui-*liquidum*,
 dum, quod jure aperto nititur. *§. 30. f. de*
action. *l. ult. §. 1. C. d. t.* seu de quo facile
 constat, veluti ex confessione adversarii, vel
 quod statim seu in continenti probari potest.
d. l. ult. §. 1. v. Hoc itaque judices. Quænam
 autem sit celeris & parata probatio, & intra
 quod tempus fieri debeat, cum in jure ex-
 pressum non sit, arbitrio discreti judicis com-
 mittitur. Menoch. *de arb. jud. quæst. l. 2. cent.*
l. c. 14. Berlich. p. 1. C. 23. n. 5. Carpz. p. 1.
C. 8. d. 13. n. 5.

XVIII. Porro locum habet compensatio *& in qua-*
*tantum in quantitatibus, seu in his, quæ pon-**titatibus*
dere, numero & mensura constant l. 10. §. consitens

*2. l. 20. de compens. add. Carpzov. p. 1. C. 8. d.
ii. § ult.*

*Casus, qui-
bus non lo-
cum habet
compensa-
tio.*

XIX. Sunt & certi casus, quibus compensatio locum non habet ob singulares rationes & privilegia. Nimirum 1.) non datur compensatio adversus fiscum in causis tributorum & similibus. Vide *l. 1. l. 3. C. de compensat.* Carpzov. *1. c. 8. def. 9. num. 5.* Brunneumann. *in d. l. 1. § 3.* Zanger. *de exc. p. 3. c. 8. n. 21.* it. alimentorum. *d. l. 3.* Carpzov. *d. l. n. 1.* 2.) non locum habet adversus depositum *l. ult.* §. 1. *in fin. C. de comp.* §. 30. *in fin. I. de action.* ubi Dd. Mestert. tract. *de compensat.* q. 25. quod tamen solum accipendum de compensatione (*ut § retentione rei depositæ*) ex diversa causa: non vero extendendum ad retentioinem ob impensas in rem depositam. arg. *l. 18.* §. f. ff. com. *l. 23. ff. depos. l. 20. ff. de acq. vel a-* mit. poss. Sichard. & Brunneumann. *in l. pen.* § ult. *C. de compensat.*

*Effectus
compensa-
tionis.*

XX. Compensatio ipso jure fieri dicitur §. 30. verb. *ipso jure I. de action.* Quamvis enim necesse sit, eam in judicio opponi seu allegari, ut de ea constare judici, atque hic de ista judicare possit; *l. 2. l. 13. ff. de compensat.* *l. ult.* §. 1. *C. eod.* non tamen ex eo tempore, quo istam reus opposuit, vel judex admisit, vires demum habet, sed ex quo aliquid invicem deberi cœpit, jam ipso jure sublatum censetur debitum, quod alter,

ter, cui compensationem objicio, exigit. l. 4.

C. de compensat. unde & usuræ, quamprimum utrinque cœperit eadem quantitas liquido deberi, cessant. l. 11. l. 12. ff. *de compensat.* l. 4. l. 5.

C. eod. it. pignora ipso jure liberantur. l. 12.

C. de compensat.

XXI. Differt a compensatione (*strictè dicta*) **Differt a retentio,** qua, opponendo exceptionem doli ^{compensa-}
mali vel in factum, quis rei alienam quam-
libet legitima ex causâ detinet, usque dum
id, quod ratione ejusdem rei debetur, ipsi
solvatur, l. 14. ff. *de dol. mal.* & met. exc.
l. 14. §. 1. ff. com. div. l. 27. §. f. l. 48. ff. *de R. V.* Mæstert. d. tr. q. 3.

XXII. Confusio est crediti cum debito in **VII. Con-**
una eademque persona mutua consolidatio & fusione.
peremtio, cum nim. creditor debitori, vel
debitor creditori, vel tertius utrique heres
existit. l. 21. §. 1. *de lib. leg.* l. 71. pr. l. 5.
de fidei. l. 107. ff. *de solut.* l. 95. §. 2. *ead.* Non
vero sit confusio actionum, si hereditas bene-
ficio inventarii sit adita. l. ult. §. 9. *C. de jur.*
delib. & ibi Dd.

XXIII. Solvitur porro obligationis vincu- **VIII. Re:**
lum per ipsius rei debitæ interitum, quando *interitu.*
scil. certa res seu species debita, sine debitoris
facto, & ante moram commissam, interierit
l. 23. ff. *de V. O.* l. 5. ff. *de reb. cred.* Si vero
non certa res aut species in obligationem de-
ducta sit, sed genus aliquod, aut respondere,

numero, & mensura constans, seu fungibilis, nullo interitu debitor liberabitur, l. II. C. si cert. pet. porro si culpa debitoris res perierit, l. 91. pr. § 3. ff. de V. O. aut posteaquam per debitorem steterit, quo minus eam daret, aestimatio rei pereuntæ debetur. l. 82. §. 1. ff. de V. O. Christlin. vol. I. dec. 170. § 172.

*Ope exce-
ptionum
etiam tol-
litur obli-
gatio.*

XXIV. Hæc de modis, quibus ipso jure (aphor. I.) tollitur obligatio. Ope exceptionis evertitur, si ipsa quidem in se valida est obligatio, & actio adhuc competit, sed elidi potest per aliquam exceptionem pr. §. 1. I. de except. v. gr. rei judicatae §. 5. I. de exc. t. t. ff. de exc. rei jud. præscriptionis. t. t. ff. de exc. § præscript. jurisjurandi, item transactionis §. 4. I. de exc. pacti de non petendo. §. 3. I. eod. t. Quo refertur casus, quo creditor debiti instrumentum, cautionem sive chirographum, debitori reddidit, videtur enim inter eos convenisse, ne peteretur. l. 2. §. 1. ff. de pact. l. 7. C. de remiss. pign. at si dubium subsit, an creditoris voluntate sit redditum, hoc probare incumbit debitori; aliquando, si integræ fuerit existimationis, per juramentum. Menoch. de præsumt. l. 3. præf. 140. Mafcard. de probat. concl. 476. n. 1. § seqq. Faber ad C. l. 8. t. 29. d. 1. Carpz. p. 2. c. 29. d. 12. alias si præter voluntatem creditoris chirographum in debitoris manus pervenerit, nihilominus pristina superest actio. Faber ad C.

C. l. 8. t. 3. d. 23. Carpzov. p. 2. c. 29. d. 15. quod, secundum prudentis judicis arbitrium, creditoris juramento committitur asseverandum. conf. l. ult. C. de fid. instrum. Gail. 2. obs. 37. Si vero penes creditorem cancellatum reperiatur chirographum, solutio præsumitur, nisi aliud probetur. l. 24. ff. de prob. Carpz. d. l. d. 2. n. 8.

XXV. Cum vero aliquando contingat, plures creditores ejusdem debitoris concurrere, ideo addendum est, quis alteri præferatur; qua de re legē sis Exerc. nostr. ad Pand. 44. tb. 45. & seqq. Spectat etiam huc separationis beneficium, quod traditur d. Exerc. thes. 59. seqq.

Add. L. 3. T. 30. I. quib. mod. toll. oblig.

TIT. XXII.

DE

IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

I. Præterea obligatio in se firma aliquando *Restitutio-* rescinditur per restitutionem in integrum, *ne in inte-* quæ est amissæ rei vel caussæ redintegratio, ex-*grum re-* tra ordinem, ob læsionem factam. arg. l. 2. C. *scinditur* inf. in quib. caus. in integr. rest. nec non est, l. Illius de- 24. §. 3. ff. de min. l. 16. pr. l. 44. eod. Ejus scriptio & potissimum effectus est, ut in pristinum sta- *effectus.* tum reponat ea, quæ per læsionem fuerunt L. 4. ff. t. 1. ablata, l. 24. §. 4. de minor. l. 35. de V. S. cui de in inte- & fructuum restitutio, & omnis utilitas in-

cluditur. *d. l. 24. §. 4. ff. de min. l. 22. l. 35. l. 75. l. 81. l. ult. §. ult. ff. de V. S. l. 173. §. 1. ff. de R. I.*

*Ubi peten-
da.*

II. Petenda est restitutio in integrum a Præ-
tore, hodie a quolibet Magistratu, jurisdic-
tionem habente, modo sit competens ratione
personæ vel rei.

*Cause re-
stitutionis
in inte-
grum:*

III. Subvenit vero magistratus hominibus
lapsis aut circumscriptis, sive inciderint in ca-
ptionem 1.) metu. *l. 1. ff. de in int. rest.* 2.) cal-
lilitate seu dolo *d. l. 1.* 3.) ætate 4.) propter
status mutationem. *l. 2. d. t.* sive 5.) absentia
d. l. 1. alove impedimento, v. gr. errore :
quæ ultima cauſa est generalis. *l. 1. §. 1. inf.*
ff. ex quib. maj. l. 7. ff. de in int. rest.

*I. Metus
justus L. 4.
ff. t. 2.
quod met.
cauf. gest.
erit.*

IV. Prima itaque cauſa in integrum restitu-
tionis est metus, qui est, instantis vel futuri
periculi cauſa, præfens animi trepidatio. *l.*
1. ff. quod met. cauf. Est vero aliud metus justus,
alius injustus seu vanus, qui cadit in quemvis
meticulosum. *l. 5. l. 6. d. t.* Cauffam restitutio-
ni præbet justus metus, non qui juste infertur,
sed qui merito in hominem constantem cadit.
l. 3. §. 1. l. 4. l. 5. l. 6. ff. quod met. cauf.

*Unde da-
tur exce-
ptio, vel
actio.*

V. Ratione metus promissi seu gesti datur
vel exceptio contra eum, qui petit. *l. 7. §. 1. ff.*
de except. *§ l. 4. §. pen. de dol. mal.* *§ met.*
except. vel actio quod metus cauſa, quæ est
actio prætoria, in rem scripta, arbitraria, quæ
datur ei, qui metu compulsus est aliquid ge-
rere,

rere contra quemvis, qui lucrum inde habet, vel rem tenet, intra annum in quadruplum damni accepti, si simplum non restituantur, post annum autem tantum in simplum. Hodie vero pœna ista moribus exsolvit, & solum in simplum datur actio.

VI. Singulare vero in hac actione est, quod non tantum adversus eum detur, qui ab initio metum intulit, sed adversus omnes, qui rem, *pta contra per vim aut metum nobis ablatam*, aut extor- *possessorem tam possident*, postquam scientes rem, nobis *rei metu vi aut metu ablatam*, restituere recusarunt. *I. 9. ablatae.*
§. ult. l. 14. §. 3. ff. quod. met. caus. l. 3. C. eod.
actione scil. in rem scripta, non quod revera sit actio in rem, aut proveniat ex jure, quod quis in rem habet, sed quod indefinite de eo, quod metu gestum est, sine personæ designatione, ad quam dirigitur, sit concepta. *d.*
I. 9. §. ult.

VII. Si vero quis, quod metu compulsus *Metu præ-* promisit, deinde extra metum solverit, non *terito sol-* restituitur, quia ante poterat non solvere *vens non* *restituitur.*
I. 23. pr. ff. quod met. caus. intelligitur enim sponte solvendo novum consensum adhibuisse, & obligationem de novo confirmasse. *I.*
2. § 4. C. de his quæ vi met. caus.

VIII. Dolus malus in hac materia dicitur *II. Dolus* *calliditas & machinatio*, ad circumvenien- *L. 4. ff. t. 3.* dum & laedendum alterum adhibita. *I. 1. §. de dol.* *malo.*
2. ff. de dol. mal.

*Inde excep-
tio dolis,
vel actio.*

*III. Aetas
minorenns.
L.4. ff. t.4.
de minor.
25. an.*

*ob quam
non modice
læsus resti-
tuitur;*

*nisi ordi-
narie ve-
lit agere.*

*Restitutio
in integr.
cessat.
s. ratione
ipsius me-*

IX. Similiter ex hac causa datur vel exceptio contra eum, qui petit aliquid ex tali gesto, ad quod alterum dolo induxit. *d. tit. D. de dol. mal. & met. except. vel actio de dolo*, quæ datur ei, qui calliditate alterius deceptus est, adversus decipientem, ad damni illati restitutionem. *l. i. §. i. & §. 4. ff. de dol. mal.*

X. Sequitur in integrum restitutio minorum, qua Prætor minoribus, seu puberibus, seu impuberibus, ex contractibus, quos ipsi, interveniente licet tutorum aut curatorum autoritate, vel tutores aut curatores solidi eorundem nomine inierunt, læsis, caussa cognita succurrit. *tet. tit. D. & C. de in integr. rest. min.*

XI. Ut vero hæc restitutio locum habeat, requiritur 1.) ætas minorenns, uti dictum. 2.) læsio, & quidem non modica per l. 4. ff. *de restit. in integr.* scil. ob istam æstatem, *l. i. §. i. l. 44. ff. de minor.* seu in judicio seu extra judicium fuerit læsus.

XII. Competit tamen quandoque minori electio, utrum ordinarie, an vero extraordinarie per restitutionis auxilium sibi consultum velit. H. Pistor. *p. i. qu. 12. num. 7.* Faber. *ad C. l. 5. t. 39. d. 2. num. 6.* Carpz. *p. 2. C. ii. d. 34.*

XIII. Cessat hoc beneficium primo ratione ipsius minoris, tum I. propter ejus factum: ut 1.) si dolose majorem se dixerit l. 2. *C. se min. major. se dix.* nisi concorrente dolo adver-

adversarii hoc fiat. l. 3. *vers.* *quod si. C. d. t. noris tum*
Gail. 2. obf. 65. 2.) *si, major factus, com-*¹⁾ *ob ejus*
probaverit, seu ratum habuerit gestum. l. i.^{factum,}
l. 2. C. si maj. fact. rat. hab. vide l. 3. §. 1. ff.
de minor. nisi dolo fuerit inductus, d. l. 3.
§. 1. ff. de minor. add. Exerc. nostr. ad Pand. 8.
tb. 52. 3.) si veniam ætatis a Principe impetrata-
verit. l. i. C. de his, qui ven. et. impetr. quæ
conceditur masculis viginti, fœminis octodeci-
mum annis majoribus; modo illam ætatem
recte probent, ac inorum honestatem & fru-
galitatem, l. 2. pr. §. 1. §. 2. C. d. t. 4.)
si juramento minor gestum confirmaverit. l. i.
§. auth. sacr. puberum. C. si adv. vend. add.
Gail. 2. obf. 41.

XIV. Porro II. ob minoris conditionem *tum 2) con-*
non datur restitutio, si læsum se esse dicat *ditionem:*
in caussis ac negotiis illius artis, quam pro-
fittetur, Maurit. de rest. in integr. c. 223.
Hillig. §. alleg. 21. c. ii. b. vid. Brunne-
mann. ad. l. i. C. qui §. adv. quos in integr.
rest. non poss.

XV. Secundo cessat hoc beneficium ob *II. ratione*
personas; contra quas postulatur: sic non personarum
datur 1.) contra gesta cum parentibus & pa-^{contra quas}
tronis. l. fin. C. qui §. adv. quos. tum propter
reverentiam ipsiis debitam, tum quia non præ-
sumuntur ab ipsis læsi, sed contra tertium pot-
est petere restitutionem minor, licet ille re-
gressum habeat contra patrem arg. l. 2. C. si
adv. don. add. Sfort. Odd. q. 18. art. 2. n.
12. it.

12. it. contra factum quidem patris, ex quo tamen nullum lucrum pater accipere potuit *l. ult. §. 6. C. de bon. quæ lib.* Brunnem. *in d.* *l. ult.* filia quoque restituatur adversus matrem tutricem, secundo nubentem. vid. *Nov. 155. c. l. 2.*) minori capto contra minorem æque læsum. vid. *l. u. §. pen. l. 34. ff. de minor.*

*III. quod
semel de-
negata.*

XVI. Cæterum semel denegata restitutio iterum petenti ex una eademque causa non conceditur. *t. t. C. si fæp. rest. in integr. postul.* Licitam vero esse a sententia, qua denegata primum restitutio fuit, appellationem, vel etiam contra hanc omissam minorem restituendum, tradunt interpretes. *ad l. i. C. d. t.*

*Prodest re-
stitutio mi-
nori, non
alii, regu-
lariter..*

*Tempus pe-
tendi hanc
restit.*

XVII. Prodest restitutio in integrum regulariter soli minori læso *l. 3. §. 4. ff. de minor.* ejusve heredi *l. 95. §. 3. de solut.* aliquando vero etiam socio, si causa fuerit individua. *Coler. Dec. 175.*

XVIII. Petenda est hæc restitutio intra quadriennium *l. ult. pr. C. de tempor. in integr. rest.* quod currere incipit etiam ignorantibus, ex quo primus vicesimi sexti anni (*jare Saxon. 22.*) dies illuxerit. *d. l. fin. pr.* Si quis autem veniam ætatis impetraverit, ex eo die illud quadriennium computandum, quo venia concessa, ita tamen, ut si forte e. gr. 18. anno venia impetrata, nihilominus usque ad initium vicesimi sexti restitutio ratione eorum,

rum, quæ ante impetratam veniam gesta, competit. *l. 5. C. d. t.*

XIX. Exemplo minorum auxilium restitutio- *Conceditur quoquerere*
tionis implorare quoque permittitur Reipu- *stitutio*
blicæ aut universitati, cum & hæc facile lædi possit, & per administratores regatur. *l. 4. C. Reip. it.*
ex quib. caus. maj. l. 3. C. de jur. reip. XI. Ex *Ecclesiae.*
simili ratione competit hoc beneficium Ec-
clesiæ, aliisve piis locis læsis *c. l. 2. 3. § 7. X.*
de restit. & quidem intra quadriennium a tem-
pore læsionis *d. c. l. X. de in integr. rest. add.*
Richter. *dec. 71. n. 31.*

XX. Quartam caussam restitutio- *IV. Capitis*
num diximus esse capitis deminutionem, & *deminutio*.
quidem minimam, quæ jur. Rom. perime- *L. 4. ff. t. 5.*
bat obligationes, verum hodie hujus rei nul- *de capit.*
lus est usus. *min.*

XXI. Restat restitutio ex clausula genera- *V. Absentia.*
li in *l. ff. ex quib. caus. maj.* & quidem vel *L. 4. ff. t. 6.*
ob absentiam, vel ex justa caussa, quæ ve- *ex quib.*
niam meretur singularem, restitutio conce- *caus. maj.*
ditur. *25. an. in*
Absentia intelligitur laudabilis, vel *integr.*
etiam casualis, ut si quis vinculis detineatur rest.
a latronibus, vel hieme & navigatione impe-
ditus absit, it. absentia voluntaria honesta, ut
si mercator absit. *l. 36. § 42. ff. ex quib. caus.*
maj. plane vero non restituuntur, qui dolo
seu malitiose absunt.

XXII. Cæterum istius clausulæ, *si qua alia aliave justa*
mibi justa caussa esse videbitur, exempla oc- *caussa seu*
currunt in toto isto-titulo, & ne nimis sit va- *impedimen-*
ga, *tum.*

ga, fundamentum ejus considerandum, quod in eo consistit, ut ob impedimentum aliquod læsus, quod non poterat avertere, debeat restituī in integrum. *l. 26. in f. dict. tit.* Ejusmodi impedimentum est 1.) error & ignorantia, istis scil. casibus, quibus leges errori & ignorantiae quid indulgent. Exempla occurunt in *l. 1. §. ult. ff. quod fals. tut. gest.* in *l. 1. §. 5. eod. l. 11. §. 5. quod vi aut clam.* *§. 33. I. de action.* add. Sfortias Oddus *de restit.* in *integr. p. 1. q. 8. art. 7.* Berlich. *decis. 40. & 41. 2.*) si ob casum aliquem fortuitum, vel ejusmodi impedimentum, quod in ipsius potestate non fuit avertere, quis læsus fuerit. Sfort. Odd. *qu. 23. art. 1.* Huc etiam 3.) referunt, si quis ob paupertatem non potuerit jus suum persequi. *c. 8. X. de appellat.* Cornel. Benincas. *tr. de privil. paup. qu. 4. num. 18.*

T I T. XXIII.

DE

DELICTIS IN GENERE, ET IN
SPECIE DE DELICTIS
PRIVATIS.*Delicti de-
scriptio.*

I. Delictum est quælibet offensio, contra jus dolose illata, qua quis se, quasi per contractum, vindictæ legis subjicit, ac quasi in pœnam, quam scelere suo proineruit, consentire videtur. Vel, delictum in genere est factum in se illicitum, immediate contra legum pro-

prohibitionem sponte commissum, quo ad præstandum quid, patiendumve quis se obligat. *l. 25. §. 1. l. 4. ff. de O. & A. pr. I. de obl. q. ex. del. nasc.*

II. Delicta distinguuntur juxta LL. Roman. in privata, extraordinaria, popularia & publica. Privata vocantur, quibus potissimum privatus laeditur, & inde ipsi actio datur, ut sunt furtum, injuria, damnum, & vis bonorum raptorum.

III. Furtum est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve *§. 1. I. de obl. quæ ex del. nasc. l. 1. §. fin. ff. de furt.*

IV. Hodie hoc delictum poena strangulationis coercetur, & quideam, secundum ordinationem criminalem Carolinam, juxta certas distinctiones, quas legere est in Exc. nostr. *ad Pandect. XLIX. th. 21.* Jure vero Sachsen. Electorali is, qui ultra quinque aureos Ungaricos furatus fuerit, laqueo punitur. *p. 4. Const. Elec. 32. ubi add. Carpzov.* In collegio Juridico Jenensi non dictatur poena suspendii, nisi furtum sit 20. Joachimicorum: alias fustigatio, relegatio vel carceris poena, juxta varietatem rei oblatæ & circumstantiarum, infligitur.

V. Mitigatur vero etiam hodie poena 1.) *qua quantum* si furtum inter parentes & liberos commissum, vid. Carpz. *in pr. Crim. p. 2. q. 82. n. 42.* 2.) si inter conjuges, *Ord. Crim. art. 165.*

præ-

præterea 3.) ob consanguinitatem intercedentem inter furem & eum, cui res surrepta, mitior pœna infligi solet Carpzov. *d. p. 4. C. 38. d. 4. § 5.* 4.) impuberibus, non vero minoribus. *Ord. Cr. art. 164.* 5.) inventori, mala fide rem occultanti, 6.) administratori & tabellariis pecuniam furantibus, Carpzov. *p. 2. Pr. Crim. q. 85.* 7.) ad furandum opem consiliumve præstanti, nisi ad ipsum furandi auctum auxilium quis præstiterit, aut de furto participaverit, Carpzov. *d. l. 8.) furum furorumque receptatoribus, Carpzov. d. p. 2. q. 87.* 9.) ementibus scienter res furtivas, *idem all. l. num. 44. 10.) rem ablatam restituentibus, Clud. tr. de cond. furt. c. 50. num. 60. 11.) pescantibus in alienis rivis, aquis & fluminibus, vid. Ord. Crim. art. 169. Carpzov. d. p. 2. qu. 84.* 12.) Cadavera punitorum aut sepulturum spoliantibus, *p. 4. Conſt. Elecſt. 34. ibique Carpzov. 13.) si non satis constet de re ablatâ ejusque quantitate. d. Conſt. Elecſt. 34.*

*Poteſt et-
iam fur
conveniri
rei vindi-
catione;
it. condi-
tione fur-
tiva.
I. 13. ff. t.
I. de con-
ditiōne
furt.
An hered-
es furis
suspensi
conveniri
poſſint.*

VI. Præterea potest etiam dominus rem ablatam extantem vindicare jure dominii §. ult. I. de obl. quæ ex del. nasc. & datur quoque conditio furtiva, qua dominus rem furto ablatam, ejusve aestimationem, a fure ejusve herede repetit, seu quid pervenerit ad heredem, seu non. I. 9. ff. de cond. furt.

VII. Controvertitur autem, an hæc actio etiam detur contra heredes furis, ipso fure ultimo

ultimo suppicio affecto, quod quidem multi negant, quorum sententiam probat Carpzov. p. 4. C. 32. d. 23. imo etiam ipse Elector Saxonie in *noviss. decis.* 86. Verum æquior est sententia, quod nihilominus heredes teneantur ad restitutionem rei furto ablatæ, ejusve æstimationem, quia nimis. actio seu pœna criminalis non extinguit actionem rei persecutoriam, & iniquum esset, heredein furis non teneri ob furtum, sed eo sæpius locupletari cum damno & injuria domini, cui res ablata, quæ sententia & in Scabinatu Jenensi recepta est.

VIII. Injuria est delictum privatum, quo *II. Injuria*, alteri contumelia infertur, l. 1. pr. ff. de *injur.* L. 47. ff. t. & *fam. libel.* estque vel realis, quæ facto aliquo, ad probri & turpitudinis notam compatriato, committitur. d. l. 1. §. 1. d. t. vel verbalis, quæ fit vel verbis ore prolatis, vel scriptis; cuius singularis species est, quæ dicitur famosus libellus.

IX. Consistit injuria in affectu seu animo *que consistit in animo injuriandi*, qui si adsit, nec veritas convitii excusat. l. 3. §. 1. de *injur.* add. Gail. 2. obs. 99. *juriandi.* Gomez. var. *resol. tom. 3. c. 6. n. 2.* Jul. Clarus lib. V. §. *injuria. n. 15.* Faber. ad l. 1. 9. t. 20. def. §. Grot. *introd. in jus Belg.* l. 3. c. 16. §. 1. Sande *decis. Fris.* l. 5. t. 8. d. 7. add. l. 5. C. de *injur. art. no. Ord. Crim. in fin.* & Carpzov. p. 4. C. 44. def. 8. multo minus injuriantem juvat, quod ab alio injurias per fa-

inam se audivisse probet, cum & ratione injuriæ ab alio dictæ, a se propalatæ, injuria-
rum teneatur. Salicet. *ad l. i. C. de injur.*
Berlich. *p. 5. concl. 65. n. 51.* Coler. *p. 1.*
decis. 161. num. 41. Carpzov. *p. 4. C. 42.*
d. 5. Cæterum si quis ad reprobando te-
stes crimen objiciat, injuriandi animus non
videtur subesse. *arg. leg. 55. de reg. jur.* Gail.
2. O. 106. Carpzov. *d. p. 4. C. 42. d. 7.*
tutius tamen volunt esse protestationem ad-
dere. Olradus *Confil. 53.* Wesenb. *parat. de*
injur. n. 9. In dubio autem ex verbis, seu
factis, per se contumeliosis injuriarum ani-
mus præsumitur: *arg. l. 41. ff. ad L. Falcid. l.*
42 ff. de V. S. in facto autem, quod per se con-
tumeliosum non est, statur negationi ejus, qui
injuriam commisisse dicitur, & si verba sint
talia, quæ injuriam necessario non important,
actioni injuriarum locus non est, nisi prius
actor injuriandi animum probaverit. Farinac.
in pr. Crim. q. 105. n. 118. & 122. Carpz.
d. C. 42. d. 7. n. 4. quod & ex facti circum-
stantiis dijudicari debet: hinc qui joco aut
Iudendo quid intulerit, quod alias ut injuria
se haberet, injur. actione non tenebitur. *l. 5.*
pr. C. de injur. l. 15. §. 23. ff. eod. junct. l. 3.
§. 1. inf. & 3. eod. add. Mascard. de probat.
l. 2. concl. 902. n. 5. Damh. *pr. Crim. cap.*
436. n. 9. & 139. num. 12. Farin. *q. 105.*
num. 121. Cum vero hoc difficilis quando-
que probationis sit, reus, si innocentiam suam
suffi-

sufficienter probare non possit, pro arbitrio judicis ad juram. purgationis admittitur, Boer. *dec. 68. n. 4.* Gail. *d. l. 2. obs. 106. n. 1.* Carpzov. *d. loc. p. 4.* *Const. 42. def. 9.* Ita etiam, qui ex calore iracundiæ ad injurias provocatus, aut in ebrietate verbis contumeliosis quem prosciderit, ex pœnitentia & contraria declaratione ab injuriarum actione liberatur, nisi fuerint injuriæ atroces. vid. Faber *ad C. l. 9. t. 20. d. II.* Sande *decis. Fris. l. 5. t. 8. d. 7.* Carpzov. *p. 4. C. 42. d. II. it. in pr. Crim. qu. 97. n. 12. § seqq.*

X. Vindicatur injuria actione injuriarum, *Vindicatio descendente vel ex edicto Prætoris, vel ex L. Cornelii, quæ in specie ad injurias quæ manu fiunt, seu reales, pertinet. l. 5. pr. ff. de injur.* *injurias.*

XI. Agitur propter injurias vel civiliter, vel *Actione injuriarum ci- criminaliter. Civilis actio, quæ etiam ho- vilater agi- die propter reales injurias institui potest, tur, ita se habet, ut is, qui injuriā paſſus est, eam certa quadam pecuniæ summa, pro injuriæ atrocitate, æſtimet, §. 10. I. de injur. quam summam deinde iudex moderatur, & actori adjudicat §. 7. I. d. t. l. 37. §. f. eod. Carpzov. pr. Crim. q. 95. Condemnatus inde fiat regulariter infamis. l. 1. ff. de his, qui not. infam. exceptis casibus certis, add. Carpz. q. 94. num. 68. § seqq.*

XII. Criminaliter agitur, quando petitur *vel crimi- mulcta aliqua, fisco inferenda, vel pœna ali- naliter. qua relegationis, fustigationis aut carceris*

injungenda, pro modo injuriarum atque circumstantiarum. add. Sande *l. 5. t. 8. d. 5.* Non possunt vero hæc duæ actiones, scil. ista civilis æstimatoria pœnalis & hæc criminalis cumulari, quia nimis utraque ad pœnam tendit. *§. 10. I. de injur. junct. §. 1. de perpet. & temp. action.*

*præterea
datur actio
ad palino-
diam.*

XIII. Præterea moribus adhuc duo remedium datur actionem ad palinodiam, quæ secundum veriorrem sententiam, cum rei persecutoriis accedit, cum actione injuriarum tam civili, quam criminali cumulari potest. Gail. *z. O. 65.* Richt. *in Cent. Reg. 2. Dissent.* Carpzov. *p. 4. c. 42. d. 16.*

*nec non re-
torsio inju-
riarum.*

XIV. Alterum extrajudiciale, retorsio nimis injuriarum, quæ probatur *in noviss.* Decis. *Elect. 81.* de qua latius in dissert. nostr. *de vind. priv.* quo remedio si quis usus fuerit, non competit actio injuriarum. Non vero injuriæ verbales cum realibus compensari possunt, quamvis mitius puniri soleant, qui injuria alterius commoti, aut quasi incitati quid commiserint. Gail. *2. obf. 100. n. 10.* Boer. *decis. 169.* Faber. *ad C. l. 9. t. 20. d. 1.* Carpz. *d. C. 42. d. 10. & seqq.*

*Tollitur
actio inju-
riarum
et morte,*

XV. Cæterum tollitur actio injuriarum 1.) morte, tum ejus, qui injuriam intulit, nisi lis cum defuncto jam contestata fuerit, *§. 1. in f. I. de perp. & temp. act.* tum ejus, qui injuriam passus est, nisi itidem lis contestata. *d. §. 1. I. l. 1.*

l. 13. pr. ff. de injur. arg. l. 139. de R. I. add. Sande l. 5. t. 8. d. 4. & Carpz. l. 3. Resp. 30. § 39.
*ubi monet, quod actio injuriarum, criminaliter intentata, ne quidem lite contestata contra heredes competat; 2.) præscriptione unius 2. Præscriptio anni, a die scientiæ computandi, seu scriptis p̄tione, seu verbis prolata sit injuria (excepto tamen casu famosi libelli) tum respectu actionis civilis, tum criminalis. Carpzov. Pr. Crim. all. l. q. 97. actio tamen ob reales injurias est perpetua; arg. pr. I. de perp. § temp. act. Jul. Clarius §. *injuria num. 9.* Gailius 2. observ. 105. Sande l. 5. t. 8. d. 3. Anton. Matthæi tract. de crim. ad tit. de injur. cap. 1. n. 19. de jur. Elect. vid. p. 4. c. 46. ibique Carpz. 3.) dis- 3. dissimula-
 simulatione seu remissione. §. fin. I. de injur. ^{tionē}, l. 11. §. 1. eod. seu tacita, seu expressa, v. gr. pacto, transactione; 4.) si reus ante L. C. se 4. declarare pœnitere dicat ac declareret, se bene de fama ad-
 versarii sentire, arg. §. ult. I. de perp. § temp. action. add. Carpz. p. 2. Pr. Crim. 97. n. 14. quod tamen limitatur in Ordin. Provinc. Je-
 uensi cap. 33.*

XVI. Famosus libellus est injuria, qua ali- *Famosi li-*
cui quid, ad infamiam alicujus pertinens, seu bellū descri-
notabile crimen, scripto aut alio singulari ptio.
modo, seu expresso seu tecto nomine auto-
ris, objicitur. l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de injur.
& fam. libell. Ord. Pol. de a. 1577. t. 35. §. Und
setzen. 3. v. es habe der Autor seinen Namen
darunter gesetzt, oder nicht. non obſt. Ord.
Crim. art. 110.

*Quis bu-
jus crimi-
nis se faciat
reum.*

XVII. Incurrit hoc delictum non is solum, qui scripsit & composuit tale quid ipse, sed &, qui emendum vendendumque curavit, *L. 5. §. 19. ff. de injur. Ord. polit. de An. 1577. t. t. 35.* hinc & typographus famosum libellum excudens tenetur, *d. t. von Buchdruckern.* add. Bocer. *de famos. libell.*

Eius pœna.

XVIII. Vindicatur hoc delictum vel actione injuriarum, & tunc juxta petita libelli reus condemnatur, vide Carpzov. *pr. crim. p. 4. q. 98. n. 44. § 46.* vel ex SCto, iudicio publico, & fit infamis, & præterea pœna extraordinaria olim dictabatur, postea vero capitalis per *l. un. C. de fam. libell.* Juxta constitutionem Carolinam autor famosi libelli ea pœna afficitur, quæ alias statuta est criminis, quod ab eo alteri imputatur. *d. art. 110. Bocer. tr. defam. libell. c. 5.* add. *Conſt. Elec̄t. p. 4. C. 43.* Hodie pœna est arbitraria vid. Carpz. *p. 2. q. 98. n. 10. seqq.*

*III. Da-
mnum in-
juria da-
tum.*

L. 9. ff. t. 2.

*Eius ho-
dierna coer-
citio.*

XIX. Tertium delictum privatum est damnum injuria datum, quo nimirum patrimonium alterius, vel etiam persona dolo aut culpa, etiam levissima, deminuitur aut lœdiad legem tur. *Schaden, die einen durch eines andern Aquiliam. Verwahrlosung wiederfahren.*

XX. Vindicabatur hoc olim per L. Aquil. uti ad illum tit. D. exponitur. Hodie damnum illatum æstimatur, & ad ejus reparationem agitur, sic & si vulneratus quis sit, non solum mercedes Medicis & chirurgis præstitæ,

flitæ, aut operæ, quibus quis caruit, aut cariturus est ob vulnus, in hanc æstimationem venire soleant, sed & doloris, & cicatricum atque deformitatis ratio habeatur, si id non in natione petat vulneratus. Grot. *introd. in jus Belg. i. 3. cap. 34. §. 1. inf.* Farinac. *de homicid. t. 14. quæst. 119. n. 108. & 121.* Menoch. *de arb. jud. quæst. l. 2. cas. 121.*

XXI. Denique quartum delictum privatum est vis bonorum raptorum, quo delicto ^{norum raptorum.} quis dolo malo rem alienam mobilem, lucri-^{L. 47. ff. t.} faciendi animo, vi (*mit öffentlicher Gewalt*, 8. Vi bo- furtum v. fit mit heimlicher Gewalt) auferit, aut nor. rapt. damnuni in ea dat. *pr. I. de vi bon. rapt.* Pœ- & turba. na Jure Roman. erat tripli, & simuli petebatur ipsa res, & ita in quadruplum dabatur actio. Hodie pœna ista tripli in usu non ^{Eius hodiernæ napæna.} est, sed criminale judicium obtinet, & pœna raptoris, præfertim in itinere publico vi illata reim auferentis, est capitalis gladii. *Ord. Crim. art. 126.*

TIT. XXIV.

DE

EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

I. Extraordinaria crimina dicuntur, quæ Extraordi-
pro arbitrio judicis singulariter extra ordinem ^{nariorū}
a judice coercentur criminali judicio. l. i. ff. ^{criminum}
^{descriptio. t.} de publ. jud. l. 3. §. 2. stell. l. i. pr. de extr. cr. L. 47. ff. -

II. Extraordinaria crimina traduntur fere II. de ex
hæc: I,) follicitatio alienarum nuptiarum, traord.

*licitatio a-
lienarum
nuptiarum,* quam perpetrant illi, qui pudicitiam alienæ uxoris attentant, vid. *I. i. b. t. 2.) abactio partus*, si nim. data opera partus abigatur, *I. 4. ff. de extraord. cr.* Jure Carolino & Saxon. circa hoc delictum distinguitur, an fœtus sit inanimatus, seu non vitalis; & abigens istum extraordinarie punitur: an vero animatus seu vitalis, & poena est ultimum supplicium. *P. H. O. art. 133. Const. Elec. 4. p. 4.* Habetur autem, quoad hanc poenam infligendam, non ante vitalis, quam post dimidium tempus, quo uterum gestavit mulier. vid. Carpzov. *p. 1. q. II.* Referri etiam hic potest *expositio infantis.* *I. 2. C. de infant. expos.* de cuius poena legas *art. 132. Ord. Cr. & Dec. Elec. nov. 78.* Carpzov. *p. 4. c. 4. d. 8. seqq.*

3. dardanariatus.

*4. crimen
facculariorum,
5. viola-*

tio sepul-

erorum,

L. 47. ff. t.

12. de sep.

viol.

6. abigea-

tus.

7. præva-

riatio.

III. Porro 3.) dardanariatus, quod delictum committunt, qui annonam attentant & vexant, merces scil. coemtas supprimentes, & fructus suos æquis pretiis vendere nolentes. Poena est arbitraria. vid. *I. 6. pr. ff. de extraord. crimin. Pol. Ordin. de anno 1577. tit. die Monopolia, &c. 18.*

IV. 4.) Crimen facculariorum. vid. *I. 7. ff. de extraord. crim. 5.) sepulchrorum violatio.* 5.) sepulchrorum violatio. 6.) abigeatus crimen, quo nim. pecudes, seu armenta, ex pascuis & stabulis abiguntur. *I. i. §. i. l. ult. §. i. ff. de abig.* hodie abigei ut fures puniri solent. Carpz. *d. p. 2. q. 86. n. 26.* 7.) prævaricatio: est ve-

ro prævaricator ipse accusator, qui colludit L. 47. ff. t. cum reo. *vid. tit. D. de prævar.* Ab hac præ-^{15.} de varicatione differt prævaricatio advocati, qui prævari-^{cat.} prodit caussam, quam adit, adversario, & extra ordinem solet puniri. *l. l. §. 1, l. 3.*
§. 2. ff. de prævar. l. l. C. de advoc. div. judicior.

P. H. O. art. 115. 8.) receptatio, quod cri-^{8. recepta-} men committit, qui latrones, seu aliis cri-^{tio.} minibus obnoxios sciens suscepit, occulta-^{L. 47. ff. t.} ^{16. de re-} vit, *vid. tit. ff. de recept.* & itidem poena est cept. arbitraria. *Carpz. p. 3. q. 134. n. 37.* 9.) ef-^{L. 47. ff. t.} fractura, cumprimitis carceris. *vid. Carpzov. 18. de ef-*
d. p. 3. q. 111. n. 90. seqq. 10.) crimen stellio-^{fract. &} natus, quod committunt ii, qui improbius ^{9. effra-} fraudavere, & in crimen aliud non incidunt. *etura.*
tot. tit. D. stell. poena itidem est arbitraria, 11.) ^{10. stellio-} termini motio, quando scil. termini, finium ^{natus.} *L. 47. ff. t.* caussa positi, dolose evelluntur, ejiciuntur, ^{20. stel-} turbantur, *tot. tit. D. de termin. mot. de pœ-* lionatus. na legatur *Carpzov. p. 2. q. 83. n. 67.* 12.) ^{II. termini} illiciti conventus, absque superioris permissio-^{motio.} *tu instituti, l. 1. pr. l. 3. pr. ff. de coll. & corp.* ^{L. 47. ff. t.} ^{21. de ter-} & itidem poena est arbitraria. ^{mino mo-}

V. Denique huc etiam referunt improbam to.
 mendicitatem, sec. *Ord. Polit. tit. 27. ludos* ^{12. illicite}
 vetitos, *tot. tit. ff. de aleat.* *Carpzov. p. 3. q. 134. ebriositatem,* ^{conventus;} *d. Ord. Pol. t. 8 imperi- quibus* tiam aut negligentiam Medicorum, *P. H. O. & alia.*
art. 134. Br. & angelus ad l. 2. ff. ad L.
Corn. de siccari. Paul. Zach. in quæstion. medico-legal. Lib. 6. tit. 1. quæst. 3. & quæst. 2. n. 19.

Corruptio servi; VI. Cæterum etiam ad delicta privata pertinet corruptio servi, & datur inde actio de L. 11. ff. t. 3. de serv. servo corrupto, qua nimis, qui servum corrupto. alienum deteriorem reddit, a domino convenitur, ut, quanti ea res est, in duplum condemnetur. *l. i. pr. §. 3. Et seqq. ff. de serv. corrupt.* Utilis actio hodie accommodatur cuilibet, cui per corruptionem personæ ad se pertinentis, *ut filii, uxoris &c. damnum obvenit. vid. eleg. dissert. de distinct. serv. alteriusve hominis corrupti,* Joh. Brunnemann.

Add. *L. 4. T. 1. I. de oblig. quæ ex del. nasc.*
T. 2. I. de vi bonor. raptor. T. 3. I. de le-
ge Aquilia, T. 4. I. de injuriis.

TIT. XXV.

DE

CRIMINIBUS POPULARIBUS.

Actiones populares. I. Delicta privata, ex quibus juxta jus Rōm. L. 47. ff. t. 23. de po- populares actiones dantur, ita se habent, ut inde cuivis de populo detur actio. vid. tot. tit. *D. de popul. aet.*

Hodiernus usus. II. Hodie vero is agit, cuius interest, vel denunciatur delictum Magistratui, & per procuratorem fisci caussa agitur.

TIT. XXVI.

DE

QUASI DELICTIS.

Quasi delictorum descriptio. I. Quasi delicta sunt, quæ consistunt in aliqua culpa, ut ita loquar, imputativa, hoc est,

est, quæ alicui ex alieno factio eorum, quos quis adhibet, imputantur, quod, v. c. minus fidelium seu negligentium opera quis utatur.

§. ult. Inst. de oblig. quæ qs. ex del. naf. l. ult.

§. 4. ff. naut. caup. stab.

II. Ejusmodi quasi delictum est 1.) da- *Species; I.*
mnum aut furtum in navi, caupona vel sta- *Damnum*
bulo commissum, quod imputatur exerci- *aut fur-*
tori: etiam datur inde actio in factum ob- *tum in na-*
damnum, furtumve factum in navi, caupo- *vi, caupo-*
na stabulove ab aliquo eorum, quorum ope- *na aut sta-*
ra exercitor utitur, & quidem datur ei, cui L. 47. ff. t.
illud damnum vel furtum illatum, contra ex- 5. furti ad-
ercitorem: & quidem jure Rom. in dupluni, naut.
hodie vero solum damnum resarcitur, & pœ- caup. stab.
na est arbitraria. add. §. ult. I. de oblig. quæ qs. L. 4. ff. t. 9.
ex del. naf. tot. tit. D. naut. caup. stab. naut.

III. 2.) Ex quasi delicto alteri obligamur, caup. sta-
si quid dejectum effusumve ex ædibus nostris bul.
fuerit, quod alicui prætereunti in corpore, II. Effu-
vel in vestimentis, vel aliter nocuerit, itidem sum deje-
hodie est pœna arbitraria. vid. §. I. I. d. t. t. 3.
tot. tit. D. de his qui effud. vel dej. Eo etiam de his, qui
pertinet 3.) actio de posito aut suspenso quæ effud. vel
datur contra eum, qui positum aut suspen- dejec.
sum aliquid habet in ædibus suis supra eum III. Pos-
locum, quo vulgo iter fit, inve quo consi- tum aut
stitur, quod potest, si ceciderit, alicui no- suspensum
cere. §. I. I. de obl. quæ qs. ex del. naf. & tit.
ff. de his &c. Et itidem hodie damnum æssi-
matur, & pœna est arbitraria.

*IV. Acceptio
ex turpi
causfa.*

L. 12. ff. t.
5. de con-
diēt. ob
turp. vel
injust.
caus.

*IV. Præterea 4.) quasi delictis accensemus
acceptiōem ex turpi cauſſa, qua accipiens
obligatur ad restitutiōem rei, vel liberatio-
nem a cautione l. 1. C. de cond. ob turp. vel inj.
cauſ. Quamvis enim non invito rem seu cau-
tionem extorqueat, adeoque non proprie ex
maleficio obligatus sit accipiens: vid. Arist. 5.
Eth. 2. in fin. tamen, quia delinquit accipien-
do ob turpem cauſsam, quasi ex maleficio
obligatus intelligitur l. 1. ff. de cond. ob turp.
cauſ. l. 1. C. eod. junct. arg. pr. perb. quia neque
ex maleficio, neque ex contractu obligatus est,
Et utique peccasse aliquid intelligitur, ideo vi-
detur quasi ex maleficio teneri. Inst. de oblig.
quaes. q. ex del. nasc. it. §. 1. Et §. fin. I. eod.*

*Datur inde
conditio ob
turpem cau-
sam:*

*V. Competit inde conditio ob turpem
cauſsam, qua id, quod propter factum re-
spectu folius accipientis turpe, datum aut
promissum, repetitur, licet factum præsti-
tum, seu cauſſa secuta fuerit. l. 1. §. 2. ff. de
cond. ob turp. cauſ. l. 6. C. eod. Ita folius ac-
cipientis est turpitudo, si detur, ut quid
restituat, quod vel ex conventione reddere
tenetur, l. 2. §. 1. l. ult. ff. d. t. vel ex de-
licto obligatus est restituere. l. pen. Et ult. C.
eod.*

*que non
datur, si
utriusque
ſubſit tur-
pitudo.*

*VI. Non vero datur conditio, si utrius-
que ſubſit turpitudo, quia in pari cauſſa potior
est conditio poſſidentis, ac petens promissum
exceptione dolii mali vel in factum ſubmove-
ri potest. l. 3. l. 4. pr. Et §. 1. ff. dict. tit. l. 2.
l. 5.*

I. 5. C. cod. vid. Andr. Clud. *de condicēt. ob turp. caus. c. 2. § 3.* Quo pertinere volunt etiam aleæ lusum, quippe in quo cum utriusque turpitudo versari videatur, quod datum est, non petitur moribus, (secus jure civ.) & quod ex ea caussa promissum aut cautum est, exigi non potest, quia audiendus non est, qui propriam suam turpitudinem allegat, & ex eo compendium querit. *I. 5. C. de cond. ob turp. caus. I. 4. C. de revoc. don. I. 1. C. de aleat.* Quod ubique locorum servari testantur Reb. *ad Constat. Reg. proœm. gl. 5. num. 56.* Christin. 2. dec. 220. Carpzov. 6. resp. 96. num. 12. 17. & *Prax. Crimin. p. 3. q. 134. num. 26.* Denegatur repetitio pecuniæ, ad ludendum a sciente mutuo datæ. *arg. I. 12. §. 11. ff. mandat.* Berlich. & *alleg. dec. 66.* Leuwen. *cens. for. I. 4. c. 14. n. 10. in fin.*

VII. Refertur etiam hoc in *pr. I. d. t.* si *ju-* *Jure Rom.*
*dex per imperitiam male judicaverit, quod *huc refer-*
ex ea ratione videtur inter quasi delicta rela- *tur, si *judex*
*tum, quod apud Romanos *judex* suos habue-* *male judi-*
rit assessores, adeoque horum imperitia judi- *caverit:*
ci imputetur. Hodie datur exinde contra ju- *quo casu da-*
dici actio ex syndicatu. vid. Paris de Puteo *actio ex*
tr. de Syndicatu. *syndicatu.*
L. 50. ff. t.
*13. de ex-***

Add. *L. 4. T. 5. J. de oblig. que qs. ex del. traord.*
naf. *cogn. & si*
jud. liter.
suam fec.

TIT. dis.

TIT. XXVII.

DE

NOXALIBUS ACTIONIBUS.

*Actionum
noxalium
descriptio.
L. 9. ff. t. 4.
de noxal.
act.
Uisus ho-
diernus.*

I. Porro etiam ratione rerum nostrarum ex delicto quodam tenemur: unde sunt actiones noxales, quibus quis i.) tenetur ob delictum servi sui; vid. *tot. tit. ff. de noxal. action.* cuius tamen actionis nullus hodie est usus, sed ipsi liberi homines, quorum opera utinam ex suis delictis conveniuntur, neque dominus de eorum facto regulariter tenetur, nisi sit, quod ei imputetur, vel nisi jussit: aliquando etiam ratione mercedis, quam debet, tenetur. *Coler. dec. 208.*

*Actio de
pauperie.
L. 9. ff. t. I.
fi quadr.
paup. fec.
dic.
Observan-
tia juris
Saxon.*

II. Pertinet etiam huc actio de pauperie, qua nimirum, ob damnum a bestia illatum convenitur dominus istius animalis, ut animal, quod nocuit, dedat, aut estimationem damni solvat. *tot. tit. D. si quadr paup. fec. dic.* Jure Sax. noxae deditio non obtinet, est tamen ei similis expulsio seu dimissio noxae, & animal ita dimissum pertinet ad eum, cui damnum illatum, vid. *Carpzov. pr. crim. p. 1. q. 13. n. 20.* Locus etiam est pignorationi, v. gr. si animal alienum gramine atit frumenta depavit, ut nimis animal retineatur apud eum, qui jurisdictionem, saltem inferiorem habet, *Carpzov. p. 2. c. 7. d. 8.* usque dum de domino & impensis satisfiat. add. Richter. *Dec. 5.*

*Damnum
ab edibus*

III. Præterea propter damnum a rebus in-

ani-

animatis, veluti ab ædibus aut aliis operibus *vel vicino* nostris, extra culpam datum: ut, si præfens *jam illatum* sit, veluti si ædes nostræ in ædes alienas deciderint, ut rudera tollamus, damnumque datum *refaciendum, vel ob* resarciamus, aut ædes totas quasi noxæ deda-*cautio præ-* mus. *l. 7. §. ult. l. 9. pr. ff. de damn. infect.* Ita *planæ.* *L. 39. ff. t.*
 quoque vi fluminis in alienum agrum impor-tata dominus auferre potest, modo de damno, *no infect.* *2. de damn.* *si quod inde obtigit, reparando caveat. d. l. & de fug.*
9. §. 1. 3. d. t. Joh. Thom. tr. de nox. anim. c. 3. gr. & pro-
n. 5. Sifuturum ex ædibus aut opere nostro metuatur damnum, potest vicinus Prætorem adire, ut de damno sibi caveatur. l. 7. & tot. tit.

D. de damn. inf.

IV. Simili ex caussa actio aquæ pluviae ar-*L. 39. ff. t.*
 cendæ competit domino ob daimnum, quod *3. de aquæ* in agro metuit ex aqua pluvia, opere manu *& actione* facto, contra dominum loci, ubi id factum, *aquaæ* pluv. ar-ut illud destruatur. *tot. tit. D. de aq. & aq. cendæ.*
pluv. arc. vid. Molin. tr. 2. d. 1. & I. D. 704.
 Est hæc actio personalis *l. 6. §. 5. d. t. in re* scripta. *l. 12. eod.*

Add. *L. 4. T. 8. I. de nox. action. T. 9. si quadr. pauper. fec. dic.*

TIT. XXVII.

DE

PUBLICIS JUDICIIS.

I. Publica judicia jur. Rom. dicuntur, quæ *Publicorum* lege peculiari de crimine notabili introducta *Judiciorum* sunt, data plerumque cuilibet de populo *exe-* *descriptio.*
cutio. L. 48. ff. t.
I. de publ.

*judiciis.
Et crimi-
num pu-
blicorum.*

*Hodie qui-
libet cri-
minam ma-
gistratui
denunciare
potest.*

*Eiusmodi
crimina
publica
sunt cri-
men lese
majestatis
humana;*

*L. 48. ff. t.
4. ad Leg.
Juliam
Majestatis
cujus spe-
cies est
perduellio.*

cutione seu potestate ob crimen illud solenni judicio reum accusandi, *l. i. ff. de pub. jud. junct. §. i. I. eod.* Crimina igitur publica sunt, in quibus puniendis damnum quod per illa Reipubl. illatum, vindicatur, & ut hoc vindicetur, ordinariæ & criminales pœnæ legibus publicorum judiciorum statutæ. *d. l. i.*

II. Hodie quidem ejusmodi accusatio publica non amplius in usu est, sunt tamen nonnullis locis certæ personæ constitutæ, (*Rügemeister*) quæ magistratui delicta denunciare debent. Alias etiam cuilibet denunciare licet; imo Magistratus exigit officium, ut absque denunciatione inquirat & procedat. vid. Carpzov. *p. 3. q. 103. seqq.* Brunneni. *de proc. inquis.*

III. Inter ista crimina publica recensetur crimen læsæ Majestatis, quod adversus Reip. aut ejus, penes quem est summi in Rep. imperium, securitatem, vel contra dignitatem & potestate committitur. *l. l. §. i. ult. ff. ad L. Jul. Majest.*

IV. Committitur hoc crimen bifariam 1.) & principaliter, si quis contra ipsam Principis aut Reip. salutem quid molitur; 2.) cum quis ea, quæ Majestatis sunt, violat, & dignitatem atque existimationem Principis lædit. Primi generis crimen dicitur perduellio, quæ est quævis machinatio & factum, ad Reip. everlionem & labefactationem eorumve, qui Reip.

Reip. præsunt, & per quos ea regitur, interi-
tum tendens. *l. i. ff. ad Leg. Jul. Maj. l. 5. C.
cod.*

V. Pœna hujus delicti est gladius, vel et. *Hujus pa-*
iam severius aliquod ultimi supplicii genus, na.
veluti dissectio in quatuor partes, *Ord. Crim.
art. 124.* it. bonorum omnium publicatio &
confiscatio, *l. 9. l. ult. ff. d. t. d. Ord. Crim.
art. 218.* & porro memoriae rei post mortem
damnatio: unde filii fiunt infames. *l. 5. §. 1.*
C. ad L. Jul. Maj. Aur. Bull. cap. 24. pr. 5 vers.
volumus insuper. d. Ord. Crim. art. 218. add.
Carpz. Pr. Cr. P. 1. q. 41.

VI. Simplex crimen læse majestatis com- *Simplex cri-*
mittitur vel facto, ad contumeliam Princi- *men læse*
pis aut Reip. tendente; & pœna itidem est *majestatis;*
capitalis, absque tamen confitacione bono- *eiusque*
rum, quæ tamen, secundum circumstantias,
& qualitatem facti, aliquando mitigatur:
l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj. vel verbis seu
maledictis, quibus arbitraria pœna irroga-
tur. *l. un. C. si quis Imper. maled.* Carpzov.
d. l.

VII. Occasione hujus etiam dicendum est *Majestas*
de criminis læse majestatis divinæ, cuiusmodi *divina la-*
est 1.) Blasphemia, quæ est quodlibet dictum *ditur 1. per*
contumeliosum in divinam Majestatem. Hæc *blasphemia-*
aliam est, quæ ex consuetudine, pravo more,
malo usu loquendi committitur: alia, quæ
ex ira, præter animi intentionem fit: alia, quæ
præmeditato, seu a sciente & volente. Et

Ff qui-

quidem divino jure feverissime in hoc delictum animadversum legimus *Lev. 24. v. 14. 15. & 16.* A quo nec jus civile recedit, quo blasphemii ultimo suppicio puniuntur. *Nov. 77. c. i. §. 2.* Hodiernis moribus arbitraria est poena, fustigatio, relegatio: aliquando mortis etiam poena infligitur, si horrenda fuerit blasphemia. vid. *Damhoud. pr. Crim. q. 61. n. 2. Jul. Clar. §. blasphemia n. 3. Rec. Imp. de A. 1548. tit. von Gotteslästern. I. Const. Elec. i. p. 4. ibique Carpzov. & prax. Crim. p. 1. quest. 45. Theodor. colleg. crim. D. 9. Decis. Elec. noviss. 57. ubi Philipp. observ.*

*2. per por-
jurium.*

VIII. 2.) Perjurium, cui poena statuta est amputatio duorum digitorum, *Ordin. Crimin. art. 107.* quod tamen ad casum ibi & consequenti *art. 108.* expressum restringunt? Carpzov. p. 1. quest. 46. num. 50. & seqq. & qu. 47. ubi etiam de poena perjurii in relegato revertente, alias vero poena pro ratione circumstantiarum est arbitraria. Carpzov. d. l. qu. 46. n. 43.

*3. per da-
monomania-*

IX. 3.) Daemonomania magorum & sagarum, qui Deum abnegant, & fœdus expressum cum diabolo ineunt; quorum poena est ignis, licet nemini nocuerint. Carpz. d. p. 1. q. 49.

*vel pactum
saltim tacitum cum
damone.*

X. Ab hac magia differt crimen, quando saltim tacitum pactum intercedit, cum nim. quis diaboli uitetur ope & auxilio, idque iterum

iterum tripliciter contingit 1. si quid commercii cum dæmone habendo, & artes diabolicas exercendo nocetur; & itidem pœna ignis videtur statuta *art. 109. Ord. Crim.* sed dictari solet pœna gladii; nisi tales maleficæ personæ cum dæmone concubuerint: quo casu itidem pœna ignis obtinet. *d. p. 4. C. ibique Carpz. def. 3. seqq.*

XI. 2. Si quis ejusmodi artibus non noceat, sed arte diabolica v. gr. divinationes exerceat, & itidem pœna capitalis solet dictari. *Carpzov. d. l. 3.* si quis superstitionis remedii utatur; & pœna est arbitraria pro modo admissi, carceris, relegationis, fustigationis. vid. *Carpz. p. 4. c. i. d. 8.*

XII. Vindicatur L.. Jul. adulterium & stuprum. Stuprum est concubitus illicitus soluti cum fœmina soluta & honesta. Punitur hodie stuprum voluntarium, quod scil. volente & consentiente fœmina committitur, pœna carceris aut mulcta, & stuprator tenuit stupratam aut dotare, & alimenta infantis præstare, aut in uxorem ducere. *Carpzov. Jul. de pr. C. p. 2. q. 68. n. 14. & seqq. Joh. a Sane. l. 2. t. 1. d. 19.* aliquando pœna ratione coerc. circumstantiarum est gravior. vid. Richter. *decis. 88.* Dos autem secundum qualitatem fœminæ stupratæ judicis arbitrio æstimari solet, quantum nim. verisimiliter puellæ pater ei in dotem dedisset.

*vel violen-
tum.*

XIII. Stuprum vero violentum est, quo quis fœminæ per vim stuprum infert, & pœna infligitur gladii. vid. *Const. Elect. 30. p. 4. ibique Carpz. d. l. seq.*

*Diffrat
stupro for-
nicatio.*

XIV. Diffrat a stupro forniciatio seu scortatio, quæ est concubitus cum meretrice, pluribus se prostituente, commissus & quidem meretrix manifesta, vel palam se prostituens, perpetua relegatione plechi solet, clandestina vero carcere punitur, ob frequentiam patrati maleficii & huic infligitur relegatio: si vero meretrix quempiam morbo gallico, vel alio contagio, in congressu infecerit, vel aliæ concurrent circumstantiæ, virgis cæsa perpetuo relegatur. Mares autem, qui cum meretrici scortati sunt, carcere vel mulcta afficiuntur. add. *Constit. Elect. part. 4. c. 28. vid. Berlich. part. 5. concl. 39. Carpz. pr. cr. part. 2. qu. 80. n. 1. seqq. Rennem. Jurispr. Romano-Germ. m. 360. th. 79. & seqq.*

*Lapanaria
non tol-
erantur.*

XV. Neque enim lupanaria in nostris terris tolerantur. vid. *Carpzov. d. l. n. 6. Theodor. d. coll. crim. D. 6. th. 4. b. circ. fin. Renn. d. l. th. 10.*

*Adulterii
tria genera.*

XVI. Adulterium dividitur juxta hodiernum usum in tria genera. Primum est, quod committitur inter utrinque conjugatos, & dici solet adulterium duplicatum (*Oberhurerey:*) secundum a conjugata & soluto; tertium a conjugato & soluta.

XVII. Agitur ob adulterium vel civiliter, *Agitur ob adulterium vel civili-*
 vel criminaliter. Actio civilis tendit ad vin-
 culi matrimonialis separationem, & dotis vel
 donationis nuptialis lucrum, & quidem par-
 ti innocentis ad secunda vota transfere per-
 mittitur; nocenti autem omne interdictum
 conjugium. Carpz. p. 2. q. 63. n. 12.

XVIII. Accusatio criminalis, vel ab accusato- *vel crimi-*
 roris interpellatione, vel ex officio suscep- *naliter.*
 tendit ad poenam & adultero & adulteræ in-
 fligendam. Est vero primi & secundi gene- *Pœna primæ*
 ris adulterio statuta pœna gladii. l. 30. iu. f. & secundi
& l. 9. C. ad. L. Jul. de adult. quod tamen
 postea a Justiniano quoad uxorem est immu-
 tatum & statutum, ut foeminæ adulteræ vir-
 gis cedantur, & in monasterium detrudantur.
Nov. 134. c. 10. add. Const. Carol. art. 129.
 & Carpz. p. 2. q. 53. n. 10. & 30. Pluri-
 mis tamen in locis in puniendis adulteriis
 mas & uxor æquali afficiuntur pœna. Propter *Pœna ter-*
 tertii generis adulterium commissum dicta-
 tur marito secundum jus communis. pœna relegationis & fustigationis, foeminæ vero solu-
 tæ, carceris, & relegatio ad tempus. Carp-
 zov. d. loc. n. 56. & 60. Jure vero El. Sa-
 xon. & moribus quorundam locorum, etiam
 propter tertium genus adulterii pœna gladii
 dictatur marito, & fustigatio foeminæ solu-
 tæ p. 4. *Const. El. 19. add. Carpzov. ibid.*

XIX. Mitigatur pœna adulterii 1. ob in- *Causæ ob*
 tercessionem, remissionem, & receptionem, in *quæ pœna*

- ordinaria
mitigatur.* thorum, a parte innocentē factū, Nov. 134.
 1. c. 10. etiam si fuerit adulterium priui generis, quod duplicatum vocant; modo circumstantiæ quædam aliae concurrant. Richt. dec. 88. num. 89. Secus obtinet jur. Elect. Sax. d. p. 4. C. 19. ubi add. Carpz. def. 12. Ista remissio etiam præsumitur, si pars innocens fuerit mortua. Quid si incestus simul commissus fuerit? intercessionem conjugis non habere locum statuit Colerus dec. 247. num. 19. Aliter sentit Carpzov. pr. crim. l. 2. qu. 73. num. 78. & 79. q. 74. num. 78. & seqq. add. eundem p. 4. c. 23. d. 1. ubi distinguit inter incestum in linea recta & collaterali commissum, ut in hoc habeat locum intercessio maritalis, non item in illo; 2. ob conditionem personæ, resp. cuius fœdus conjugale violatum, ut si non sit apta matrimonio, it. si furore, aliove morbo contagioso laboret; 3. ob delictum alterius conjugis, si scil. vel deseruerit conjugem, vel prius fœdus conjugale violaverit; 4. si solutus rem habeat cum uxore, meretricio more vivente. Carpzov. q. 61. & 57. Idem Dec. El. nov. 5. 82. & 83. 5. si concubitus non fuerit consummatus. Carpzov. d. qu. 61. & p. 4. c. 19. d. 17. 6. ob denegatum diutius debitum conjugale; 7. si decretum fuerit divortium quoad thorum & mensam, & pars, præsertim innocens, adulterium commiserit; 8. efficit quoque honor matrimonii, ut poena adulterii,

terii, ante conjugium initum commissi, mitigetur. Carpz. p. 4. c. 19. d. 19.

XX. Pertinet huc etiam bigamia, quæ est *Bigamie* crimen publicum, quo persona conjugata nuptias cum alia adhuc persona celebrat, & per concubitum consumat. Pœna ejus est ultimum supplicium; *Ordin. Crim. art. 121.* neque mitigatur huc propter intercessionem prioris legitimæ conjugis. Cæterum de aliis causis mitigandi hanc pœnam legatur Carpz. q. 66.

XXI. Porro huc spectat incestus, qui est *Incestus*, concubitus, inter personas consanguineas, aut affines, conjungi prohibitas, scienter perpetratus, l. 38. ff. ad L. Jul. de adult. l. 39. §. i. l. ult. ff. de rit. nupt. *Ordin. Crim. art. 117.*

XXII. Committitur autem incestus ob *I. inter* consanguinitatem vel cognationem (*I.*) in re- *consanguini-*
cta linea inter ascendentibus & descendentes *neos, &*
in infinitum: cuiusmodi incestus gladio re- *quidem*
singulariter plectitur. vid. Constit. Elec. p. 4. c. dentes &
22. ubi Carpzov. d. 1. & id. pr. crim. part. 2. descenden-
tes; qu. 72. num. 21. & seqq.

XXIII. Deinde (*II.*) in linea collaterali seu *2.) collate-*
transversa incestum perpetrant (*1.*) fratres *rales.*
& sorores, carnaliter se commiscentes, ac vir-
gis cæsi in perpetuum relegantur. d. const.
22. ibique Carpzov. def. 5. Nec non (*2.*)
frater vel soror ex una parte, & fratri vel so-
roris liberi ex altera parte, at itidem fusti-
gatio cum perpetua relegatione infligitur. In

gradu vero ulteriori, ubi itidem subest respectus ut inter parentes ac liberos, (vid. *Lib. i. Tit. 6. aph. 6.*) solum relegationis poena obtinet. add. *Carpzov. p. 4. C. 22. d. 8.* Porro (3.) consobrini consobrinæque, vel fratres & sorores patruelles, h. e. duorum fratum sororumve liberi, qui in perpetuum relegantur. *Carpzov. ibid. d. 6.* Similiter (4.) incestus commissus ab iis collateralibus, qui tertio gradu lineæ inæqualis ab invicem distant, si iste respectus, de quo jam diximus, non subsit, itidem (vid. *d. Lib. i. tit. 6. aph. 7.*) relegatione, sive perpetua sive temporali, si remotioris gradus fuerit cognatio, punitur. vide latius *Carpzov. præx. crimin. part. 2. qu. 73. per tot. Rennem. Jurispr. Rom. German. Forens. membr. 3. D. 60. th. 44. & seqq.*

II. inter affines.

XXIV. Propter affinitatem 1.) inter personas, quæ ratione illius ut ascendentæ & descendentes se habent, vid. *d. l. i. t. 6. aph. 8.* commissus incestus fustigatione ac relegatione punitur. Similiter 2.) affines in gradu primo lineæ æqualis concubentes, virgis cæsi in perpetuum relegantur: ut si quis cum uxoris defunctæ sorore concubat, aut cum duabus sororibus rem habeat. Porro 3.) affines in gradu secundo lineæ inæqualis incecum committentes, in perpetuum relegantur. Denique 4.) cæteri affines, inter quos matrimonium prohibitum, carnaliter se commiscentes arbitraria, pro modo circumstan-

tia-

tiarum, vel carceris, vel temporalis relegationis poena afficiuntur. vid. Carpzov. *d. part. 2. quæst. 74. per tot. Rennem. d. l. D. 90. th. 40.*

& seqq.

XXV. Explicandum hic etiam est crimen *Raptus.* raptus, quod committitur vi abducendo libidinis caussa personam honestam. *l. un. C. de rapt. virg. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Hujus criminis poena est capitalis *d. text. & ord. crim. art. 118.* & quidem stricto jure non solum raptore ipsi, sed & cæteri omnes auxiliatores, ejusdem criminis consci & ministri, qui in ipso raptu operam præstiterunt, eadem poena afficiuntur. *d. l. un. §. 2. verb. vel quicunque opem.* add. Carpzov. *p. 1. qu. 46. num. 7.* Neque excusatur raptor a poena raptus, quod mulierem rapuerit animo contrahendi cum ipsa matrimonium. *l. 5. C. de Episc. & cleric.* Imo poena etiam obtinet concubitu non secuto, secund. *d. l. un.* alii tamen eo casu, quo raptor raptam carnaliter non cognoverit, cum tamen potuisse, arbitraria eum & initiori poena puniendum volunt, si nimirum matrimonii caussa rapuerit. vid. Clarus *§. raptus n. 4. in f. Bocer. decis. 316. n. 4.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 360. n. 30.* *& 22.* Farinac. *p. 2. Crim. t. 16. q. 145.* *& §. Cognatus. n. 196.* *& seqq.* Theodor. *in Coll. Crim. Disp. 6. th. 8. lit. d.* *& seqq.*

*Committi-
tur etiam
hoc crimen
persuasio-
nibus ab-
ducendo
virginem.*

XXVI. Committitur vero etiam raptus per omnem machinationem, qua malis artibus quis virginem induxit & sollicitavit, ut rapereatur: nam eo modo alicui persuadere, est compellere. *I. l. §. 3. ff. de serv. corr.* quomodo intelligenda sunt verba *d. l. un. §. 2.*

C. de rapt. sive volentibus. f. nolentibus &c. Velle enim non intelligitur, quæ seducitur, & circumvenitur pravis persuasionibus; quamvis minus delinquere, & ob id arbitrarie tantum puniri velint eos, qui volentes blanditiis & promissis seduxerint. vid. Anton. Matth. *tr. de Crim. L. 48. t. 4. num. 8.*

Sodomia.

XXVII. Contra naturam concubitus qui committitur, dicitur sodomia, cuius poena est, ut delinquens igne cremetur. *Ordin. Crimin. art. 116.* vid. Carpzov. 2. q. 76. & quando eum bruto commissa, & hoc ob detestationem delicti comburitur. Carpzov. *d. l. n. 32.* Affine crimen sodomiæ committunt mastupratores, tribades & similes qui relegatione, aliave poena, imo interdum & fustigatione coercentur. Carpzov. *d. p. 2. q. 76. n. 10. & seqq. Exerc. nostr. ad Pand. 49. th. 43.*

*Concubina-
tus.*
*L. 25. ff. t.
7. de Con-
cubin.*

XXVIII. Prohibitus etiam est hodie concubinus, qui describitur conjunctio viri & mulieris, diuturnæ cohabitationis & concubitus gratia inita, citra affectionem maritalem. *Recess. Imper. de anno 1530. & 1548.* *Ordin. Polit. tit. 26. conf. Exercit. nostr. ad Pand.*

Pand. XXX. th. 86. & seqq. Pœna ejus est arbitaria, carceris scil. vel pro ratione circumstantiarum relegationis. vid. Carpzov. d. part. 2. quæst. 70. n. 38. & seqq.

XXIX. Tandem adjiciendum est lenocinij *Lenocinij-* um, quod est crimen, quo quis ex stupris, scor- *um.* tationibus & adulteriis promovendis quæstum sibi facit, ut qui virgines, mulieres & meretrices, quæstus gratia, ad actum venereum publice aut occulte pellicit. Et quidem si parens liberos, vel maritus uxorem lucri causa profluit, pœna est capitalis: *Ord. Crim. art.* 122. *Const. Elect. Saxon.* p. 4. C. 29. add. Carpzov. p. 2. q. 71. aliis vero casibus pœna est arbitaria, pro modo admissi. *d. Ord. Crim. art.* 123. Clar. §. fin. qu. 68. n. 24. Damhoud. *Pr. Crim. c. 95. num. 8.* Menoch. *cas. 539. num. 43.* Farinac. *d. q. 144. n. 6. & II.*

XXX. Lege **Cornelia** vindicatur homicidij *Homicidi-* um, quod distinguitur in voluntarium, cul- *um volun-* posum, casuale & necessarium. Voluntarium *tarium.* est crimen publicum, quo homo dolo, seu a sciente & volente, occiditur. *l. i. ff. ad L. Cor-* *L. 48. ff. t.* *Corn. de* *nel. de sic.* Nec enim præcise requiritur, ut sicar. & occidendi alterum præcedat propositum, aut *venef.* ut quis alterum occidendi animo aggrediatur, sed dolus in genere sufficit, quo quis dolose operam dedit rei, ex qua homicidium subsequi verisimiliter potuerit. Duplex enim est committendi homicidij voluntas, alia directa, *qua*

qua quis aliquem occidendi animo aggreditur; alia indirecta, qua quis vulnus infligit, ex quo homicidium per se sequitur. add. late Carpzov. p. I. qu. i.

Eius pœna,

Homicidium culposum arbitrarie punitur: casuale a pœna est immune; ut & necessarium; modo ad finit debita requisita.

XXXI. Pœna hujus homicidii est ultimum supplicium. *Ord. Crim. art. 137. & 148. Carpzov. d. p. I. qu. 7.*

XXXII. Homicidium culposum, quod ex negligentia committitur, extraordinaria pœna pro modo culpæ punitur: *I. 4. §. 1. ff. ad L. Corn. de siccari. Ord. Crim. art. 146. Carpzov. d. l. qu. 27.* homicidium vero plane casuale a pœna etiam immune est. *vid. Carpzov. d. loc. n. 50. & seqq.*

XXXIII. Necessarium vocatur, quod præcipiente seu permittente natura committitur: ut ad necessariam vitæ suæ defensionem, servato moderamine inculpatæ tutelæ, cuius nullum delictum, neque ulla pœna. *I. 3. ff. de I. & I. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 2. l. 3. C. ad L. Corn. de siccari. P. H. O. art. 139.* Consistit illud moderamen inculpatæ tutelæ in eo, quod quis non aliter adversus vim ac injuriam, quæ imminet, & infertur, se tueri, nec aliter mortis vel alterius gravioris offendionis periculum, quam adversarium suum occidendo vel debilitando, evitare possit. *I. 5. pr. I. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 2. l. 3. C. ad L. Cornel. de siccari.* quod quomodo probetur, aut ex quibus circumstantiis appareat, cum difficultis probationis sit, arbitrio & discretio-

ni judicis dijudicandum committitur : quæ ad hæc duo restringi solent, primo ut constet de aggressione injusta , deinde ut moderamen justæ defensionis sit adhibitum , in continenti scil. & dum instat periculum , quod vix aliter , quam occidendo adversarium , effugere possit. Carpzov. p. 1. q. 33. Et latius in nostr. tr. de vindict. privat. cap. 4. per tot. Quodsi hoc moderamen in defensione excesserit, extraordinaria pœna locum habet.

XXXIV. Dicendi etiam hic locus est de *Autochiria*
αὐτοχειρίᾳ seu propriadio , si quis nim. sibi *seu propriet
 dī pœna.*
 ipsi violentas manus intulerit, mortemque sibi
 consciverit. Ubi distinguendum est, an quis
 ex inala alicujus delicti conscientia, ut pœnam
 effugeret , mortem sibi consciverit ; cuius
 bona jure Civili publicantur. l. 3. ff. de bon.
 eor. qui mort. sibi conciv. Jure canon. *αὐτό-
 χειρίς* Ecclesiastica sepultura privantur ; c. 9. c.
 23. qu. 5. moribus autem hodiernis ex lo-
 co domicilii trahuntur a carnifice vid. Dam-
 houd. pr. Crim. c. 20. Jul. Clar. §. fin. q. 68.
 n. 37. P. H. O. art. 135. An vero in phrenesi , ardentib[us] febri , aliave melancholia quis
 sibi mortem intulerit , & tunc commisera-
 tione opus est , neque in cadaver animad-
 vertitur , nec bona confiscantur. d. l. 3. §. 6.
 ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. 1. l. 2. C. eod. ali-
 quando tamen per vespillionem prope margi-
 nem cœmeterii cadaver sepelitur , circum-
 stantiis ita exigentibus.

XXXV.

Latrocinii pena. XXXV. Restant adhuc duo singularia genera homicidii notanda, nem. 1.) latrocinium, quod est homicidium, cum rapina aut spolio commissum, & latrones sunt, qui homines per vim, seu in domibus, seu in viis publicis, non tantum suis rebus spoliant, sed & mortem eis inferunt, imo licet nihil lucrati fuerint, tamen spolii causa occidunt. In Germania & terris Saxonice rotæ suppicio afficiuntur latrones, eorumque crura ad internectionem franguntur: quod supplicii genus veteribus crurifragium fuit dictum. *Ord. Crim. art. 137.* & *Constit. Elect. p. 4. c. 5.* & *c. 35. ubi add. Carpzov. ut & p. 1. pr. Crim. q. 22. & 23.* Si latrocinium aliquoties fuit reiteratum, aut in personis illustribus commissum, aut cum aliis horrendis delictis conjunctum, latro, priusquam rota concutiatur, trahæ alligari, ad locum supplicii jumento per plateas trahi, aut carentibus forcipibus lacerari solet. *add. Ord. Crim. art. 137.*

Affassinii pena. XXXVI. 2.) Affassinum, quod est homicidium ab aliquo, mercede ad hoc conducto, ad alterius mandatum commissum. *c. 1. de homic. in 6.* quod ita dictum putat Simon van Leuwen *censur. for. lib. 5. cap. 13.* ab Assasinis, Asiae regionis incolis, seu Parthicis populis, ejus generis criminis addictis. Hujus criminis duplex est commissio; aliud ejus, qui, suscepta ab altero pecunia, mandato ejus alterum occidit, esque hic proprie dictus assassinus,

sassinus, & in eum pœna rotæ est statuta: vid. Carpzov. p. i. q. 19. aliud ejus, qui pretio dato mandat alteri, vocaturque assassinator; cuius pœna est ultimum supplicium seu gladius, ita tamen ut exasperatio aliquando accedat, v. gr. ut postquam gladio est punitus, postea cadaver ejus rotæ in altum erectæ affigatur. Carpz. d. loc. n. 10.

XXXVII. Lege Pompeja vindicatur parri-*Parricidii* cidiū, quod est cædes contra pietatem, & *descriptio*. jus sanguinis in parentes, liberos, fratres & fo- L. 48. ff. t. rores, patruos, avunculos, conjuges, omnes- 9. de Le- que affinitate junctos perpetrata §. 6. I. *de peja de ge Pompeja* publ. jud. l. i. ff. ad *L. Pomp. de parric.* *Parricid.*

XXXVIII. Sunt vero conjunctæ personæ *Parricidii* vel ex consanguinitate, vel ex affinitate, vel *pœna*, ex conjugio. *Parricidii* in linea recta, ali- *commisſi* beris in parentes, vel a parentibus in liberos *in linea recta*; commissi pœna est culei seu suffocatio, & ubi deficit aqua, rotæ. *Ord. Crim. art. 131. add.*

Const. Elect. 3. p. 4. Eadem pœna jure Sa- *inter con-* xon, etiam in conjuges parricidas est statuta, *juges, in* d. O. C. In linea vero collaterali inter cognati- *linea col-* tos proximiores, ut & inter affines proximio- *laterali,* res, commissi parricidii pœna est gladius, ita tamen ut reus ante forcipibus candenti- bus aduratur, vel trahæ alligetur; *Ord. Crim. art. 137. cir. fin.* quæ pœna jure Carolino etiam statuta est conjugi interficieni conju- gem. *d. Ordin. Crim. art. 137. in fin.* vid. Carpzov. p. i. qu. 8. & seqq.

Crimen incendiī describitur.

Eius pœna ordinaria.

Extraordinaria.

Vis publicæ descriptio.
L. 48. ff. t.
6. Ad L.
Jul. de vi
publ.
Pœna.

XXXIX. Porro sequitur crimen incendii, quod est, quo dolo malo incendium factum in oppido vel pago, & pœna hodie est, quod incendiarius vivus comburatur: *Ord. Crimin. art. 125.* quæ pœna locum habet, etiam si damnuum nullum datum, modo materia dolose posita & accensa fuerit. *Damhoud. Pr. Crim. c. 105. num. 10. § 11.* *Theodor. Disp. VII. Coll. Crim. th. 8.* *Carpzov. p. 1. qu. 38. n. 38. seqq.* Extraordinaria vero pœna infligitur, si posita quidem materia fuerit, sed non accensa. *Coler. p. 1. dec. 186.* Mitigatur etiam pœna si incendiarium etiam post exortum incendium pœnituerit, vid. *Carpzov. d. p. 1. qu. 39.* De culpo vero incendio legas novissim. *Decis. Sax. 97. § 80.*

XL. Vindicatur porro Lege Jul. vis publica & privata. Publica vis est, cum armis, convocatis ad id hominibus, vis infertur. *§. 8. I. de publ. jud. l. 5. § seqq. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Pœna hodie est arbitraria, quæ circumstantiis exigentibus ad mortem extendi potest.

XLI. Singularis species vis publicæ est crimen fractæ pacis publicæ, si nim. Princeps vel etiam privatus vi majori, congregatis hominibus, aliquem, ejusve ædes aut bona, injuriæ inferendæ cauſa invadit. *Const. Imper. von Land-Frieden de Anno 1500. § 1521.* Punitur violator pacis publicæ gladio, aut banno Imperiali, vid. *Gail. de pac. Publ.*

XLII. Vis privata est, cum vis infertur sine *vis priva-*
armis, d. §. 8. I. de publ. jud. & itidem poena *t.e. descrip-*
hodie est arbitraria, relegatio, carceris aut *tio; pœna.*
pecuniaria. Clarus l. 5. §. fin. q. 83. n. 4. Et late L. 48. ff. t.
 Carpzov. Pr. Cr. p. 1. q. 40. 7. ad L. jul. de vi

XLIII. Lege Cornelia coeretur etiam cri- *privata.*
 men falsi, quod est veritatis iminutatio seu *Crimen*
suppressio, in alterius fraudem improbe fa- *falsi.*
 lta. l. 16. §. 2. l. 23. ff. ad L. Cornel. de *falsi.* L. 48. ff. t.
 Hujus poena propter varietatem circumstan- Cornel. de
 tiarum arbitraria est, scil. fustigationis, in- *falsis.* &
 unctionis signi, relegationis aut carceris, imo *de SCto*
 etiam aliquando capitalis poena, circum- *Libonia-*
 stantiis ita exigentibus. P. H. O. art. 112.
 Carpzov. all. l. p. 2. q. 93. Farinac. Pr. Crim.
 p. 2. q. 150. Jul. Gl. §. *falsum.* n. 24.

XLIV. Peculiare vero crimen est falsam, *Crimen*
 seu adulterinam monetam cudentium, aut *falsam-*
 monetam radendo, mutilando, deminuentium. *nete.*
 l. 8. ff. ad L. Corn. de *falsi.* de quorum pœ-
 na legas art. III. Ordin. Crim. Et tot. tit. C.
 de *falsi. mon.* Carpzov. 1. quæst. 42. Et seqq.

XLV. Lege Julia vindicatur crimen repe- *Crimen re-*
 tundarum: quod committit, qui in Magi- *petunda-*
 stratu, vel officio publico quid acceperit, quo *rum.*
 magis, aut quo minus officium faceret. l. 1. L. 48. ff. t.
 Et seqq. ff. ad L. Jul. *repetund.* Poena itidem Jul. repe-
 est arbitraria. vid. Damhoud. pr. crim. cap. tund.
 121. n. 8. Et cap. 130. num. 3. Clar. all. l. §.
 fin. q. 73. Menoch. de arb. jud. quæst. l. 2. c. 342.

Boer. dec. 133. Carpz. d. p. 2. qu. 93. n. 52. § seqq.

- Crimen fraudatæ annonæ per L. Jul. vindicatur: quod committitur faciendo dolo malo quid, quo annona carior fiat.*
L. 48. ff. t. l. 2. ff. ad L. Jul. de annon. & itideum pœna est arbitraria pro modo admissi. Grot. de I. B. § de annona. P. l. 2. c. 12. num. 16. Christin. vol. 3. d. 98. Damhoud. d. tr. c. 134. Dd. ad tit. C. de monop. add. Dissert. nostr. de Annona.

- Crimen peculatus. XLVII. Similiter eadem L. Julia vindicatur peculatus crimen: quod est furtum publicum, quod committitur ab eo, qui pecuniam publicam quasi ex peculio surripuit. l. 9. §. 2. ff. ad L. Jul. pecul. vel in tabulis publicis sacril. & quid delevit vel induxit. l. 8. §. 1. eod. add. de resid. l. un. C. de crimin. pecul. Pœna hodie itidem est arbitraria pro modo admissi. arg. Ord. Crim. art. 171. § seqq. Constit. Elecct. 41. p. 4. ibique Carpzov.*

- Sacrilegium XLIX. Pertinet & hoc sacrilegium, quod est furtum, quo res sacra religiosave surripitur, seu ex loco sacro, seu a sciente rem esse sacram in loco profano. Pœna plerumque est capitalis. vid. Ord. Crim. art. 171. § seqq. Carpzov. p. 2. q. 89. Bossius pr. Crim. tit. de sacrileg. Jul. Clar. §. sacrilegium. Menoch. de arb. jud. quest. l. 2. cas. 389. Farinac. p. 7. oper. Crim. q. 172.*

- Crimen de residuis. LI. Crimen de residuis est, quo pecunia publica, quæ apud aliquem ex administratio-*

ne

ne est, retinetur, & in publicum seu in rationes non refertur. *I. 2. ff. ad L. Jul. pecul.* Hodie jure commun. extraordinaria poena est pro modo admissi. vid. Carpz. *p. 2. q. 85.* Const. vero Electoral. peculiaris hac de re est *p. 4. C. 41.*

L. Sequitur ambitus crimen, quo quis il. *Ambitus.* licito modo, v. gr. data pecunia, honores & *L. 48. ff. t.* dignitates sibi parat corruptis suffragiis. *L. un.* *14. ad Le-* gem Ju-
ff. de ambit. Poena itidem est arbitraria. add. liam de Theod. *Coll. Crim. Disp. 12. th. 3.* ambitu.

LI. Pertinet & huc ex jure Canon. simonia, *Simonia.* quæ committitur, cum quis sacerdotium pre-
tio sibi comparavit; *tot. tit. X. de simon.* & itidem poena pro modo admissi variat. Theo-
dor. *de loc. th. 7.*

LII. Denique Lege Fabia punitur plagiū: *Plagium.* quod est crimen, quod committitur fraudu- *L. 48. ff. t.* lenta liberi hominis suppressione; hujus poena *15. ad Leg.* Fabiam est capitalis. *I. fin. C. ad L. Fab. de plag.* vid. de pla-
Carpz. *p. 2. q. 83. n. 89.* giariis.

TIT. XXIX.

DE

REMISSIONE POENARUM ET
ABOLITIONE DELICTORUM.*Jus aggra-
tiandi.*

I. Remitti poenæ & aboleri crimina pos- *L. 48. ff. t.* sunt a Principe, adeoque jus aggratiandi, seu *16. ad SC-* veniam poenæ, & gratiam delinquentibus con- *tum Tur-* cedandi, in nostra Rep. quoad totum Impe- *pill. & de* abolit.

rium Imperatori & Statibus universis; in Duci-
catis autem seu singularibus provinciis ei,
In delictis, qui habet jus superioritatis, competit. Regu-
quibus jure la vero hæc tenenda est: quod pœna capitalis
divino pœna capitalis statuta, non dictato, seu præscripto jure statuta in delictum
babet locum: ipso divino, universo quasi generi humano
quoddam, non recte a Principe remittatur,
nisi plane singulares concurrant circumstan-
tiæ. vid. Carpzov. P. 3. qu. 150. Dan. Clasen.
tr. de jur. aggrat. Exerc. nostr. ad Pandect.
49. th. 90.

*in aliis ob-
tinet.*

II. In aliis vero delictis, quibus pœna ca-
pitalis jure humano seu Principum constitu-
tionibus statuta est, dispensationi locus est:
non tamen facile Princeps ad veniam conce-
dendam moveri debet, sed justas demum ob-
caussas. vid. Carpzov. d. q. 150. n. 44. Non
vero est legitima remittendi pœnam caussa,
si fur reste fracta in terram profilierit vivus,
vel carnificis gladius in ipso executionis actu,
dum reum ferire parat, diffiliat. Carpzov.
d. loc. add. Hieron. Cagnol. ad l. 125. de R. I.
n. 10.

*Porro non
capitalis
mitigatio.*

III. Cæterum a supplicii remissione, que-
fit ex gratia atque superioritatis jure, differt
mitigatio aliqua, vel etiam transmutatio pœ-
næ non capitalis; ubi tamen in Scabinatu Jen-
ens. distinguitur: aut pœna fustigationis est
dictata, & de hac commutanda in aliam agi-
tur; aut vero relegationis. Priori casu abs-
que præscitu Principis non licet ei, qui me-

rum imperium habet, fustigationem remittere: posteriori vero casu, modo aliqua justa caussa mitigationis subsit, transmutatio a quolibet, qui merum imperium habet, fieri potest. **Carpzov.** *d. p. 3. q. 150. num. 49.* Excipitur tamen usu, vel etiam constitutionibus quorundam locorum casus, quo adultero ob conjugis remissionem poena mortis remittitur, & relegatio substituitur, quod scil. hanc ulterius immulctam, aliamve poenam haud liceat Magistratui inferiori mutare, **Carpz.** *d. l. num. 91.* **Fürstl. Altenb.** Provisional. Ord.

IV. Præterea etiam præscriptione tolluntur *Præscriptio-*
crimina, eorumque poenæ. Tempus autem *ne etiam*
hujus præscriptionis est regulariter vicennium, *tolluntur*
post delictum commissum præterlapsum. *l. 12. criminis, regu-*
C. ad L. Corn. de fals. c. cum venerabilis 6. vicennio:
x. de except. modo quis interea accusatus,
aut contra eum processus inquisitionis institutus non fuerit. vid. **Carpzov.** *d. p. 3. q. 141.*
Joh. a Sande dec. Frisic. *l. 5. t. 9. d. 2.* Excipiuntur vero delicta atrociora, v. gr. latrociniï,
assassinij &c. quibus vicennio non præscribitur. **Carpzov.** *d. l. num. 52.* Cæterum in quibusdam criminibus brevius tempus statutum, ut in adulterio, etiam duplicato, quinquennium. *l. 5. C. ad L. Jul. de adult.* (quod tamen in Elect. Saxon. ac quibusdam provinciis Saxoniciis restrictum est ad simplex adulterium. *Dec. 84.*) Item in peculatu. *l. 7. ff. ad L. Jul. pec.* **Carpz.** *p. 3. q. 141.* vid. observ. nostr. crim. *6. 12. §. 13.*

LIB. IV.

DE RATIONE ET MODO JUS SUUM PERSEQUENDI IN JUDICIO.

TIT. I.

DE TRANSACTIONIBUS.

I.

Lites aliquando transactio- ne sibiun- tur: quo laborandum est judici. p. i. c. i. d. 10. 12. § 13.

PRæmittemus tractationem de transactionibus, cum sæpius lites vel extrajudiciali, vel judiciali transactione componantur, imo statim initio cœpti judicii laborandum est judici, ut amicabiliter transfigatur. add. Carpzov.

Transactio- nis descri- ptio.

I. Est vero transactio rei dubiæ aut litigiosæ, aliquo dato vel retento vel promisso, convēnta decisio. *l. 1. l. 2. ff. de transaction. l. 38. C. eod.*

Quipbessint tranfigere. L. 2. ff. t. 15.

III. Cum per pactum seu contractum transactio ineatur, illi in genere sunt habiles ad transfigendum, qui ad paciscendum. add. *Lib. III. Tit. I. th. 10. & seqq.* In specie autem hic notes, quod procurator non possit tranfigere, *l. 7. C. de transact. nisi 1.) spe- ciali mandato sit instructus, arg. l. 60. ff. de procurat. vel 2.) ei sit libera bonorum adminis- tratio commissa, l. 58. & seq. ff. de procurat.*

c. 4. eod. in 6. l. 9. §. 4. ff. de a. r. d. vel 3.) sit procurator in rem suam, arg. l. 17. §. f. ff. de jurej. l. 13. §. 1. ff. de pact. l. 55. ff. de procurat. Syndici quoque & administratores civitatum de re dubia civitatis, liteque incerta transigendi potestatem habent, l. 12. C. de transact. a. l. 14. ff. de pact. Nic. Losfæus de jur. univ. l. 1. c. 3. n. 112. Gail. 2. observ. 72. n. II. Similiter tutores ob rei incertitudinem, & ubi de justitia pupillorum valde dubitatur, transigere queunt, l. 54. §. fin. l. 56. §. 5. ff. de furt. alias non l. 46. §. f. de admin. tut. Gail. 1. obs. 72. Paul. Montan. de jur. tut. c. 33. n. 291. Carpz. 5. resp. 66. Brunneim. in l. 2. C. de transaction. adhibito circa res aliquas decreto, vid. l. 22. C. de admin. tut..

IV. Objectum transactionis sunt res ob *objectum* item, *sive presentem sive instantem*, vel alias *transactionis*. l. 1. ff. de transact. l. 2. l. fin. C. eod. Unde post rem judicatam, aut item jure-jurando decisam, transactioni non est locus: vid. arg. l. 7. pr. l. II. ff. de transact. l. 32. C. eod.

V. De controversiis vero ex testamento *Quomodo* aut codicillis orientibus specialiter cautum, *liceat* ut non nisi inspectis & cognitis verbis testamenti transigere *liceat*. l. 6. ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quem. test. aper. add. Gail. 2. Observ. ex testa- 139. num. 10. Carpzov. l. 6. t. 2. resp. 13. *mento*;

num. i. § seqq. Rol. a Vall. i. conf. 19. Joh. a Sand. dec. Frif. lib. 4. tit. 5. def. 15.

2.) de ali-
mentis;

VI. Præterea de alimentis; ultima voluntate (*quæ plenissimum debet habere exitum*) relictis, haut licet transfigere, nisi autore Prætore. *l. 8. pr. §. seqq. ff. de transact.* De alimentis tamen præteritis, h. e. ratione præteriti temporis, quo præstanta fuisse, residuis transfigi potest. *l. 8. C. cod.* Valet quoque transactio de alimentis citra Prætoris autoritatem, si alimentarii conditio non fiat deterior. vid. *d. l. 8. §. 6. pen. § ult.* Cæterum hæc de alimentis singularis dispositio haut pertinet ad annuas pensiones, loco dotalitii viduæ relictas. Richter. *ad d. l. 8. n. 36.*

3.) de caus-
fis matri-
monialibus;

VII. Porro de caussis matrimonialibus non tabis, quod conservandi matrimonii gratia inita transactio sine dubio valeat: fed ad matrimonium aut sponsalia, legitime contracta, dissolvenda tendens transactio est prohibita. *c. fin. X. de transaction.* nisi fiat ex caussis adulterii vel malitiosæ desertionis. add. Beust. *de matrimon. part. i. cap. 29.*

4.) de deli-
ctis, & qui-
dem priva-
tis.

VIII. Denique circa delicta (*sc. admissa* & *qui quæ infecta fieri non possunt, non futura, de quibus plane non licet transfigere l. 27. §. 4. ff. de pactis*) distingu. inter privata & publica. De privato si civiliter agatur, transactio licita est. *l. 17. §. 1. ff. de pact. l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 13. C. cod.* ad hoc scil. ut reus actio-

ne liberetur : non vero ut iste , si talis sit actio ex maleficio , ex qua damnatum sequatur infamia , notam infamiae effugiat. Qui enim praestito aliquo transfigit post in jus vocationem , videtur confiteri in judicio delictum adeoque pro judicato habetur , atque ita ex ipsa lege sequitur infamiae nota , etiam cum ante litem contestatam transactum est. *l. 4. §. ult. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his qui not. inf. l. 4. ff. de jur. fisci. §. 2. in fin. I. de poen. tem. litig. l. ult. C. de gener. abdit. vid. Hilliger. l. 18. cap. 8. Bach. D. 8. tb. 9. lit. b. Vinn. d. c. 4. n. ult.* Quodsi quis gratis paciscatur , aut pretio quidem , sed Prætore autore , non notatur. *all. l. 6. §. 3. § 4. Vinn. d. l.*

IX. De delictis publicis in jure Romano *De publicis duæ regulæ habentur. l. 18. C. b. t.* Prima sec. *l. 18. est: De capitalibus* (i. e. pœnam sanguinis *C. de trans-*
seu mortis ingerentibus, l. 18. C. b. t. l. 1. ff. ad regula de bon. cor. qui ant. sent. l. ult. ff. de præv. prima.
Arum. disp. ad d. l. 18. tb. 24. § seqq.
Jul. Pac. in eand. l. n. 12.) § ante § post institutam accusationem pacisci § transigere prohibitum non est. Admissa igitur est & pactio gratuita & transactio de omni delicto , cuius pena ultimum supplicium , etiam crimen læsæ majest. vid. Vinn. d. c. 7. n. 14. Scotan. D. 16. n. 9. scil. ut tam actori liceat , nec is incidat in pœnam talionis , aut SCti Turpilliani , licet cœptain accusationem deserue-

rit, ac abolitionem non impetraverit, *arg. l. 13. ff. ad SCt. Turpill.* nec in crimen concus-
tionis, licet ante cœptam accusationem pe-
cunia accepta defistat; *l. 1. §. 3. ff. de calumn.*
Scot. d. D. 16. n. 10. quam reo neque hic
confiteri crimen intelligatur, sed ob dubium
litis eventum, miserationis ratione, præsumar-
tur potius periculo mortis territus, quam sce-
leris conscientia pecuniam dedisse. *l. 1. ff. de*
bon. eor. qui ant. sent. *Vinn. c. 7. n. 1. & seqq.*
Excipitur ab ista regula solum adulterium.
d. l. 18. C. de transact. l. 10. C. ad L. Jul de ad-
ult. *Ant. Matth. l. 18. t. 18.* De hoc enim
facto transaction seu paœtio speciem quandam
lenocinii præ se fert; add. *l. un. §. 2. in f.*
C. de rapt. virg. l. 14. pr. ff. ad. L. I. de ad-
ult. *Fach. l. 1. c. 8.* *Delrio in d. l. 18. n.*
24. & seq. gratuita tamen remissio valet.
l. 29. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. *Ant. Matth.*
Hodiernus *de crimin. lib. 18. tit. 16. n. 5.* Hodie ve-
ro etiam transactionem de adulterio conces-
sam esse tradit Carpzov. *& alleg. prax. crim.*
p. 2. qu. 71. n. 31. 34. add. Jossann. Valer.
differ. 2. Cæterum transactione de criminis
publico, nullum affertur præjudicium alii ac-
cusatori, qui non transfigit, vel etiam Ma-
gistratui. *l. 5. §. ult. ff. ad L. Jul. de vi publ.*
vid. Sanchez. *de matrim. l. 16. disp. 6. n. 13.*
Heig. *q. 21. n. 79.* Carpzov. *prax. crim. p. 3.*
q. 143. & p. 2. quæst. 80. num. 86. Vinn. *d. c. 7.*
n. 10. II. & 12.

X. Secunda Regula est : *De criminibus Regula secunda.*
 (idem dicendum de delictis privatis, si criminis
 naliter agatur. Vinn. c. 7. n. 19.) quæ san-
 guinis pœnam non ingerunt, transigere &
 pacisci non licet. Et quidem si post institu-
 tam accusationem transactum fuerit, reus pro
 convicto habetur : *I. ult. ff. de prævaric.* ac-
 cusatori vero non licet citra falsi accusatio-
 nem h. e. quin incidat in accusationem falsi
 & pœnam SCti Turpilliani *d. l. 18.* Si vero
 gratuita inita pactio, ea quidem etiam est
 invalida, & accusator remittens accusatio-
 nem incidit in pœnam SCti; *I. i. §. 7. l. 6. ff.*
ad SC. Turpill. sed reus, etiamsi post lit.
 contest. pactus est, non habetur pro convi-
 cto. *i. 4. ff. de jur. fisc.* Vinn. *d. l. num. 6.*
 Cæterum hodie etiam de his criminibus *Hodiernus*
 transactio licita: vid. Jul. Clar. *rec. sent. §. usus.*
fin. q. 58. ibique Bajard. *in not. Christin. dec.*
Belgic. 159. vol. 1. Carpzov. p. 3. q. 148.
num. 17. neque enim ex ipsa rei natura hu-
 jusmodi transactio prohibita. vid. Molin.
de l. & l. tr. 3. D. 47. n. 13. Covarr. *var. re-*
sol. l. 2. c. 10. n. 7. Magistratui tamen nec
 transactio de his delictis obest, quo minus
 pœnam distare possit. Coler. *p. 2. cons. 3.*
n. 31. Aliquando autem transactio minuit
 pœnam, scil. in iis delictis, ubi transactione
 damnum læso reparatur, ut si res furto ablata
 restituatur.

*Effectus
trans-
actionis.*

XI. Effectus transactionis est, quod rebus lite dubiis & incertis finem imponat, & tantam habeat firmitatem, ut juramento & rei judicatae comparetur: *l. 2. l. 31. ff. de jurejur. l. 10. C. de transact.* nec imperiali rescripto, nec sub praetextu specierum & rerum, aut instrumentorum postea repertorum, lites transactionibus sotitae resuscitari possint *l. 15. l. 19. l. 29. C. de transaction.* conf. *l. 23. l. 28. C. eod.* Exc. 1.) si res quædam dolo alicujus fuerint occultatae, ut in *l. 35. ff. de pact. d. l. 29. C. de transact.* 2.) si error interveniret *d. l. 29. C. de transact.* Aliquando juramento firmatur transactio, quam violans peculiaribus poenis notatur: vid. *l. 41. C. de transact.* Carpz. pr. crim. p. 1. qu. 46. num. 19. Cæterum, si de certa lite transactum, ad alia transactio non extendenda. *l. 5. ff. de transact. l. 31. C. eod.*

Transactio- XII. Retractatur tamen aliquando trans-
nis rescissio. actio 1.) mutuo consensu *l. 14. C. b. t.* 2.) si ex falsis instrumentis inita *l. pen. C. b. t.* Vinn. c. ult. n. 10. 3.) ob errorem calculi, nisi super ipso errore calculi transactum aut judicatum *l. un. C. de error. calc. add.* Eſco-
bar. *de ration. cap. 41.* Mafcard. *conc. 259.* Heeser. *loc. com. de rat. redd.* Sichard. *in d. t.* Richter. *ibid.* 4.) si per evidentem calumniam inani litis terrore expressa *l. 65. §. 1. ff. de condic. indeb. arg. l. 8. §. 20. ff. b. t.* Vinn. c. 14. n. 3. Adversatur præterea 5.) trans-

transactio dolus, propter quem exceptione, replicatione, vel quandoque actione transactio infirmatur. *l. 4. l. 19. inf. C. b. t.* vid. Richter. *d. 87. num 14. § 15.* Vinn. *d. c. ult. n. 14.* nisi de ipso dolo transactum. *d. l. 4.* Denique 6.) transactionem rescindi posse ex *l. 2. C. de resc. vend.* plurimi affir-
mant. 1.) *per l. 5. C. de dol. junct. l. 36. de V. O.* 2.) *l. 65. §. 1. ff. concl. indeb. verb. si evidens.* quam sententiam probamus, modo laesio ista manifeste appareat, ac aestimari pos-
sit. Atque haec affirmativa probatur Electo-
ri Augusto *P. 2. Const. 34.* vid, Richter *p. 2. dec. 99. num. 54. § seqq.* ubi etiam afferuntur exceptiones. Gail. *2. observ. 70.* Mynsing. *1. observ. 33.*

TIT. II. DE JUDICIIS.

I. Judicium late sumitur non modo pro no- *Judicium de-*
tione judicum pedaneorum apud Romanos, *scriptio.*
sed etiam cognitione ipsius Magistratus. Est
que legitima caussæ controversæ tractatio,
coram Magistratu a partibus litigantibus insti-
tuta, ut ejus sententia lis determinetur. *l. 9.*
l. 13. C. de jud. Aristot. dicit: *Judicium est ju-
ris & injuriae dijudicatio. s. Eth. 10.*

II. Constat omniae judicium 1.) personis ju- *Quibus con-*
dicium constituentibus; 2.) caussa in judicium *stet judi-*
deducta; 3.) forma procedendi; & 4.) fine: *cium,*
de quo tit. XVIII.

Personæ constituen-tes principales: III. Personæ principaliter judicium constituentes sunt actor, reus & judex *l. 62. ff. de judic. l. 13. §. 2. C. eod.* Actoris vices in proces-
minus principales. su inquisitorio ob publicam utilitatem supplet ipsa fama seu vox publica, vel ipsum commissum delictum reum quasi accusat. add. Brun-neinan. *tr. de proc. inquis. c. 1.* Minus principales personæ sunt advocati, procuratores, (qui mandato instructi sint necesse est, conjunctæ tamen personæ, præstita cautione de rato, admittuntur) executores, it. muntii. add. Bouric. *tr. de offic. Advoc.*

TIT. III.

DE ACTORE ET REO.

Actoris descriptio. I. Actor est, qui aliquid in judicio petit seu qui ab aliquo sibi dari aliquid vel fieri inten dit, eumque citari desiderat, Germ. *Kläger*: in criminalibus dicitur in specie accusator, *Ankläger*. Cæterum in duplicibus judiciis, nim. fam. hercisc. comm. divid. & fin. regund. ubi uterque litigitorum & petit, & se defendit, quis actor sit, quæritur, cum par utrius que caussa videatur. Et Cajus in *l. 13. ff. de judic.* dicit, eum actoris partes obtinere, qui prior ad judicium provocaverit. Quodsi ambo provocaverint, & dubitetur, uter sit prior, is actor erit judicandus, quem fors definivit. *l. 14. ff. de judic.*

Reus quis dicatur. II. Reus est, contra quem etiam invitum lis seu actio in judicio instituitur, Germ. *Beklag-*

Beklagter, & in specie in criminalibus *Angeklagter*, it. *peinlich Angeklagter*.

III. Ad agendum aut accusandum nemo *Ad agendum invitus cogitur l. un. C. ut nem. invit. ag. vel dum invit. nemo accus.*

IV. Aliquando tamen quis ad agendum *Aliquando provocari potest 1.) per remedium ex leg. quis provo. diffamari s. C. de ingen. manum. 2.) per re- catur ad li. medium ex l. si contendat. 28. ff. de fidejussor. tem.*

vid. Carpzov. 2. Resp. 34. § 64. Frider. in proc. cum not. Nicol. His remediis imploratur iudex, ut diffamanti, vel aliud jus prætendenti diem præfigat, intra quam diem ad forum diffamati vel ejus, contra quem aliquid prætendit, veniat, actionemque suam ibi proponat & præbet, exceptiones etiam rei percipiat, aut ni faciat, ut æternum silentium illi imponat, *vid. uber. dd. aut.*

V. In utroque, actore scil. & reo, requiritur, ut legitimam standi in judicio habeat *Actor & reo personam. Stare vero in judicio non potest habeant leg. I.) servus, exceptis certis cauiss. vid. l. 53. § 67. ff. de judic. l. ult. C. qui leg. person. stand. in jud. hab. 2.) impuberis & minores vel furiosi, judicio. Im- non nisi tutoris vel curatoris autoritate inter- puberes, mi- veniente. Similiter & jur. Saxon. fœminæ nores, it. fu- riosi tutoris curatoris & autoritate*

VI. Præterea sciendum, quod neque uxor *opus ha- pro marito, vel maritus pro uxore; neque fi- bent;* lius pro patre, vel pater pro filio sit conve- nien-

niendus. tot. tit. C. ne ux. pro marit. & tit. C. ne fil. pro pat.

& universitas syndicato. VII. Tandem de civitatibus & aliis universitatibus & collegiis notandum, quod in judicio agere, vel etiam defendere aliter se non possint, quam per Syndicos, judicialiter constitutos consensu omnium, vel saltim majoris partis, omnibus tamen vocatis. l. 3. & seq. quod cujusque univ. nom. vid. Carpzov. tit. 5. art. 4.

TIT. IV.

DE

JUDICE EJUSQUE JURISDICTIONE.

*Judicis
descriptio.*

I. Judex olim apud Romanos in specie dicebatur pedaneus, *vid. tot. tit. C. de pedan. judic.* Post veterem vero istum modum sublatum judex dicitur ipse Magistratus, *l. i. ff. de jurisdict.* qui nimirum causam cognoscit, & legitimo processu observato sententiam profert. Requiritur vero in eo 1.) jurisdictio, 2.) ut sit competens, *tit. 5.* 3.) habilitas *tit. 6.*

*In judice
requiritur
I. jurisdi-
ctio, que
definitur.
L. 2. ff. t. 1.*

II. Jurisdictio juxta LL. Roman. est potestas de civilibus ac privatis causulis jus reddendi, jure Magistratus competens. *l. i. & l. 4. ff. de offic. ejus, cui mand. est. jur.*

*de juris-
Quædam
causæ di-
euntur,
sec.*

III. Diximus jure Magistratus competens, h. e. inde competens, quod quis Magistratus publice fit constitutus. Sunt enim alias causæ, quæ specialiter conceduntur, *nimirum, i.)*

nim. 1.) tutoris datio, 2.) cognitio ac inter- *LL. Roma-*
positio decreti super prædiis minorum alie- *nas, juris-*
nandis, 3.) cognitio super transactione de *dictionis*
alimentis testamento relictis, 4.) legis actio- *extraordi-*
nnes, quæ vocantur, scil. adoptio, manumis-
sio, emancipatio &c. Dicuntur hæ causæ
etiam a quibusdam jurisdictionis extraordi-
nariæ, ita ut ea sit ordinaria jurisdiction, quæ
in aph. præc. definitur.

IV. Dividitur jurisdiction 1.) in propriam *Dividitur*
& mandatam. Propria est, quam quis suo *jurisdiction*
jure habet, (*ordentliche Richter*): mandata ^{1. in propri-}
(*befohlene Richter*) vero est exercitium alie- *am & man-*
næ jurisdictionis. vid. *tot. tit. D. de offic. ei.*
cui mand. est jur. conf. aph. ult. & pen. hu-
jus tit. 4.

V. Deinde 2.) dividitur jurisdiction in or- ^{2. in ordi-}
dinariam & prorogatam. Ordinaria est, quæ *nariam &*
supra definita: prorogata est, quæ *venit ex proroga-*
confensu partium, Magistratum quendam ^{2. tam;}
pro suo judice competente agnoscantium,
qui alias ordinariam jurisdictionem in ipsas
non habet; cujusmodi prorogationes hodie
non admittuntur. Gail. i. O. 40. Paurin. de
Jurisd. l. i. c. 27. Frantzk. i. resol. 17. n. 95.
& 96.

VI. Denique 3.) distinguitur jurisdiction in ^{3. in con-}
contentiosam & voluntariam. Illa exercetur ^{tentio/sem}
etiam in invitos inter se litigantes: hæc in ^{& volunt-}
volentes juxta ipsorum potentium voluntati- ^{ariam.}
mentem l. 2. ff. de offic. Proconsul. judex tamen ipse
Hh bene

bene considerabit, quid circa ejusmodi negotia observandum. Spectant hodie huc donationis, ut & testamenti insinuatio; apertura testamenti; oblatio pecuniae in judicio; confirmatio hypothecæ; add. Hillig. l. 17. c. 8. lit. a. it. tutoris datio t. t. ff. de tutor. Et curat. dat. ab his. datio bonorum possessionis edictalis; t. t. C. qui admit. ad bon. poss. interpositio, vel etiam denegatio decreti 1.) super transactione de alimentis testamento relictis; l. 8. pr. ff. de transact. 2.) super alienatione prædiorum minoris. l. 1. ff. de reb. cor. qui sub tutel.

Mixti imperii descriptio.

VII. Quoniam vero jurisdictio sæpius in reluctantibus & invitatis exercetur, ideo aliqua coercitione opus est, quæ vocatur mixtum imperium: quod est potestas modice coercendi, cohærens jurisdictioni, ad eam tuendam, & jus redditum exsequendum. l. 1. §. 1. in fin. l. ult. §. f. ff. de off. ej. cui mand. ej. Præstantiora ad mixtum imperium pertinentia remedia sunt mulctæ dictio, pignoris captio, & corporis prehensio.

Mixti imperii descriptio.

VIII. Ad criminales caussas spectat merum imperium: quod est potestas gladii ad animadvertisendum in facinorosos homines l. 3. ff. de jurisd.

quod a speciali concessione olim dependebat.

Hodiernus usus.

IX. Dependebat merum imperium jurisdictione Röm. a speciali concessione. d. l. 1. pr. ff. de off. ej. cui mand. jur.

X. Hodierno usu jurisdictio residet quidem principaliter apud superiorēm, sed exercetur

cetur vel per Magistratus a superiori constitutos, vel per eos, in quos Principes jurisdictionem per investituram, vel similem concessionem transtulerunt, & quasi patrimoniale effecerunt, adde Mod. Pistor. *part. 4. qu. 169.* ubi monet, patrem nobilem jurisdictionem (quæ alias ipsius feudo cohæret) non habere in liberos suos.

XI. Et significat hodie jurisdictione in genere *Jurisdictione potestatem, de omnibus causis civilibus & criminalibus jus reddendi.*

XII. Atque ita late sumta distinguitur in jurisdictionem inferiorem & superiorem. In jurisdictione inferior (*Erb- oder Nieder-Gerichte*) est potestas a superiori concessa in causis civilibus, ut & minoribus delictis jus reddendi: jurisdictione vero superior (*Ober-Gerichte, Hals-Gerichte, Peinl. Gerichte*) est potestas jus reddendi, a superiori concessa, in causis criminalibus & delictis gravioribus.

XIII. Quænam autem species jurisdictionis alicui competit, ex literis investiturarum & concessionum est perspiciendum. Quænam autem causæ & actus ad inferiorem vel ad superiorem pertineant jurisdictionem, potissimum ex usu & consuetudine desumendum est: quid regulariter obtineat, enarrat Carpz. *p. 3. pr. Crim. q. 109. n. 28. & 33. conf. obs. nostr. Crim. cap. 1.*

XIV. Præterea hic notandum, quod judex alius fit ordin. alius extraordinarius. *Judex alius est ordinarius.*

*rius, alius
extraordi-
narius.*

dex dicitur, qui habet jurisdictionem propriam, proprio iure competente, vel ex investitura & concessione, vel ex officio constitutam. Extraordinarius vero hodie dicitur, qui non jure suo, sed vel ex commissione Principis, aut judicis ordinarii, vel ex electione & voluntate partium causae cognitionem recipit, ille dicitur delegatus, vel commissarius: de cuius officio vid. *integr. tract.* Rüger. Ruland. *de commissar.* add. Berl. *decis.* 128. § decisi. 129. § 133.

*Arbitri de-
scriptio.* XV. Arbitr^e est, qui de communis partium L. 4. ff. t. 8. consensu judex constituitur certo compromisso, ut nimis servato juris ordine, mediande recep^tis, qui te laudo seu arbitrio, litem dirimat (*ein ge-
arbiter. willkürter Richter*) add. *tot. tit. D. de recept.* recept. ut *qui arb.* Ab hoc differt arbitrator, qui, nulla sent. dic. *E arbit-
ratoris.* juris solennitate attenta, controversias amice ex quo & bono definit, seu transigit. add. Speidel *in notab. lit. s. voc. Schiedsmänner* Gail. 2. O. 140. n. 4.

TIT. V.

DE

FORO COMPETENTE.

*Fori com-
petentia* I. Fori competentia inter litigantes esti-
matur ex persona rei, ita ut actor forum rei
consideratur sequi cegatur. 1. 2. C. *de jurisdic^t.* 1. fin. C.
ratione rei. Hic forum ubi in rem act. Habet vero forum reus vel
habet com- ex jure communi, vel ex privilegio. Forum
mune 1.) commune sortitur reus 1.) ratione domicilii,
ratio- 2.) con-

2.) contractus gesti, 3.) delicti, 4.) rei sitæ *ne domiciliis*.
 & 5.) ex continentia causæ. *l.ii:*

II. Ratione domicilii convenitur reus *co-*
ram judice loci, in quo quis habitat eo ani- *L. 5. ff. t. i.*
mo, ut ibi perpetuo constat. *l. 7. C. de in-*
col. l. 190. de V. S. *de judi-*
ciiis & ubi
quisque
agere vel

III. Notandum hic est, quod uxor sequa- *conv. deb.*
tur domicilium mariti, & vidua etiam illud *Uxor sequi-*
forum retineat. Similiter familia sequitur *domicili-*
domicilium patris familiæ, adeoque & filius- *lum mari-*
familiæ sui patris, quamdiu scilicet sibi non *ti; ac filius*
constituit proprium *domicilium.* *patris.*

IV. Si vero quis certum domicilium non *Qui certum*
habeat, potest conveniri, ubi reperitur. *domicilium*
Carpzov. l. 2. resp. 15. n. 12. Aliquando *non habet,*
etiam locum habet edictalis citatio, si scil. *conveniri.*
actor ignoret, ubi reus latitet. *vid. Gail. 1. reperitur;*
abf. 57. aut si bona alicubi habeat reus, ibi *vel edictali-*
citatio affigi, & a Magistratu illius loci cura-
tor bonorum, qui absensis defensionem susci-
piat, constitui debet. *Carpzov. d. loc.* *ter citatur.*

V. Ithoc forum est generale, ideoque cum *quod forum*
aliis modis forum sortiendi concurrit, ac in *est generale.*
arbitrio actoris est (*sive in personam, sive in*
rem agat, velitne reum speciale quodam, *verb.*
gr. rei sitæ,) de quo abf. 9.) an vero gene-

rali suo domicilii foro convenire: *l. 19. §. f.*
ff. de judic. l. fin. C. ubi in rem act. eap. 17. x.
de for: compet. uno tamen electo, & cita-

to ad illud reo, non licet variare, propter
 præventionem, *l. 30. ff. de judic. Gail. 1. Q.*

29. n. 5. Reedium tamen ex *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* tantum in loco hereditatis sitæ institui posse volunt per *l. un. C. ubi de heredit. ag.* ubi add. interp.

II. Ratione contractus VI. 2.) Ratione contractus quis forum ~~contractus~~ titur in loco, ubi ipse negotium cum alio celebravit: modo secundum hodiernos mores ibi reperiatur. vid. *Carpz. d. l. 2. Resp. 29. & 30.*

Ratione reddenda- rum rationem & ad- ministra- tionis quis in loco ejus gestæ specia- liter conve- nitur. VII. Peculiaris vero est ratio reddendarum rationum de negotiis administratis, ratione quorum quis in loco gestæ administrationis convenitur, etiamsi ibi non reperiatur. vid. *l. i. C. ubi de ratioc. ag.* Berlich. dec. 273. *Carpzov. 2. Resp. 33. Richter. dec. 13. n. 21. Joh. Heeser. loc. com. jur. pract. de ration. redd. loc. 5. n. 3. & seqq.* Immo nonnulli statuant, solum in loco administrationis gestæ ob rationes quem convenientum esse, adeo ut in foro (alias generali, *aph. 5.*) domicilii conventus, hoc exceptione fori incompetentis declinare possit per *d. l. i. C. ubi de ratiocin. l. 45. ff. de judic.* Fr. Munn. de Escobar. *de ration. c. 7.* *Carpzov. 2. Resp. 33.* a quibus tamen dissentunt Vultej. in *l. i. C. d. t. n. 9.* Christ. *decis. belgic. vol. 3. dec. 162.* Heeser. *d. l. n. 16. & seqq.* conf. Franz. *2. Resol. 26.*

III. Ratione delicti. VIII. 3.) Ratione delicti forum sortitur reus 1.) ubi deliquit; & ibi processus contra eum institui potest, licet aufugerit: *tot. tit. C. ubi*

C. ubi de Crimin. ob privata tamen delicta hodie reus in loco delicti, nisi ibi deprehendatur, non potest conveniri. *Deeis. Elect. noviss. 89.* add. Carpzov. d. l. 2. resp. 27. 2.) ubi deprehenditur reus, licet nec ibi domicilium habeat, nec ibi commiserit. d. l. 1. **C. ubi de crim.** Neque hodie necessario remittendus est reus ad magistratum, ubi crimen est commissum; aliquando tamen vel ex gratificatione, datis tamen literis reversalibus, uti vocant, vel ex speciali conventione remittitur. add. Richt. *decis. 15.*

IX. Porro 4.) forum sortitur reus, ubi res *IV. Ratione sita est*, de cuius possessione aut proprietate *rei sitae*. agitur. Locum ergo hoc forum habet solum in actionibus, quibus in rem agitur. add. *tot. tit. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de poss.* Pertinet hoc forum non solum ad res immobiles, sed & mobiles; *d. l. fin. C. ubi in rem act.* & quidem secundum communem sententiam, licet res mobilis eo loco non sit permanenta: quo tamen casu, cautione praestita, res interim dimittitur. Sichard. *in d. l ult. C. ubi in rem, act.*

X. Notandum etiam hic, quod per impositionem arresti ejusmodi forum constituantur, *Arrestum etiam trilect* ob debitum aliquod arrestum impetretur. *buit forum.* vid. Mev. *tr. de Arrest. c. 15.*

XI. Addimus & hoc, quod ex usu nonnullorum judiciorum simultanea investiti, etiam alibi degentes, sint subjecti jurisdictioni *Ratione si- mult. investiture etiam amforum*

quem fortissimi feudi in caussis feudum non concernentibus. Similiter ex eadem consuetudine receptum est, ut vasalli, a quibus & juramentum fidelitatis & juramentum subjectionis simul exigitur, licet illi alibi domicilium habeant, actionibus in personam possint coram illo domino feudi conveniri. vid. Carpzov. *Lib. 6. Resp. 115. Richt. consil. 1.*

V. Ratione continentiae uno eodemque judice tractantur caussæ, quæ caussæ alias sub diversis judicibus tractandæ forent. *L. 11. ff. t. tot. tit. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat.* Ista 2. de quib. autem cohærentia sive continentia vel venit a reb. ad eund. jud. personis, adversus quas agitur, quando seil. eatur. plures sunt rei ratione ejusdem caussæ, diversis jurisdictionibus subjecti, qui coram uno judice, eoque superiori omnium proxime communi conveniri possunt: Vel ex conditione & natura actionum, quæ instituuntur, quando nimis. aut generales aut universales sunt actiones, aut cognatæ, aut una alteri principali præjudicium assert, & tamen diversis judicibus diversæ res sunt subjectæ; tunc itidem supremus judex, vel ad quem principalis caussa spectat, adiri potest. vid. Pet. Frider. Mindan. *tr. de proc. extrah. c. 5.*

Forum privilegiatum ratione caussarum.

XIII. Forum privilegiatum seu singulare competit reo vel ratione caussarum, vel ratione personarum. Caussæ privilegiatae sunt 1.) caussæ spirituales & Ecclesiasticae, quæ coram Judice Ecclesiastico, seu consistoriis sunt expediens.

diendæ. c. 3. X. de jud. 2.) cauſſæ feudales, de quorum foro legas Synt. nostr. Feud. cap. ult. 3.) cauſſæ ſtatus, vid. tot. tit. C. ubi cauſ. ſtat. 4.) cauſſæ fiscales. tot. tit. C. ubi fisc. cauſ.

XIV. Ratione personarum forum est pri- *Ratione
vilegiatum* 1.) clericorum, qui coram judge *conditionis
Ecclesiastico* ſunt conveniendi. auth. *statui-
mus. C. de Episc. & cler. Carpzov. Jurispr.*
Confift. l. 2. c. 10. niſi ratione rei fitæ actio moveatur. Gail. L. 1. O. 37. num. 4. Quid obtineat in criminalibus cauſis, explicat Carpzov.
*Pr. Cr. p. 3. q. 110. num. 82. & seqq. 2.) Pro-
fessorum cum tota faimilia, & studiosorum,
qui in academiis coram Rectore ſuo ſunt con-
veniendi. auth. *habita. C. ne fil. pro pat.* 3.) Militum, qui ſubſunt Magistro militum *l. 3.
pr. ff. de re mil. l. 2. C. de off. mag. mil.* 4.) Principum officialium in urbe quadam degen-
tium. add. Heig. p. 2. qu. 211. & late Mev. *ad
jus Lubec. in quæſt. prælim. qu. 3. n. 38. & seqq.* Pertinent huic Statuum Imperii primæ instantiæ, quas Aufſregas vocant.*

XV. Cæterum judex vel est superior, vel inferior: & quidem coram inferiore judge ſuo quis conveniendus eſt, nec hoc prætermiſſio superior adeundus, cum privilegium, quod vocant, primæ instantiæ inverti aut averti poſſit nemini, c. peruenit. 39. C. II. q. 1. Ordin. Camer. P. 2. t. 1. pr. tit. 5. §. und

*soll sonst 2. § tit. 8. § wo sich aber zwischen.
15. Recess. Imper. d. A. 1654. nebenben sollen.
ne quidem per indirectum. vid. Carpzov.
l. 2. resp. Elect. 17. Joh. Georg. Nicol. Process.
c. 20. part. I. Exceptio est I. in personis mi-
serabilibus, quibus reum statim coram judice
superiore convenire licet : l. un. C. qu. Imp.
int. pap. vel vid. ubi add. Brunnen. quam ta-
men legem in Cameræ judicio non amplius
observari tradit Gail. I. obs. I. n. 40. in Prin-
cipium vero judiciis adhuc vigere tradit Carp-
zov. 2. resp. 19. Exc. 2. casus denegatae vel pro-
tractæ justitiæ, aut protelatae litis. Exc. 3. ca-
sus, quo inferior jūdex est suspectus. Exc. 4.
casus in l. un. C. si quis Imper. maledix. vid.
Nicol. d. c. 20. add. Carpzov. p. 3. prax. crim.
q. 110. n. 18.*

TIT. VI.

DE

JUDICIS HABILITATE.

*Causæ, qua reddunt ju-
dicem inha-
bilem seu
suspectum.* I. Quamvis vero quis magistratus consti-
tutus, atque inde habeat jurisdictionem; de-
qua tit. 4. nec non forum sit competens, de-
quo tit. præced. tamen requiritur, ut etiam
sit habilis jūdex, seu non adsint caussæ suspi-
cionum, ob quas repudiari possit: cuiusmo-
di sunt I. si commodum vel incommodum
ex caussa ad judicem pertineat. l. 17. ff. de ju-
dic. l. un. C. ne quis in sua caussa jud. multo
minus in propria caussa judicare ipsi permis-
sum.

sum. d. l. un. Nobiles tamen cauſſas, iſpos & ſubditos eorum concernentes, coram offi- cialibus & Scabinis ſuis trahere, & acta ad collegium J Ctorum transiſſitare poſſunt. *Decif. Elec tor. noviff. 38. & 39. Modestin. Pistor. part. I. c. 7. n. 5. Ziegler. ad prax. Calvol. §. nobiles. concl. I. num. 17. & 19. Berlich. dec. 109. Carpzov. I. respons. Elec t. 87. n. 22. & 23. 2. Inimicitia c. 41. in f. x. de appellat. l. 9. pr. ff. de liber. cauſ. 3. Si n u g u l a r i s gratia, coniunctio & amicitia l. 10. ff. de jurisdic t. 4. si j u d e x fuerit corruptus. add. Gailius. I. obſ. 33. Mynf. 3. obſ. 63.*

II. Ob h aſſe & ſimiles cauſſas non ſolum *Ob h aſſe re delegatus, l. 16. C. de judic. sed etiam ordinarius* j u d e x *susari po teſt etiam ordinarius ju*
offic. & po teſt jud. deleg. add. l. 17. ff. de judic. l. 9. ff. de lib. cauſ. d. l. 16. C. de judic. & autb. ſequ. Gailius. I. obſ. 33. n. I. Langer. de exception. part. 2. c. 4. num. 8. Carpzov. process. tit. 3. art. 4. num. 83. cæterum in tegrum collegium ut ſuſpectum recuſari non conuenit. Gail. de obſerv. 33. num. 4. Zang. di c̄t. cap. 4. num. 16.

III. Dupli ci vero modo de j u d i c e ſuſpecto *Sapius tunc querulanti ſuccurri ſolet: vel enim j u d e x ſu perior* *adjungitur* *per commiſſarios cauſam trahari, & ali u. decidi jubet, vel ſuſpecto quendam adjungit, qui ſimul cauſam cognofcat ac dirimat.*
 Sichard.

Sichard. ad auth. si vero contigerit. C. b. t. n. 7. Covarruv. pract. quest. cap. 26. n. 1. ubi testatur, hanc sententiam, quod scilicet iudicii suspecto alius vir bonus adjungatur, esse communem tatius orbis Christiani interpretationem.

Causa suspicionis est probanda. IV. Causa suspicionis allegata probari debet. Gaius d. O. 33. n. 14. Rebuff. tit. de recus. judic. art. 1. gloss. 5. Gilken. d. l. 1. num. 13. Carpzov. d. l. num. 92.

TIT. VII.

DE

CAUSSA IN JUDICIUM DEDUCTA.

Judicium
1. aliud
est Ecclesiastica,
aliud seculare;
Et hoc vel civile, vel criminale:
2. aliud reale, aliud personale.

Illud reale
aut est petitiorum,
aut possessorum:

I. Causa, quae in judicium deducitur vel est Ecclesiastica, vel secularis: haec vel est civilis, vel criminalis. Unde judicium in civile & criminale distinguitur.

II. Porro ratione causae distinguitur judicium in reale, quo actione ex jure in re descendente persequimur rem nostram a quocunque possessore, & personale, quod ex jure ad rem, seu obligatione instituitur adversus personam, quae ex facto suo ad quid praestandum est obstricta. I. 25. ff. de O. Et A. Aliquando haec duo concurrunt, & simul ipsa res petitur, & præstationes personales exiguntur. §. 20. Inst. de act.

III. Reale judicium iterum vel est petitiorum, quo proprietas rei vel juris in re petitur, vel possessorum, quod intenditur de possessione

sione vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda.

IV. Hoc possessorium iterum dividitur in *hoc iterum ordinarium & summarium*, seu *summariisſi-ant ordinarium*. Illud dicitur, quo, ordinario juris *procesſu obſervato*, super *poſſeſſione agi- rium, aut ſumma- rium.* hoc appellatur, quo summarie cauſa poſſeſſionis cognoscitur, &, quis interim poſſide- re debeat, dirimitur, reservata ulteriori diſcuſſione ad judicium ordinarium. vid. Lud. Pøſth. *tract. de ſummar. poſſeſſ. Andr. Clud. in recb. quot. c. i. add. Decis. Elect. noviſſ. 13.*

T I T. VIII.

DE

FORMA PROCEDENDI SEU IPSO OR- DINE PROCEDENDI IN JUDICIO.

I. Forma judicii conſiſtit in processu: qui *Proceſſus* eſt modus legitimus, in judicio circa cauſam *deſcriptio*; in id deductam, a judice & partibus, vitandæ confuſionis gratia obſervandus. *c. i. de ſent. Et re jud. in 6.*

II. Eſt autem processus alius civilis, alius *diviſio*. criminalis. Processus civilis diſtinguitur ho- die in ordinarium seu summarium, item ex- cutivum.

III. In modo procedendi ordinario hodi- *Modus pro-*
ero consideranda 1.) veniat illa, quæ ju- *cedendi or-*
dicium præcedunt, 2.) quæ in ipſo judicio *dinarius.*
ſiunt, 3.) quæ judicium hoc finitum ſequun-
tur: & quidem considerabimus 1.) *Judicium*
primaꝝ

*prime &
sec. instan-
tia.*

*Aliud est
absolvere
ab instan-
tia, aliud
ab actione.*

primæ instantiæ, cui opponitur judicium se-
cundæ, vel appellationis instantiæ. Dicitur
vero instantia ab insistendo, h. e. urgendo, &
nihil aliud denotat, quam fervorem judicii,
quod exercetur ob controversiam motam,
Germ. *ein Gerichtsstand*. Notabis etiam,
differre inter se absolutionem ab instantia, &
absolutionem ab actione: per illam namque
petitio actoris nondum est exclusa omnino,
sed potest denuo agere, refusis modo expen-
sis; hæc vero ab ipsa caussa reum absolvit.
add. Carpzov. in *Jurispr. Rom. Saxon.* p. 1.
c. 3. d. 16. n. 3. & seqq. add. Speidel in *notab.*
voc. Instantia.

*Quæ præ-
cedunt, sunt
vel substan-
tialia judi-
cialia; nim.
supplicatio;* requisita sunt 1. ut, præmissa judicis honori-
fica compellatione, nomina & cognomina
supplicantium, ut & reorum seu citandorum
exprimantur; 2. exponatur seu allegetur jus,
& factum, ejusmodi juri contrarium, a parte
adversa adsertum, & 3. annexatur congruens
facto, juri & causæ petitio, nobili judicis
officio desuper implorato: add. Schwanm.
l. j. proc. Cam. c. 1. num. 12. & Frider. in
II. citatio; Proc. P. 1. c. 2. II. citatio decreta a judice, quæ
L. 2. ff. t. 4. in his consistit: 1. in conceptione, in qua ni-
de in jus mirum exprimatur nomen tum judicis necesse
vocando. est, tum partium litigantium, actoris & rei,
it.

it. caussa (quæ ut melius cognoscatur, exemplar supplicationis, additis præfertim in processu executivo documentis, communicatur reo) locus & dies. 2. in executione, quæ expeditur commissione judicis, insinuatione citationis, & relatione nuntii de insinuata citatione.

V. Dividitur citatio in privatam & publicam : illa iterum vel est verbalis, vel realis. *hujus divisiō.*
 Et quidem ista regulariter obtinet, & aph. præced. est descripta : hæc vero, realis nimirum, fit per capturam, vel etiam arrestum, & regulariter in civilibus non adhibetur. Publica est, quæ fit per edictum, foribus templorum & curiarum affixum, vel etiam ex suggesſu publice prælectum ; & quidem hodierno uſu in tribus distinctis territoriis fieri solet. Locum vero non habet, si ad domum solitæ habitationis fieri possit, nisi specialibus ſolum caſibus, nimirum 1.) si quis per ſe, vel per alios quoquo modo efficiat, ne citatio ad ſe pervenire poſſit; 2.) quando locus, ubi quis citari debet, non eſt tutus; 3.) si citandus ſit vagabundus, quo caſu affigi debet edictum citatorum in illa civitate, eove in loco, ubi ſolitus alias vagabundus conversari; 4.) ſi contradictor ſit incertus, & citentur oīnnes in genere, quorum interest: e. gr. creditores defuncti, ſi in diversis locis habitent, & incerti ſint, poſlunt citari per edictum & publicam proclamationem, ut compareant coram omnibus.

um superiore judice ad eum effectum, ut creditum suum ibi proponant & deducant, vel ad videndum imponi ipsis perpetuum silentium, Gaius *l. observ. 57. n. 7. 5.*) obtinet ratione incertitudinis contra creditores defuncti, ad videndum fieri inventarium juxta formam *l. scimus. ult. Cod. de jur. delib. denique 6.*) in materia diffamationis possunt per edicta citari omnes, qui sua interesse putaverint. Gail. *d. l. observ. 9.* & late Carpzov. *in proc. tit. 7. art. 4.* it. Speidel. *in notab. voc. Edictal. Citat.* adde etiam de singulari citatione in Camera recepta, proclamata nim. Schwanin. *Lib. 2. proc. Cam. c. 72. num. ii.* Wehner. *in obs. pract. voc. Ruffen.* Præterea hic notandum, si aliquando eveniat, ut citandus quis sit, qui sub alio judice ordinario degit, quod tunc judex ordinarius requirendus sit per literas subsidiales, seu mutui compassus, ut vocant, ut fistat reum seu citatum. vid. Carpzov. *d. tit. 7. art. 3.*

Aliquando decernuntur mandata; VI. Ad supplicationem actoris in Camera aliquando decernuntur mandata, & quidem mandata; vel cum, vel sine clausula: quæ in eo differunt, quod in illis subnectatur citatio ad allegandum causas, quare citatus exitimet, se non teneri ad partitionem; in hisce vero subjungitur citatio ad docendam partitionem, vel ad audiendum, se in pœnas mandati violati incidisse. vid. Petr. Frider. *de mandat. L. 2. c. 55.*

De-

Decerni vero mandata cum clausula solent, siq̄ ubi supplicans pro se habeat jus commune, Schwan. lib. 2. proc. Cam. c. 15. Frider. tr. de interd. comm. 4. & si caussa non requirat altiorem indaginem, alias citationes & processus ordinarios judex decernit. Mandata vero sine clausula decernuntur in quatuor casibus generalibus, de quibus L. 2. Ord. Cam. tit. 23. Committitur tamen etiam arbitrio judicis, quibus casibus talia mandata possint decerni. Schwan. in obs. Cam. obs. 134. & 121.

VII. In Curiis Saxoniciis ad exemplum man- vel in curiis
datorum receptae sunt, potissimum in posses- Saxon. inhibi-
tionis materia, inhibitiones, quæ itidem vel
cum, vel sine clausula fiunt, prout res exigit.
vid. ordin. curiar. provinc.

VIII. (III.) Libellus, qui hisce essentiali- III. libellus;
bus absolvitur 1.) caussa seu medio concluden-
di; 2.) facti, quod narratur, vel rei, quæ peti-
tur, speciali significatione, nisi sit caussa uni-
versalis, generalis aut alternativa; & 3.) peti-
tione seu conclusione. Præterea etiam no-
men judicis, actoris & rei exprimendum est.
Distinguitur libellus in articulatum & simpli- ejus divisio-
cem: ille in Camera & jur. comm. est receptus,
hic vero in Saxonia.

IX. Porro sciendum, quod interdum reus Aliquando
conventus, in ipso litis exordio, vicissim ce- reus contra
ram eodem judice conveniat istum actorem in- actorem in-
& dici solet reconventio (*die Wiederklage.*) conventio- fituit re-
nem.

Atque hæc quidem secundum process. juris comp. ordine simultaneo una cum conventione tractatur, vid. Schwanm. *d. l. i. c. 69.* verum jure Saxon. hæc in reconventione sunt singularia 1. quod non in quibuslibet caussis obtineat, sed in caussis connexis; 2. quod post finitam omnino conventionem demum possit institui, *wann die Conventions-Klage gäntzlich durch würckliche Zahlung geendet und erörtert.* Aliquando tamen reus, ad solvendum condemnatus, potest pecuniam in judicio deponere, ac reconventionem instituere, si nimicum, ob probabiles causas se, non calumniæ, seu actoris vexandi gratia depositionem prætendere, deducat, simulque libellum reconventionis offerat. *Ordin. process. judic. Elector. Saxon. tit. 6. §. Es wäre denn. Carpzov. lib. 2. resp. Elekt. 43.* Tenetur vero reconventus in judicio; quo alterum convenit, comparere, licet alias forum ejus competens non sit, *wannr. gleich Kläger, und nunmehr wiederbeklagter sonst daselbst zu stehen nicht schuldig wäre:* *F. S. Hof-Gerichts-Ordnung. cap. 23.* vid. latius Carpzov. *Tit. 6. art. 3.*

Vel accidentalia.
nim. 1. con-
tumacia,
cujusque
accusatio.

X. Ad accidentalia spectat 1.) contumacia, quam distinguunt in veram, quando quis ter, vel semel pereintorie citatus, per malitiam latitat: & præsumtam, quando sufficienter citatus emanet, licet absque malitia. Requiritur autem, ut accusetur contumacia, *dass die*

die Ungehorsams-Beschuldigung eingebbracht werde. Hodie plerisque in locis tres distinctæ citationes fieri solent. Quodsi ergo actör in primo termino non comparuerit, accusata ejus contumacia reus ab instantia absolvitur, & ad refusioneim expensarum actör condemnatur, nec ante auditur, quain expensas refundat, & præterea etiam cautionem tenetur præstare actör de lite prosequienda. Quodsi post litem contestatam actör sit contumax, eadem pœna obtinet, nisi causa jam sufficienter sit ventilata, & de ejus justitia jam constet judici, tunc potest vel pro actore, vel pro reo sententiam ferre. Si reus in primo termino fuerit contumax, & ejus contumacia fuerit accusata, condemnatur in expensas, & citatio denuo decernitur sub pœna contumaciæ. Si in secundo termino iterum non compareat, rursus condemnatur in expensas & citatio decernitur, adjuncta clausula, quod debeat legitima impedimenta allegare: *bey Straffe Ungehorsams bis auf Ehehaftten.* Sin vero iterum non comparuerit, nec impedimenta allegaverit, iterum condemnatur in expensas, & decernitur citatio in causis civilibus hac clausula addita: ut sub pœna executionis debeat comparere: *bey Straff Ungehorsams bis auf die Hülffe,* ac insequitur rei nec tunc coparentis condemnatio secundum petitam libelli, & executio contra contumacem instituitur. add. Carpzov. 3. resp.

27. § 28. § in processu tit. 8. artic. 3. Nicol.
process. 34. § 35.

2. dilatio; XI. Porro accidentale 2.) est dilatio, quæ
L. 2. ff. t. ultra quartam non solet concedi, & impe-
12. de fer. tranda est ex justa caussa. Quænam autem sit
& dilat. & div. temp. justa caussa, dependet ab arbitrio judicis. vid.
tot. tit. ff. de dilat.

3. satisdatio XII. Sequitur 3.) satisdatio seu cautio.
seu cautio. Est autem satisdatio in genere præstatio se-
L. 2. ff. t. 8. curitatis, nomine eorum, quæ occasione ju-
qui satis- dicii in dubium vocantur, l. 1. ff. *qui satisd.*
dare co- cog. Sunt vero tres species cautionis, nimi-
gantur, rum 1. quæ fit per nudam promissioneim, ad
vel jur. quam permittuntur illi, qui bona immobilia
promitt. possident. vid. l. 15. ff. d. t. q. *satisd. cog.*
vel suæ 2. satisdatio per fidejussores, vel etiam ho-
promiss. die per depositionem pignorum, 3. promis-
commit. sio juratoria, quæ locum habet, si quis nec
pignoribus nec fidejussoribus possit cautioneim præstare, & debet jurare 1. se credere
non potuisse invenire fidejussores idoneos,
2. se facturum ea, quæ ipfi incumbunt. vid.
Carpz. p. 1. C. 5. d. 9.

Guaranda XIII. Tenetur vero actor secundum hodi-
præstatio. ernum usum, si niimirum in loco, ubi habitat,
non habet bona immobilia, cavere fidejussori-
bus, vel etiam depositione pignoris, pro re-
conventione & expensis. add. Berlich. p. 1.
pract. Conclus. 20. Insuper jure Saxon. actor
guarandæ nomine cavere debet, niimirum nu-
da

da stipulatione: (*Muß die Gewehr angeloben*)

Reum quod attinet, de jure civili tenetur satisdare de judicio fisti, si nimirum bona immobilia ibi non habeat. Carpzov. p. 1. C. 5.

d. 39. Item si procuratorem constituat, debet L. 46. ff. t. etiam satisdare judicatum solvi, sive quod ve- 7. judi- lit solvere judicatum. §. 4. *I. de satisdat.* cu- catum jusmodi cautio seu satisdatio solet inferi man- solvi, datis. In foro vero Saxonico cautio a reo *Cautio de* exigi non solet. Carpzov. d. l. d. 30. n. 4. *rato.*
 Cæterum procurator actori, si de ejus man- L. 46. ff. t. dato constet, quod actis fit insinuatum, de ra- 8. Ratam to non cavet, & si defectus quidam sit in man- beri, & de dato, vel dubium quoddam occurrat, an nego- ratihabit. tium ipsi sit mandatum, item sit persona con- juncta absque mandato agat, cautio de rato præstari solet, qua nimirum procurator acto- ris promittit dominum ratum habiturum, quod ipse gessit, & deinde tenetur adhuc actis man- datum insinuare. Similiter & rei procurator ejusmodi casibus cavet de rato. Wurmf. L. 1. obf. for. tit. 10. obf. 3.

XIV. Deinde 4.) præcedunt & judicium *4. exceptiones, cum primis dilatoria.* Est vero *exceptionis* exceptiones, cum primis dilatoria. Dilatoria vero perti- net vel ad judicium ipsum, vel causam in L. 44. ff. t. i. de ex- judicium deductam. Judicium quæ respici- cept. præ- unt exceptiones, concernunt vel ejus intrinsecum. &

*Dilatoriae
ratione
judicis:*

seca, scil. I. personas id constituentes, nimirum judicem, respectu cuius opponitur 1.) exceptio fori incompetentis, *l. pen. ff. & ult. C. de judic. 2.) exc. primæ instantiæ*, vide *tit. s. b. l. aph. ult. 3.) præventionis*, quando nimis. quis citatur ad judicem super ista lite, quæ jam coram alio cœpta. *l. 7. ff. de judic.* Dicitur lis præventa (*strictè loquendo*) tum respectu judicis, cum quo aliis concurrentem habet jurisdictionem, vel cum reus in diversis foris v. gr. *domicilii, rei sitæ, delicti* conveniri potest; *Monach. pract. jud. p. 2. tit. de prævention. cap. 4. num. 3.* tum respectu rei, quem actor in hoc judicio prævenit, ut ille non possit ad aliud forum provocare, confer *l. 19. pr. ff. de jurisdict.* Donell. & Hillig. *l. 17. c. 18. lit. c. 4.)* litis pendentis, qua potissimum reus utitur, ne alio rursus judicio conveniatur; *l. 30. ff. de judic.* add. Hillig *d. l. 5.)* judicis suspecti, vid. Zanger. *tr. de except. p. 2. c. 4. 6.)* inhabilitatis *cap. 1. X. de except.* Zanger. *de except. c. 4. n. 27.*

*ratione per-
sonarum li-
tigantium.* XV. Denique personas litigantes concernunt, easque vel principales, ut olim erat respectu actoris exceptio non impetratae veniæ, quæ tamen hodie non obtinet; resp. rei exceptio revocandi dominum, *l. 2. §. 3. ff. de judic. c. ult. X. de for. comp.* resp. utrinque exceptio cautionis, inhabilitatis, contumaciæ, justi impedimenti; vid. Zang. *d. tr. p. 2. c. 8.* vel earum procuratores, ut est exceptio illegiti-

gitimationis. §. fin. I. de except. Zanger. dict.

I. cap. 8.

XVI. II. Modum procedendi, ut exce-*ratione*
ptio inepti libelli, seu generalis & obscuri, *modi pro-*
Zanger. d. tr. cap. 14. sub & obreptionis, *cedendi:*
idem c. 16. ineptæ cumulationis. c. 19.

XVII. Vel sunt de extrinsecis judicii cir-*ratione*
cumstantiis, ut loci non tuti, aut temporis *loci, tempora-*
angusti, item feriarum. Zang. p. 2. c. 5. 6.
Et seqq.

XIX. Ipsam caussam in judicium dedu-*ratione*
ctam concernunt exceptio plus petitionis §. *ipsius causa*
10. Instit. de except. §. 33. de action. exceptio *in judicium*
pacti de non petendo intra certum tempus
d. §. 10. de except. it. exceptio moratoria,
Quinquennel. qua debitores rescripto Imper-
atoris aut Principis ad certum tempus con-
tra creditores se defendunt. I. 2. C. de prec.
Imper. offer. denique exceptio spolii, quam
spoliatus opponit isti, qui contra eum actio-
nem instituit, & ante spoliavit, ut ante omnia
restituatur, quæ exceptio est probanda intra
15. dies. c. 1. de rest. spol. in 6. add. Carpzov.
in proc. tit. 9. artic. 6. n. 2. pertinet etiam huc
exceptio excusonis, item laudationis. Zan-
ger. d. l. P. 2. c. 2.

XIX. Hæ dilatoriæ exceptiones regulariter *Dilatoria*
ante litis ingressum & L. C. sunt opponen-*regulariter*
dæ & probandæ: l. pen. Et ult. C. de except. ante lit.
ilæ vero dilatoriæ, quæ ipsam caussam con-*cont. sunt*
cernunt, etiam post L. C. probari queunt. *opponendæ,*
exceptis iis,
ipsam

causam L. 19. C. de probat. Præterea sunt casus, qui concernunt; bus dilatoriæ etiam post L. C. opponuntur, it. excipiuntur alii caus. 1.) si post L. C. demum cœperint, vel ad notitiam rei pervenerint c. 4. x. de except. aut si gravamen successivum concernant, aut reddant judicium retro nullum. vid. Carpz. in proc. tit. 9. art. 1. n. 38. § 39. conf. Coler. ad c. 2. de except. n. 1. Carpzov. p. 1. C. 3. d. 17. n. 6. § 9. Licet vero jure communis plures exceptiones, etiam diversas, successive opponere: l. 5. l. 8. ff. de except. ast secundum mores plurimorum locorum exceptiones dilatoriæ omnes simul opponi debent. Carpz. d. loc. art. 1. n. 12. § art. 7. n. 12.

TIT. IX.

DE

IIS, QUÆ FIUNT IN JUDICIO.

Quæ fiunt in judicio I. In ipso judicio quæ fiunt, itidem vel substantialia sunt, vel accidentalia. Illiusmodi sunt itidem substantia- est litis contestatio, die Krieges Befestigung, lia, vel ac- quæ consistit in actoris narratione, & rei re- cidentiali. sponsione. l. un. C. de Lit. Cont. l. 14. §. 1. C. Ad illa pt. de judic. c. un. x. de lit. cont.

I. Litis con- testatio: II. Dividiuntur a parte rei in negativam, qua que dividuntur in affir- scil. reus intentionem actoris negat, & affir- mativam, in affirmativam, qua quidem eam fatetur, sed tamen addit exceptiones. Aliquando etiam, ob & negati- contumaciam rei non respondentis, lis pro vam; affirmative contestata habetur. Si namque reus frustraneis exceptionibus litis contestationem

tionem declinare , vel saltē protrahere inten-
dat , actor accusat ejus contumaciam , & pro
re nata petit , ut citetur reus sub pœna contu-
maciæ , de qua supra dictum , vel quod lis pro
contestata debeat haberi.

III. Porro distinguitur litis contestatio in *it. in gene-*
generalem & specialem. Generalis est , qua *ralem &*
non repetuntur singula libelli membra , sed *specialem.*
in genere solum respondetur , & solet aliquan-
do dici implicita , si v. gr. reus narrata prout
narrantur , & petita prout petuntur , negat ,
quæ in plerisque judiciis non solet admitti.
Specialis est , qua explicite & sigillate ad sin-
gula actoris narrata & contenta respondetur.

IV. Exhibentur autem secundum jus comin. *Sec. jus*
hodie in Camera & alibi receptæ , præter libel-*commune*
lum , positiones ab actore , mediante juramen-*exhibentur*
to dandorum , uti vocant , quas sequitur rei
responsio , mediante juramento respondendo-*positiones.*
c. un. X. de Lit. Cont. Ord. Cam. p. 3. tit.
15. Gail. I. O. 81. & 82. Carpzov. p. 1. C. 10. d. 4.
Jure vero seu in foro Saxon. hæ positiones
& responsiones non sunt in usu , sed reus re-
spondere debet libello , & quidem speciatim
ad omnia libelli capita sine juramenti præsta-
tione.

V. Aliquando vero ad quasdam positiones *Reus ali-*
vel membra libelli reus respondet affirmative , quando pro
ad quasdam vero positiones vel membra alia *parte affir-*
mative, pro parte nega-
tive respons-

TIT. X.

DE

EXCEPTIONIBUS PEREMTORIIS.

*Exceptio-
nes perem-
toriae de-
scribantur.*

I. Agendum etiam hic est de exceptionibus peremtoriis; (vid. Tit. VIII. b. l. aph. 14.) quæ semper agentibus obstant, & semper rem *s. caussam*, de qua agitur, perimunt. §. 9. I. de except. l. 3. ff. eod.

*Peremtoriae
vel nascun-
tur cum ipso
negotio.*

II. Peremtorias hanc distinguunt, quod vel statim cum ipso negotio nascantur & existant, ut 1.) exceptio doli, quæ vel est generalis, competens, quando in genere contra æquitatem naturalem quid petitur; l. 4. §. 12. Et pen. l. f. pr. l. 12. ff. de dol. mal. exc. l. 36. de V. O. vel specialis, quæ datur, quando in specie quid dolose gestum est. l. 2. §. 4. l. 4. pr. Et §. 33. ff. de dol. mal. ex. Zang. de except. P. 3. cap. II. n. 4. est hæc exceptio doli aliquando subsidiaria exc. in factum l. 4. §. 16. eod. Zang.

L. 44. ff. t. d. l. n. 50. 2.) exc. metus, quæ etiam tertio ob- 4. de doli jici potest. l. 4. §. pen. ff. de dol. mal. Et emt. exc. mali & Id. d. l. n. 38. 3.) erroris §. 1. Institut. de except. metus ex- l. 57. de O. Et A. 4.) non numer. pecuniæ, tum, ceptione. quæ datur creditori. l. 14. §. 2. C. de non numer. pec. tum, quæ debitori. l. 14. C. eod. it. non numeratæ dotis, tit. C. de dot. caut. non num. 5.) exc. SCti Macedon. 6.) Vel- lejani, 7.) minorenuitatis, l. 7. ff. de exc. Huc etiam referimus 8.) exc. excussionis, quat. peri-

perimit actionem fidejussoriam, quae reus principalis solvendo existit, ac inde etiam post litem contestatam opponi potest. Coler. *de proc. execut.* P. 4. c. 1. n. 117. Berl. 1. c. 18. n. 81. Carpzov. *proc. t. 9. art. 7. n. 39. & 9.*) exc. divisionis Bart. *in l. 10 ff. de fidejuss.* Giph. *in l. 13. C. eod.* Zanger. *de ex. l. 3. c. 19. n. 13.* Perez. *in C. de except. n. 33.* Vel post negotium orientur; ut 1.) exc. rei venditæ, tit. illud. *ff. de exc. r. v.* 5) trad. 2.) pretii non soluti *l. 13. §. 8. de act. emit.* 3.) exc. pacti de non petendo in perpetuum, *l. 7. §. 8. ff. de pact.* §. 3. I. *de exc.* 4.) *jurisjurandi*, §. 4. I. b. *l. 15. ff. eod.* 5.) rei judicatæ, *t. ff. de exc. rei jud.* 6.) transactionis, 7.) præscriptionis, *t. t. de div. 5 temp. præscript.* 8.) rei litigiosæ. vid. *t. t. ff. de litig.*

III. Hæ exceptiones peremptoriæ tam ante, quam post litis contestationem opponuntur. *l. 4. 8. & 9. C. de exc. l. 2. C. sent. refc. non. poss. c. 1. de lit. cont. in 6.* probantur autem post litem contestatam. Sunt vero nonnullæ privilegiatae, quæ ad excludendam litis contestationem, & ipsum processum finiendum, in ipso litis ingressu proponuntur, & statim probandæ sunt, ut exc. rei judicatæ, præscriptionis, solutionis, actionis non competentis, & aliæ, quæ in continenti probari queunt. vid. Rosbach. *prax. civ. t. 43.* Carpzov. *proc. t. 9. artic. 7. n. 25.* Nicol. *process. c. 31.* Quædam etiam post sententiam, ad impedierendam

dam executionem admittuntur, v. gr. exc. solutionis, SCti Vellej. Macedon. l. ii. ff. de *SCto Mac.* exc. non num. pecun. exceptio divisionis, compensationis. vid. Gail. i O. 17. n. 9. Coler. *de proc. exec. p. 4. c. 1.* Carpzov. *tractat. de rest. contr. sent. præjud.*

IV. Exceptioni actor opponit replicacionem; l. 2. §. 2. ff. b. l. 3. C. cod. t. t. I. *de replicat.* huic reus iterum respondet per duplicacionem; §. 1. I. *de replicat.* & actor huic vicissim per triplicationem; §. 2. d. t. & huic ulterius opponitur quadruplicatio. l. 2. §. 3. ff. b. §. 3. I. d. t. add. Ord. Cam. P. 3. t. 29. §. wo aber 3. Const. Elect. l. 2. c. 28. Excipitur jurisjurandi & dolii exceptio, contra quas replicatio non admittitur. l. 15. ff. b. l. 4. §. 13. ff. *de dol. mal. & met. except.*

TIT. XI.

DE P R O B A T I O N E.

II. Probatio. I. Litem contestatam, & objectas aliquan-
L. 22. ff. t. do exceptiones pereintorias, sequitur injuncta
3. de pro- a judice probatio, nim. si reus litem negative
bat. & contestetur, vel saltem in quibusdam capitulis
præsumt. negative contestetur, & tunc actori incumbit
probatio: si vero affirmative reus litem con-
testetur, addatque forte exceptionem, tunc
reo incumbit probatio exceptionis.

II. Pro-

II. Probatio est actus judicialis, quo per *Eius de-*
idonea argumenta de facto aliquo, de quo in *scriptio-*
judicio controversia est, judici fit fides.

III. Argumenta distingui solent in *τέχνα* *Argumenta
alia sunt
artificialia:*
seu artificialia, & *τέχνα* seu inartificialia. Ar-
tificialia dicuntur, quæ arte industria pro-
bantur, ex ipsa caussa, ejusque circumstantiis
deducuntur, suntque vel necessaria, ut ex prin-
cipiis physicis desumta, & facto applicata, vel
probabilia, ex quibus oritur præsumtio.

IV. Inartificialia sunt, quæ ad fidem faci- *alia inarti-*
endam extrinsecus assumentur, ut 1.) instru- *ficialia.*
menta, 2.) testes, de quibus antequam in spe-
cie agatur, de objecto & forma probandi quæ-
dam erunt præmittenda.

V. Probandum id venit, quod asseritur *Probatur*
in judicio & proponitur, & quidem non *factum*.
jus, sed factum. Et quidem forma probationis
ita se habet 1.) ut id, quod probandum, inclu-
datur articulis probatoriis, (*Beweiss-Articul.*)
qui debent ex narratis seu visceribus libelli de-
promi, & sint perspicui, non captiosi, & suc-
cincti opus est, 2.) ut fiant post liteim conte-
statam, 3.) parte citata, 4.) intra terminum
a judice præfixum, qui jure Saxon. est terini-
nus Saxonius, (*eine Sachsische Frist.*) Suf-
ficit autem intra istum terminum articulos ex-
hiberi, & si per instrumenta fiat probatio, fi-
mūl descripta ex authenticis exemplaria sunt
exhibenda. Deinde terminus præfigitur, que
testes examinantur, uti mox dicemus, vel in-
stru-

strumenta recognoscuntur a parte adversa.

*Fatali non
observato,
probandi
facultas
amittitur.* Quodsi intra terminum Sax. ne quidem articuli exhibeantur, nec dilatio impetrata fuerit intra istum terminum a judice, altera parte contumaciam accusante, non amplius quis admittitur ad probandum.

*Aliquando
probatio
admittitur
ad perpet-
tuam rei
memoriam.* VI. Diximus inter alia, quod post litem contestatam fiat probatio. Notandum vero est, quod etiam aliquando ante litem contestatam admittatur probatio, quæ vocatur ad perpetuam rei memoriam, si nim. testes sint senes, vel ejusmodi periculum subsit, quod facile quis probatione excidere possit, si litis contestatio forte proteletur.

*Instrumenti
descriptio.
L. 22. ff. t.
4. de fid.* VII. Instrumentum est scriptura, ad rerum gestarum fidem comprobandam confecta: *I. i. ff. de fid. instrum.* estque vel publicum, instr. & vel privatum. Illud est solennis scriptura: amiss. eo-publica autoritate confirmata, hoc vero abs- rum. que solennitate peculiari in caussa propria cōficitur. add. Nicol. de Passer. a Genoa *tr. de priv. script.*

*Instrumenti
publici au-
toritas.* VIII. Instrumentum publicum vel ipsa judiciali autoritate est munitum, vel per notarium est confectum, cujus forma describitur in conslit. Maximil. *vom Unterricht der Notarien de Anno 1512.* Hujusmodi publica instrumenta plenam merentur fidei, quod intelligendum de ipsis authenticis seu originalibus, non exemplis, (*Copey*): aliquando tamen virtute authentici exemplum probat, quan-

quando nimis omnia certum est, hoc ex illo transumtum esse.

IX. Privata scriptura contra scribentem *Private* solum probat, seu contra eum, qui subscriptis *scriptura* aut sigillavit suo nomine, non vero probat *vis.* pro scribente. De mercatorum libris specialiter notandum, quod hi legitime confereti, consignatis scilicet datis & acceptis, adscripto die & anno, etiam expressa causa debendi, ab integræ fidei homine, seu mercatore, seu ejus institore conscripti, semiplenam hodiernis moribus faciant probationem, & juramento confirmari soleant. add. Carpz.

3. *Resp. 58. § 122.*

X. Producuntur instrumenta regulariter *Instrumen-* lite contestata, ut supra monituim: nonnun-*ta aliquan-* quam etiam post conclusionem, si noviter *do etiam* reperta sint. add. Carpzov. p. 1. C. 17. Co-*post. lit.* *cont. produ-* ler. *decis.* 121. n. 10. Producta instrumenta *cuntur.* in judicio v. gr. ab actore, sunt a reo, termino præfixo, vel recognoscenda, vel jura-*Sunt recon-* to diffitenda. Aliquando etiam locus est *gnoscenda,* comparationi literarum, vid. l. 20. C. de fid. *instrum.* vel per testes, qui scriptio*vel diffiten-* adfuerunt, cuius manu quid sit scriptum, pro-*da.* batur.

XI. Notabis hic, quod actor instrumenta *Tenetur* teneatur edere reo non solum illa, quibus est *edere in-* contra reum usurus, sed etiam, quæ reo ad *strumenta* excipiendum profundit, l. 8. l. 5. C. de *actor reo;* *edend.* adeo ut etiam rationes publicæ sint 13. de *L. 2. ff. t.* exhibendendo.

exhibendæ. *l. 6. C. d. t.* Carpzov. *p. 1. c. 17. def. 26.* Exceptiones videoas apud Georg. Nicol. *in process. c. 51 num. 2.* inter quas est, si reus aliunde defensionem suam probare possit.

non vero reus actori. XII. Reus vero in actoris commoda regulariter instrumenta edere non cogitur, *l. 4. l. ult. C. de edend.* nisi 1.) pro replicatione actoris fundanda *arg. d. l. f. actor enim replicando habet se ut reus;* *l. 1. ff. de except.* Carpzov. *proc. tit. 14. art. 4. n. 45.* 2.) si veritas aliter haberi nequeat, velut si actor instrumenta casu amiserit. Carpzov. *l. 1. c. 17. def. 27. & in proc. d. art. 4. n. 44.* aut 3.) instrumenta sint communia. *l. 7. C. d. t.* Alias exceptiones legas apud Nicol. *de proc. c. 51.*

Necesse est adiit præsumtio contra eum, qui edere debet.

XIII. Tum vero deinum actori, vel reo, ejusmodi casibus editio injungitur, si præsumtio vel suspicio aliqua sit contra aliquem, se instrumenta habere: Ruland. *de commiss. p. 2. l. 5. c. 21. n. 3.* Carpzov. *proc. d. t. 14. n. 7.* & hic edere jussus aut edere tenetur, aut juramento confirmare, quod non habeat, nec dolo desierit habere. Ruland. *d. l. Nicol. d. c. 51. num. 8.* Quando vero super editione defertur parti adversæ jusjurandum, id, licet non adsint præsumtiones, præstandum est, modo deferens ante de calunia juret. Carpz. *d. l. n. u. seqq.* Nicol. *n. 7. in fin.*

XIV. Peti potest editio instrumentorum *Edenda sunt tam in ordinario, quam summario proces-* *instrumenta in pro-*
su, Churf. Sächs. Gerichts - Ordn. tit. 27. § in pro-
Carpzov. d. art. 4. n. 71. quod tamen ad pro- *cessu sum-*
cessum executivum extendi non debere monet *mario.*
Nic. d. c. 51. n. 9.

XV. Editionem ac juramenti præstationem *Detrectans detrectans actor caussa cadit, eique ulterior tis pæna.*
actio denegatur; reus vero si recusaverit instruienta, edenda pro editis & recognitis ha-
bentur, quandoque etiam inductione mulctæ ar-
bitrariæ ad edendum quis compellitur. Carp-
zov. proc. d. art. 4. tit. 14. n. 24. § 25. add.
Ruland. de commissar. p. 2. l. 5. c. 26. n. 2. Ni-
col. d. c. 51. n. 12. Quod si a tertio editio desi-
deratur, is compulsorialibus, quæ vocant, etiam ar-
ctioribus aut requisitorialibus, si alienæ sub-
fit jurisdictioni, ad edendum potest adigi.
Carpzov. d. art. 4. n. 61. Nic. d. l. n. 13.

XVI. Testis est persona, quæ ad fidem de *Testis de-*
negotio civili faciendam, a judice vocatur & scriptio.
examinatur. Faciunt vero plenam fidem duo L. 22. ff. t.
testes omni exceptione maiores l. 12. ff. de te- § de te-
stib. Unus vero regulariter semiplena tan-
tum probat. add. Carpzov. in proc. tit. 13.
art. 3 n. 3. § seqq. Similiter etiam duo
minus habiles præsumptionem inducunt. Ut
igitur constet, quinam testes sint omni exce-
ptione maiores, nec ne, de habilitate eorum

videndum, quæ spectatur tempore examinis & positionis. *l. 2. § 3. ff. de testib.*

*Inhabiles
vero sunt
testes 1. ra-
tione per-
sonæ;*

XVII. Sunt testes inhabiles vel ratione personæ, vel ratione caussæ, vel ex alia singulari ratione. Ratione personæ inhabiles sunt 1.) propter ætatem impuberes: *l. 3. §. 5. ff. de test.* pubertati tamen proximi testimonium operatur præsumptionem, & præterea valet testimonium ejus, qui jam pubes, de eo, quod in ætate impubere vidit, & cuius jam bene recordatur. Farinac. *de test. quæst. 58.* Minores vero 20. annis in civilibus probant, modo maiores sint 14. annis: in criminalibus autem minores 20. annis judicium saltem faciunt. *l. 20. ff. de testib.* Cæterum senes, it. mulieres a testimonio dicendo non repelluntur. *l. 18. junct. l. 3. §. 5. ff. de testib.* 2.) propter morbum, scil. furiosus, it. in articulo mortis constitutus, de quo tamen vid. Mascard. *de probat. vol. I. concl. 144.* 3.) ob statum & conditionem, nim. 1.) servilem *l. 8. l. 11. C. de test.* 2.) infamem, *l. 3. §. 5. a. l. 18. ff. b. t.* 3.) quod sit tenuioris fortunæ, *l. 3. in pr. dict. tit. de testib.* N. 90. c. 1. 4.) quod sit infidelis, *l. 21. C. de hæret. add. Sichard. ad tit. C. de test.* cœucus, surdus & mutus. vid. Farinac. q. 6t. num. 24. 31. Ratione caussæ suspicione laborare facit testimonium 1.) magna amicitia, tum ex prepinquitate, tum alias intime contracta, Carpzov. p. 1. C. 16. d. 53. 2.) odium capitale, *l. 1. §. 24. ff. de quæst.* Carpzov. d. 1. d. 16.

*2. ratione
caussæ;*

d. 56. 3.) commod. & lucrum, quod inde percipit, seu sperat testis, l. 17. C. de test. l. 3. §. 5. ff. eod. 4.) reverentia & debitum obsequium, unde inhabiles sunt 1.) domestici l. 24. ff. de testib. 2.) subditi, nisi is, cuius sunt subditi, quoad hunc actum testandi juramentum relaxaverit. add. Carpzov. d. c. 16. d. 64. Cæterum non tantum inhabiles sunt, sed etiam plane repelluntur a testimonio ascendentibus & descendentes, l. 6. C. b. t. de test. Carpz. in proc. tit. 13. artic. 6. nec in propria causa quis admittitur testis: unde persona ex universitate in caussa universitatis tunc demum admittitur, si lis ad universitatem, non ad singulos spectet. Carpzov. d. tit. 12. a. 5.

n. 77 & seqq. Denique ex singulari ratione non debent testimonium dicere 1.) sacerdos, ^{3. ex singulari ratione.} ratione revelati in confessione. Carpzov. d. C. 16. def. 17. 2.) advocatus, ratione ejus, quod ipsi a cliente secreto revelatum est. vid. Berlich. decis. 101. Paul. Christin. vol. 1. decis.

Belg. 83.

XVIII. In genere vero de testibus inhabilibus, & alias non admittendis sciendum, 1) ~~testes inhabiles quandoque certis casibus admitti, si niviles admittuntur.~~ Aliquando eos quandoque certis casibus admitti, si niviles admittuntur. veritas aliter haberi non potest, Carpzov. d. l. def. 73. 2.) quod, licet non pro producente, tamen contra eum probant. Caveatur tamen specialiter, ne regulariter denuncietur invito testimonium dicere adversus sacerum, generum, vitricum, privignum, spon-

sum, sobrinum, sobrino natum, eosve, qui
simili sunt gradu. *I. 4. I. 5. ff. de test.*

*Testium
productio
fit regulari-
ter in ju-
dicio.
Modus pro-
bandi.*

XIX. Ipsa testium productio & examina-
tio regulariter fit coram judice, ejusve com-
missario, in loco judicij: suuntus vero pro-
ducens impendere debet *I. n. C. de test.* Mo-
dus per testes probandi in his consistit, nim.
I.) notandi sunt actus praecedentes, ubi 1. ex
litigantibus producens exhibet articulos pro-
batorios, annexa testium nominatione &
directorio, super quibus scil. articulis hic vel
ille testis fit examinandus; 2. illos articulos
judex parti adversae communicat pro forman-
dis interrogatoriis; 3.) citantur testes, & qui-
dem, si sub judice testes quidam non habe-
ant domicilium, illorum Magistratus requi-
rendus est, ut ipse eos super articulis &
interrogatoriis examinet, vel, ubi ita receptum
est, petit judex ab altero, ut testibus injun-
gatur, ut se sistant; 4. producens quoque
& altera pars citatur ad producendum &
vindendum jurare testes: II.) Ipse actus exami-
nationis; nimis. ipso termino praestituto ju-
dex præloquitur, & altera pars producit te-
stes, altera exhibet interrogatoria. Praesta-
tur deinceps, prævia admonitione, juramen-
tum testium parte utraque praesente: praesti-
to vero juramento, partes secedunt, & sin-
guli testes seorsim a judice, ejusque notario
ad articulos & interrogatoria examinantur,
& omnia, quæ dicuntur a testibus, & qui-
dein

dem eorum ipsissima verba diligenter anno-tanda sunt: finita depositione testis, im-po-sito silentio, dimittitur.

XX. Actu examinis expedito, rotulus *Rotulus attestacionum* a judice vel commissario con-ficitur, & deinde partes citantur, ut cer-ta die adsint publicationi attestacionum: qua facta, super iisdein vel directo con-trariis articulis, in eadem vel alia instan-tia testes regulariter produci nequeunt.

N. 90. c. 4. Clem. 2. de test. Nonnun-dum aliquando quam tamen admittitur examinis testium *testium ex-a-repetitio*, Carpzov. p. 1. C. 16. d. 30. vel *men repeti-tiam certis casibus ulterior productio*. *d. tur.*

N. 90. c. 4. c. 15. § 36. x. de test. Gail.

i. observ. 105. Berlich, p. 1. *Concl. 40. n. 2.*

§ scqq. Georg, Schultz, *in Synopsi. judic.* *th. 56.* ubi hanc cautelam tradit advocatis, quod, volens producere testes, antequam eos producat in judicium, cum iis loquatur, *Et si audiverit*, eos in sermone esse singulares, non producat nisi unum testem, *Et tunc unus testis facit semiplenam probationem*, *Et poterit deferri juramentum suppletorium*, quod non posset fieri, si essent plures testes, *sed singulares.*

XXI. Notandum hic venit, quod si altera pars reprobationem, *den Gegenbeleid*, h. e. *publicatio-probationem* contrariam seu elisivam fuscum ad re-

probandum pere velit, ante publicatas attestations eam quis se offer- fuscipere, & vel statim cœpta ab altero pro- re & articu- batione, vel saltim post citationem ad pu- los exhibere blicationem attestationum, & quidem de jure debet.

Saxon. intra terminum Saxonicum, articulos offerre debet. Finita debito modo etiam reprobatione, tunc utriusque partis testimoniiorum publicatio, partibus citatis, procedit. Carpz. *in proc. tit. 13. art. 2.*

**Disputatio
attestatio-
num.**

XXII. Denique sequitur disputatio attestacionum, qua scil. is, contra quem probationes suscepτæ, illas excipiendo impugnat, alter vero uberior, quod in probationibus continetur, dedit & defendit. Carpzov. *d. l. tit. 15.* Impugnatur vero probationes, & quidem per testes factas, considerat 1.) examen testium, an legitimo ordine sit peractum; 2.) personas, an sint habiles; 3.) dicta, quibus opponi solet obscuritas, incertitudo, contrarietas, singularitas.

**Præsumtio
describitur;
distinguitur**

XXIII. Restat, ut dicamus de præsumtione, quæ nim. est probatio negotii dubii ex probabilibus argumentis. Distingui solet ab interpp. in præsumtionem hominis, juris, juris & de jure. Præsumtionem hominis vocant, qua a judice, argumentis probabilibus, ex ipius negotii qualitatibus & circumstantiis quo inducitur, & inductum pro vero habetur, usque dum ab eo, contra quem est præsumtio, hæc elidatur. vid. Carpzov. *in proc. Tit. 13. art. 1. num. 16.* Præsumtio juris dicitur,

dicitur, qua a lege ex probabilibus rationibus civilibus circa negotium aliquid inducitur, ac itidem inductum pro vero habetur, usque dum elidatur: de cuiusmodi præsumptionibus operosum tractatum scripsit Menoch. Præsumptio juris & de jure appellatur, qua a lege ex fortioribus quid infertur rationibus probabilibus, idque illatum adeo pro vero habetur, ut probatio in contrarium non admittatur. Menoch. *de præf. L. 1. q. 13. n. 19.* Ex notoria tamen rei evidentia & hæc infringitur. vid. Id. *d. l. n. q. 63.* Gilhauf. *in arb. civ. p. 7. c. 6.*

TIT. XII.

DE JURE JURANDO:

I. Aliquando loco probationis juramentum defertur, vel etiam probatio non satis aliquando plena, v. gr. per testem unicum, vel ex præsumptionibus inducta, juramento suppletur, *L. 12. ff. t.* vel etiam præsumptiones juramento eliduntur. *2. de jure-* Inde hic de jurejurando agendum venit, quod est religiosa rei alicujus asseveratio, legitiime facta per invocationem Dei in f. judiciale. *f. voluntar.* *f. necess.*

II. Distingui solet juramentum in promissorum & asseritorum. Ad promissorium pertinet etiam juramentum confirmatorium, quo scil. actus quidam civiles confirmantur; cuiusmodi juramentum aliquando exigitur, v. gr. in renunciatione SCti Vellejani. Carpz. *p. 2a. c. 12. d. 14. & C. 16. d. 6.*

*Juramen-
tum affer-
torium.*

III. Huc potissimum spectat juramentum assertorium, quod ad rem controversam decidendam adhibetur: & quidem proxime facit ad decisionem litis, aut accessoriæ de expensis, juramentum scil. expensarum; quo nimir. is, cui expensiæ restituendæ adjudicantur, juramento suo eas aestimat. *Ord. Cam. p. 1. art. 66. & seqq.* quod tamen juramentum sæpius remittitur, & iudex solum moderatur expensas: aut principalis, quæ deciditur vel per se, mediante juramento litis decisorio, in specie ita nuncupato, vel per accidens, commisso sc. ab adversario dolo, juramento in litem.

*Juramen-
tum litis
decisorium.*

IV. Litis decisorium jusjurandum vel pars parti defert, vel exigit iudex, quod in specie necessarium vocatur. Pars parti defert juramentum vel extra judicium, quod voluntarium, vel in judicio, quod judiciale dicitur.

*Juramen-
tum volun-
tarium;*

V. Voluntarium itaque est, quod ex conventione, per modum transactionis, a parti extra judicium defertur, vel etiam refertur. Uti vero hoc juramentum delatum libere recusari potest, ita & relatum non præcise est præstandum; atque hoc hodie minus in usu est.

Judiciale.

VI. Jusjurandum judiciale est, quod a parte parti in judicio ordinario, accedente iudicis per sententiam approbatione, defertur. *L. 12. §. 1. C. de jurejur.* Defert hoc juramentum

mentum actor reo, jure quidem Rom. tam ante, quam post litem contestatam, super ipsa intentione sua; jure vero Saxon, actor non nisi ante præstitam guarandam deferre reo juramentum potest; *Constit. Elec̄t. n. p. ii. ibique* Carpzov. nisi post litem contestatam & guarandam præstitam nova emergat quæstio. *Ord. proc. El. Tit. 18. in f. Berl. p. i. Concl. 29. n. 57.* Similiter reus, etiam post litem contestatam, super exceptionibus a se propositis actori potest deferre juramentum, nisi jam ad reprobationem se obtulerit, & hæc rei injuncta fuerit per sententiam: quo casu jur Saxon. non amplius est locus juramenti delationi.

VII. Hoc delatum juramentum judiciale *Hoc dela-*
non potest recusari regulariter, sed aut susci-
piendum, aut referenti referendum; nisi *aut referen-*
velit pro confessio haberi, l. 38. ff. de jure- dum. *Casus ex-*
jur. Quandoque tamen juste recusatur jura-
mentum delatum, nimis. 1.) si differens nolit *cepti.*
de calunnia jurare; Carpzov. p. i. C. 12. d.
23. 2.) si is, cui defertur, quod juramen-
to probandum venit, alias probare velit: *Proc.*
tit. XI. a. 5. n. 1. si vero hic in probatione
defecerit, nihilominus adhuc ad juramen-
tum postea admittitur, non tamen amplius
referre potest. Carpz. d. l. def. 18. & 19. De-
nique hic sciendum, quod delatum juramen-
tum quandoque omnino præstandum fit, nec
referri possit, quando scil. is cui delatum est

juramentum, aut solum, aut saltim melius quam deferens, veritatem novit. vid. **Carpz.** *d. C. 12. p. 1. def. 40. § 41.*

*Præstatur
in caussis
civilibus.*

VIII. Regulariter locum habet hoc juramentum in omnibus caussis civilibus, etiam alias famosis, secundum *l. 9. §. 2. ff. de jurejur. l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. ff. de injur.* modo ad restitutionem solum agatur. **Carpzov.** *p. 1. C. 12. d. 31. n. 4. § process. Tit. XI. art. 1. n. 35. 60. § 65. § P. 3. dec. 231.* admittitur quoque in actione injuriarum, non criminaliter, sed civiliter intentata. vid. *Decif. Elect. noviss. 17. Coler. dec. 141. n. 17.* Præterea singulariter excipiuntur caussæ matrimoniales, eo nim. casu, quo jusjurandum vergeret ad dissolutionem matrimonii. **Carpz.** *Lib. 3. Jurispr. Cons. def. 44. Wefenb. d. proc. n. 5. ubi Philipp. observ. 2.*

*Juramen-
tum neces-
sarium,
quod est.*

IX. Juramentum necessarium est, quod in opia plenæ probationis judec, etiam parte non petente, defert, causa cognita, vel actori, vel reo. *l. 3. C. de jurejur. l. 31. D. eod.* Distinguuntur in suppletorium & purgatorium.

*five supple-
torium;*

X. Juramentum suppletorium, *der Erfüllungs-Eyd*, est, quod judec imponit ei, qui semiplene, v. gr. per unum testem, probavit, ut per id perfecta fiat probatio, *dict. text. add. c. fin. §. 1. x. de jurej.*

XI. Admittitur hoc jusjurandum regulariter in omnibus causis: non tamen facile in causis iis, ex quibus ingens lucrum ad jurandum est preventum, Gail. l. O. 108. n. II. mittitur. nec in criminalibus gravioribus, arg. l. fin. C. de prob. Carpzov. p. I. C. 23. d. II. nec in matrimonialibus, nisi circumstantiae & æquitas hoc exigant, Carpzov. L. 3. Resp. 57. Et Jurispr. Consil. l. 3. 46.

XII. Juramentum purgationis, *der Reini-* ^{sive purga-} *tionis;* *Eyd,* est, quod judex imponit, ei contra quem præsumptiones militant, ut scil. per hoc illas elidat. d. l. 31 ff. *de jurej.*

XIII. Defertur juramentum hoc, quando quis suspicionibus gravatus est, c. 14. x. *de purg. que suspi-* canon, modo persona sit fide digna. Non autem facile in criminalibus admittitur jurementum purgatorium. vid. Carpzov. pr. Crimin. p. 3. q. 116. n. 61.

XIV. Cæterum is, cui juramentum, *sive Is, cui ju-* judiciale *sive necessarium*, per sententiam in-*ris jurandæ* junctum est a judice, intra certum terminum, *praestatio* & quidem jure Saxon. intra terminum Saxon. *injuncta,* (qui computatur a die, quo sententia transiit *tempore se* in rem judicatam, ad jurandum se offerre *de- offerre de-*bet, & petere ut reus seu adversa pars ad *bet.* *præstandum* juramentum calumniæ, ut & ad *videndum* jurare citetur: in foro autem Elector. Saxon. intra octiduum se offerre, & dicto modo petere debet. vid. Decis. Elector. noviss.

*noviss. 18. Phil. obs. in eand. dec. 18. Carpzov.
in proc. Tit. II. art. 3. n. 57.*

*Lites, jure- XV. Lites, jurejurando voluntario, vel
jurando ju- etiam judiciali ita finitæ, retractari neque-
diciali fini- unt, ne quidem prætextu perjurii, ob in-
tæ, non re- strumenta noviter reperta. l. 31. in fin. ff. de
trahantur. jurejur. l. 10. C. de transact. l. 4. C. de re judic.*

*Alia est ra- XVI. Alia est ratio juramenti necessarii, quo
tio in jura- licet præstito, nihilominus, ob instrumenta re-
mento ne- perta, causa ex integro agitur. d. l. 31. ff. de
cessario. jurejur. Carpz. d. l.*

*Juramenti XVII. Juramentum in litem est, quo, pro-
in litem de- pter intervenientem dolum aut culpam adver-
scriptio. farii, rem non restituentis, aut non exhiben-
L. 12. ff. t. tis, judice deferente, actor rem suam, quam
3. de in li- petit, æstimat: estque duplex, aliud affectio-
tem ju- nis, quo propter dolum adversarii, rem non
rando. restituentis, etiam ultra verum pretium ex
affectione res æstimatur; l. 1. & 2. ff. de in lit.
jur. aliud veritatis, quo res, quæ culpa pos-
sessoris interiit, vel deterior facta est, quanti
vere est, & quanti revera interest, æstimatur.
d. text. Illud locum habet, ubi agitur de re
nostra restituenda, quam adversarius dolo &
contumacia restituere detrectat v. gr. in actioni-
nibus in rem, item in actionibus in perso-
nam b. f. iis nimis. in quibus ex contractu
quid restituendum. Hoc vero locum habet
in aliis actionibus, ubi non de restituenda,
sed tradenda re solum agitur, v. gr. in actioni-
nibus einti, &c. it. in stipulationibus. Cæte-
riun*

rum in praxi hodierna non multum hæc differentia attenditur, sed relictum videtur judicis arbitrio, quando juramentum hoc, sive affectionis, sive veritatis, ac in quibus judiciis, sive b. fidei sive stricti juris, sive directis sive contrariis actionibus, deferendum existimet Carpzov. *in proc. tit. 12. art. 4. n. 7. 8. 9. Et p. 1. c. 23. d. 19. n. 11. Et 12.*

XVIII. Judex æstimationi actoris modum statuit, nimis. primo æstimat actor, deinde moderatur judex, tunc subsequitur juramentum actoris, quo a judice determinata summa confirmatur. *l. 2. §. f. l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur. add. Carpzov. proc. tit. 12. art. 4. n. 16. Richter. dec. 58. n. 43. Et regul. jur. 2. n. 11. vid. tit. de in lit. jur. ibique Exerc. nostr. 17. th. 70. Et seqq.*

XIX. Atque hæc ita obtinent, si dolo, culpa vel mora adversarii res interierit vel deterior facta sit, alias si integra exstet, vel manu militari aufertur possessori, restituere nolenti, vel juxta arbitrium judicis, cum primis si actor, ob procaciam aut moram adversarii, æstimationem malit habere, quam ipsam rem, juramentum in item locum habet. *l. 5. §. 1. in fin. ff. de in lit. jur. junct. l. 68. de R. V. Borcholt. de in lit. jur. c. 4. num. 4.*

XX. Addendum hic est, de jure Saxon. *Juramentum ministrations.*
singulariter receptum esse, ut actor res vi ablatas, & damnum per vim illatum possit æstimare ac petere, ut reus summam istam solvat,

vat, aut juramento eam diminuat, & tunc reus vel illam summat, quam tamen aliquando iudex moderatur, Carpzov. *t. 12. art. 4. n. 12.* solvere, vel juramentum minorationis seu diminutionis (*den Minderungs-Eyd,*) praestare debet: quo præstito in id solum condemnatur, quod juravit. Locum ergo tantum hoc habet in vi expulsiva & ablativa; & potest id evitare reus, si probet, damnum tanti non esse, quanti ab actore æstimatum. vid. H. Pistor. *l. 1. quæst. Saxon. quæst. 16.* Carpzov. *de process. tit. 12. art. 4. num. 28. & seqq.*

TIT. XIII.

DE

CONCLUSIONE CAUSSÆ.

Causæ conclusio. I. Postquam disputationes attestationum, de quibus *tit. præced.* dictum, judici sunt oblatæ, proxime subsequitur causæ conclusio, quæ dicitur, quando partes utræque omnibus probationibus & allegationibus, seu scriptis ulterioribus renunciant, & iam litem decidendam judicis conclusioni submittunt.

Distinguitur in expressam & tacitam. II. Distingui hæc solet in expressam & tacitam. Expressa est, quæ verbis fit expressis, litem judicis cognitioni submittentibus, seu pure seu conditionaliter, nimir. si pars adversa nihil novi amplius attulerit. Tacita conclusio est, quando non quidem expressis verbis causæ judicis cognitioni submittitur, sed

sed ex circumstantiis appareat, nihil nisi judicis sententiam superesse.

III. Post conclusionem in causa nihil am- *Post conclusionem in causa nihil am-*
plius admittitur, quia, ut Dd. loquuntur, *sicut etiam causa*
conclusio partibus os claudit, seu ulteriore *nihil am-*
probationem & allegationem excludit c. 5. *plius ad-*
X. de caus. poss. & propr. add. Rutg. Rul. de mittitur.
Commiss. p. 4. l. 8. c. 11. n. 12. aliquando ve-
ro judex conclusionem rescindere re ita exi-
gente potest, & ulterius quid injungere; *cum Joannes 10. X. de fid. instrum.* Rutg. Ru-
land. d. tr. p. 1. l. 6. c. 8. n. 9. Gail. 1. obs.
107. n. 5.

IV. Admittitur tamen, ut post conclusio- *Pro informa-*
ne in causa pro informatione judicis alle- *matione judicis consilia aliquan-*
gationes juris, item consilia & responsa pru- *do exhiben-*
dentium, seu Dd. exhibeantur, quæ parti ad- *titur.*
versæ non communicantur. vid. *Churf. Sächs. tur.*
Proceß-Ordn. tit. 29. §. ult. Gail. 1. obs. 107.
n. 13. Mynsing. 3. O. 17. n. 7. Afinius *prax. jud.*
c. 7. § 8. § 20.

TIT. XIV.

DE

SENTENTIA JUDICIS.

I. Tandem sequitur sententia, quæ est pro- *Sententia definitio;*
nunciatio judicis, causa controversæ decisio- *L. 42. ff. t.*
nem continens. *l. 1. ff. de re jud.* *i. de re ju-*
dicata, &

II. Estque vel interlocutoria, qua contro- *de effectu*
versia, circa causam in judicium deductam sent. & de
emergens, & ad judicij ordinationem & firma- *interlo-*
tio- cut.
divisio.

tionem pertinens deciditur. Dicī solet interlocutio, (*ein interlocut-Urthel, ein Bey-Urthel,*) vel definitiva, (*ein Endurthel*) qua ipsa cauſſa principalis, in judicium deducta, deciditur. *I. i. ff. de re jud.*

Modus pronuncian- di senten- tiam.

III. Pronunciat sententiam ipſe judec̄x ha-
bilis & competens, pro tribunali fedens, lo-
co consueto, partibus litigantibus eorumve
procuratoribus præsentibus, antea citatis:
aliquando etiam alterutra parte per contuma-
ciam absente. Gaił. I. obf. 109. expresso judiciis
& partium nomine, ac recitat̄ur sententia ex
periculo seu scripto, in quo concepta, vid.
tot. tit. C. de sent. ex peric. recit.

Quæ in sen- tentia ob- servanda.

IV, Ipsa sententia debet esse 1.) juri con-
formis, alias si aperte contra LL. est, est ipso
jure nulla; 2.) si definitiva fuerit, libello
conformis, tum quoad rem petitam, ne reus
in alia cauſſa condemnetur, tum quoad
cauſſam petendi atque ita continere debet
vel absolutionem ab eo, quod petitum est
ex cauſſa, vel condemnationem, *d. l. i. ff.*
de re jud. 3.) actis conformis, 4.) certa, §.
32. I. de aet. vid. *l. ult. C. de sent. quæ fin.*
cert. quant. sive sit certa per se, sive ad cer-
tum quid referatur.

Sententia non solum cauſſa principalis finitur, sed & de fructi- bus, expen-

V. Continet vero sententia præter ipsius
cauſſæ principalis decisionem, etiam conde-
mnationem vel absolutionem ratione fructu-
um & expensarum, item dannorum resti-
tuendorum. Quibus autem casibus fructus &
donna

damna sint restituenda, ex tribus libris priori-*sis & de-*
bus, ubi de jure cognoscendo agitur, est colligendum. add. tit. C. de fruct. & lit. expens. ditur.

Expensas litis quod attinet, regulariter victus
 victori ad illas restituendas condemnatur, nisi
 justam litigandi caussam habuerit. vid. *t. t. I. de pœn. tem. litig.*

VI. Effectus sententiæ est, quod lis, seu *Effectus ta*, seu particula ejus in judicio occurrens, per *sententia*. eam decidatur, & post deceim dies illa transeat in rem judicatam, si nimis. intra istos remedium non adhibitum fuerit: de quibus remediiis *tit. 19. agetur.*

TIT. XV.

DE

QUIBUSDAM INTERVENTIENTIBUS
IN JUDICIO.

I. Ad accidentalia (*vid. Tit. 9. aph. 1. b. 1*) *Ad acciden-*
*judicii pertinet juramentum calumniæ, (der tali i. spectat Eyd vor Gefehrde) quod aliquando, una vel ^{1. Juramen-}
 altera parte exigente, prestandum. Est vero ^{tum calu-}
 ro jusjurandum calumniæ, quo litigantes, ^{mnia.}
 vel procuratores eorum obtestantur, quod existiment, se bonam fovere caussam, & li-
 tem b. f. absque fraude se persecuturos. vid.
*tot. tit. C. de jurej. propter column. dand. & X. de jur. column.**

II. Dividitur juramentum calumniæ in ge- *Eius di-*
 nerale & speciale. Generale est, quod ab *finctio.*
 utroque litigantium super tota caussa præsta-

tur: specialē, alias juramentum malitiæ, (*scil. non committendæ*) et, quod in qualibet judicij parte tam ante, quam post litem contestatam exigitur.

*Hodiernus
usus.*

III. Hodie secund. proc. juris comm. generale quidem juramentum calumniæ, parte exigente, præstandum est: *cap. i. de juram. cal. in 6.* at jure Saxon. in usu non obtinet; Juramentum autem speciale etiam in foro comm. non nisi eo casu, quo præsumtio malitiæ contra partem litigantem est, exigi potest. Similiter etiam in foro Saxon. specialiter exigitur ab eo, qui juramentum detulit, & præterea itidem ob præsumptionem malitiæ pro arbitrio judicis imponi potest. add. Gail. *i. obs. 87.* Setfer. *tr. de juram. l. 3. c. 4. n. 36.* Carpz. *in proc. tit. 12. art. 1.*

*II. Litis de-
nunciatio.*

IV. Præterea sæpius judicium præcedit, vel etiam in ipso judicio accedit litis denunciatio, quæ fit a reo, in judicio convento, suo auctori, sive a quo caussam habet, ut nimis. liti assistat, & re evicta evictionem præstet: qua de re superius *Lib. 3.* add. Carpz. *tit. 4. art. 3.*

*III. Inter-
ventio.*

V. Porro etiam accedit aliquando intervenitio, qua nimis. tertius quidam circa litem inter alios motam id, quod ejus interest, adducit, & persequitur. *Nov. 112. cap. i. c. 4. de elect. in 6.*

*qua locum
habet ob
quodlibet
interesse.*

VI. Locum hæc habet in omnibus caussis, ubi quis interesse suum probare potest, & non solum ante sententiam & conclusionem, sed & post

post rem judicatam, ad avertendam execu- & quovis
tioneum, intentari potest. vide Carpzov. *d. tit. tempore.*

4. art. 2.

VII. Deinde juxta usum receptum litis re- *IV. Litis
assumptione aliquando est opus, quæ alterutro
litigantium defuncto debet fieri ab heredibus.
Novissimo tamen Rec. Imp. de Anno 1654.
§. damit. auth. 99. ad lites abbreviandas sta-
tutum est, ut statim initio litis mandatum
etiam ratione heredum concipiatur, adeoque
non amplius opus sit reassumptione. Quibus-
dam tamen locis jus antiquum adhuc viget.
Carpzov. *tit. 5. art. 2. n. 14.**

TIT. XVI.

DE

PROCESSU ARRESTI.

I. Diximus de processu ordinario: agen- *In processu*
dum nunc est, antequam ea, quæ judicium *arresti sin-*
sequuntur, exponamus, de processibus sum- gularis for-
*mariis & executiviis; ad quos processus arresti *ma obser-**

vanda:
videtur quidem pertinere, singularis tamen
forma in eo obtinet, quæ in foro cuimprimis
Saxon. probe attendenda.

II. Nim. 1.) adeundus est judex, & ab eo 1.) *aditio*
petendum, ut arrestum in re aliqua debitoris *judicis.*
decernatur. Simul autem 2.) probetur ne- 2.) *proba-*
cessus est, liquidum esse debitum, saltim per *tio liquidis:*
exhibitionem obligationis vel instrumenti,
vel etiam per productionem testium, qui debi-

tum confirmant, & judicem de eo certiorem reddunt. add. Berlich. p. i. *Decis. 107.*

*3.) justa
caussa.*

III. Porro 3.) desideratur, ut justa caussa sub sit arrestum petendi, quod scil. debitor ære alieno sit gravatus, vel quod alio modo non satis commode creditor debitum possit consequi.

*Documentum
arresti
imperatrum.
Renovatio
arresti pri-
mi.*

IV. Hisce in eo observatis & demonstratis, judex arrestum decernit, & impetratum esse arrestum attestatur. A quo tempore impetrati arresti si quatuordecim dies elapsi fuerint, arrestum prima vice est renovandum, & quidem ipso die decimo quarto renovatio fieri debet, quod tamen extra Electoratum in hisce terris non ita stricte observatur, sed unus vel alter dies non accurate attenditur. Hanc renovationem factam esse, iterum judex, dato arrestanti documento, testatur.

*Secunda
arresti re-
novatio,
exhibitio
simul li-
bello arre-
statorio.*

V. Post elapsos rursus 14. dies arrestum secunda vice venit renovandum, & quidem itidem ipso die 14. Simul vero etiam libellus arrestatorius (*Kummerklage*) est offerendus judici: in quo nim. creditor seu actor arrestans, perinde ut in alio libello, caussam & factum enarrat seu proponit judici, & insuper addit, arrestum se petuisse & impetrasse, & debito modo renovasse, adeoque petit, ut arrestum in formalibus pronuncietur legitimum, & sibi inde competere jus reale in bonis arrestatis, & præferendum se esse omnibus aliis creditoribus, jus potius non habentibus:

bus, petit etiam recognitionem documentorum, quibus scilicet debitum ipsius probatur.

VI. Ut vero ipsa statim petitio arresti, nec *qui parti* non renovatio primo loco seu prima vice *fa-*
cta, *adversæ* est a judice denuncianda: *communi-*
candus. ita & libello arrestatorio oblato, parti adver-
ſæ hic una cum documentis transmittendus,
atque certus dies præfigendus, & debitor ci-
tandus est, quo respondeat & documenta
recognoscat; & tunc ulterius proceditur,
uti in processu executivo.

VII. Effectus igitur arresti est, quod arre-
stum legitime impetratum & renovatum tri-
buat jus pignoris prætorii a die impetrati arre-
sti, ideoque etiam arrestanti competit jus in
re in bonis, ut alias in pignoribus. vid. latius
Carpzov. *in Proc. Tit. 21. art. 1. seqq.* it. Da-
vid. Mevius *integro tr. de Arresto.*

TIT. XVII.

DE PROCESSU SUMMARIO.

I. Processus summarius seu extraordinari- *Processus*
summarius. us est, ubi, non servatis solennitatibus ordi-
nariis solum ea, sine quibus processus non
potest ullo modo subsistere, observantur. Ni-
mirus, ut qualis qualis facti narratio & peti-
tio ab actore fiat, reus a judice competente
citetur, citatus respondeat, probatio injunga-
tur, & sine solenni disputatione attestationum
statim sententia feratur.

II. Locum habet hic processus in caassis, *Caussæ, in*
quas vocant, summariorum seu extraordinariis, *quibus lo-*
cum habeat,

nimirum 1.) in novi operis nunciatione, 2.) in debitibus tributorum & aliorum onerum publicorum, 3.) in actione ad exhibendum, 4.) in causa alimentorum, 5.) in causa legatorum & fideicommissorum, cum primis ad pias causas, 6.) in matrimonialibus, aliisque causis Ecclesiasticis, 7.) in remedio ex L. f. C. de edicto D. Hadriani toll. 8.) in postessorio summi frumenti, 9.) in processu ex L. Diffamari, 10.) quando agitur de operis Magistratui, seu nobilibus præstandis, 11.) quando agitur de obsequio parentibus & Magistratui præstando, 12.) in causa depositi, 13.) in concedenda restituzione in integrum, 14.) in causa pia, v. gr. Ecclesiarum, Academiarum, vel etiam universitatis, 15.) in causa fisci, 16.) in causa milerabilium personarum, 17.) in salariis & mercedibus, 18.) in causis mercatorum. vid. Jacob. Schultes *obs.* 3. Joh. Zang. *d. except.*
p. l. c. l.

Aliquando III. Aliquando etiam index, ex certa *causa ordinaria*, causam alias ordinariam summariter tractat, vel etiam ipse partes litigantes interesse conveniunt, ut causa summariter expediatur. Carpzov. *in proc. Tit. 2. a. 1. §. 5. n. 56. & seqq.*

TIT. XVIII.

DE

PROCESSU EXECUTIVO.

Processus I. Processus executivus vocatur, quando, *executivus.* itidem absque solenni processu, de simplici ac piano

plano cauſſa agitatur, & ad ipsam ſlatim executionem properatur.

II. Locum habet hic processus in chirographis ac instrumentis parataim executionem ^{locum habet in liquidis instrumentis.} vid. Coler. integr. tr. de proc. *execut.* quæ instrumenta etiam guarentigia appellantur, ſeu liquida & indubitata.

III. Modus procedendi ita ſe habet, ut auctor judici cauſſam breviter exponat, &, instrumento ſimul exhibito, recognitionem ejus ac parataim executionem petat. Reus citatus vel recognoscere, vel jurato diffiteri instrumentum debet. Facta recognitione, ſlatim condeſtit reus, vel ſi forte fit contumax, accuſata contumacia iterum citatur ſub poena cogniti: denuo vero reo contumace, instrumentum habetur pro cognito, ac itidem reus condeſtitur. Sin vero jurato diffiteatur reus instrumentum, absolvitur. vid. uberiorius Carpzov. *in proc. Tit. 22. Dec. El. 12.*

IV. Admittuntur tamen etiam in hoc processu exceptiones peremptoriæ, quæ ſæpius refervantur post factam recognitionem, quæ tamen exceptiones in hoc processu non aliter admittuntur, quam ſi in continentि poſſint probari; alias nihilominus condeſtitur reis, & ſententia executioni mandatur; exceptiones vero illiquidæ ad reconventionem remittuntur.

enjusmodi reconsentur. V. Ejusmodi exceptio est 1.) solutionis, 2.) compensationis, 3.) usurariæ pravitatis, 4.) simulationis, 5.) SCti Macedoniani, 6.) excussionis seu ordinis, 7.) erroris calculi, 8.) non numeratæ pecuniæ, 9.) non secuti implementi, seu non adimpleti contractus. Ac in genere istæ exceptiones contra instrumentum liquidum opponi possunt, quæ ex natura ipsius contractus dependent, & in continentibus demonstrari queunt. Coler. *d. tr. p. 4. c. i. n. 48. seqq.* Berl. *p. i. concl. 84. n. i. seqq.*

Testes regulariter non admittuntur.

VI. Dicitur vero exceptio in continentibus probata, quæ fit per instrumenta, vel ex ipsius actoris confessione. Probatio vero per testes regulariter non admittitur, multo minus juramenti delatio: aliquando tamen ex æquitate, & si judici ita singulariter visum fuerit, probatio per testes admittitur. ita ut intra terminum certum, nimis Saxonicum in foro Saxon. examinentur testes, atque ita tota probatio intra hunc terminum absolvatur, nec accedunt ea, quæ alias in processu ordinario desiderantur. vid. Carpzov. *d. tit. 22. art. 4. n. 26. § seqq.*

TIT. XIX.

DE

PROCESSU SECUNDÆ INSTANTIÆ.

Sententia impugnatur

I. Judicium primæ instantiæ per sententiā finitum; si hæc vel illa pars litigans in illa non acquiescat, sequitur sententiæ ab effectu rei

rei judicatæ suspensio vel oppugnatio. Nimir. I. per re-
1.) per remedium nullitatis, quo ob vitium medium
seu defectum sententia dicitur ipso jure nulla. *nullitatis.*
vid. tot. tit. D. quæ sent. fin. appell. rescind. &
tot. tit. C. qu. provocar. non est nec.

II. Nulla vero dicitur sententia 1.) ob de- *Ob quas*
fectum in personis judicium constituentibus, *causas nul-*
quando scil. judex vel est incompetens, vel *la dicatur*
suspectus, vel etiam auctor aut reus, ejusve pro-
curator est inhabilis, 2.) ob non servatum or-
dinem judiciarium, 3.) ob defectum in ipsa
sententia, ut si prolata sit manifesto errore
contra jus, si ex falsis instrumentis, si contra
rem judicatam.

III. Remedio nullitatis jure comm. non *Quo tempo-*
nisi 30. annis prescribitur: jure vero Saxon. *re hoc reme-*
intra term. Saxon. nullitas est proponenda. *dium propo-*
vid. Carpzov. in proc. tit. 19. art. 3. add. Ord.
Cur. Prov. Jen. cap. 36.

IV. Nullitatem proponere potest quilibet *Quis eo*
ratione sui gravaminis vel præjudicii, adeo ut *possit uti.*
etiam tertius interveniens, qui ratione sui
interesse questionem movet, merito audiendus fit; modo de suo interesse saltim sum-
marie doceat. Gail. 1. obs. 70. Mynsing. 2.
obs. 1.

V. Est vero in arbitrio alicujus, velitne *Coram quo.*
coram eodem judge, qui nulliter judicasse
dicitur, nullitatem deducere, an vero coram
judge superiore. Gail. 1. Obs. 127. num. 7.
Monent vero Practici, consultius esse nullita-

tem cum appellatione cuiuslibet, quam simpliciter nullitatem deducere. Sebaſt. Vantius
tr. de Nullit. tit. quot & quibus mod. num. 31. Berl. p. i. Concl. 61. num. 15.

*Effectus
huius re-
medii.*

VI. Si nullitas in continenti probari pos-
fit, per querelam nullitatis executio senten-
tiæ differtur, fin' vero longior desideretur
cauſæ cognitio, haud impeditur executio.
Berlich. *d. loc. num. II. Carpzov. d. loc. t. 19.
art. 3.*

*II. per leu-
terationem.* VII. In foro Saxon. recepta quoque est
leuteratio, quæ est interponenda intra 10.
dies a momento publicatæ sententiæ, & in-
seritur leuterationi gravamen, quo quis sibi
existimat injuriam factam in sententia. In-
terposita ita & suscepta leuteratione, a judice,
intra terminum Saxon. citatio ad terminum
certum, quo leuteratio prosequenda, & im-
petranda. Die isto præfixo leuterans iterum
gravamina sua repetit, & leuteratus respondet
& ita alternis vicibus concludunt. In arbi-
trio quoque est leuterati, an velit simpliciter
ad acta priora se remittere. vid. Christoph.
Frid. *in proc. cum not. Nic. tit. 101. &
seqq.*

*Processus
contra con-
sumates.*

VIII. Si forte leuterans in termino pro-
secutionis non compareat, cum nec excusatio-
nem attulerit, nec dilationem impetraverit,
leuteratio pro deferta habetur, & leuterans in
expensas condemnatur. Quod si vero leute-
ratus non comparuerit, leuterans ejus accusat-

con-

contumaciam, & aliis terminus præfigitur, & in expensas hujus termini condemnatur leuteratus: si vero iterum non compareat, sententia super caufa fertur.

IX. In nonnullis curiis recepta quoque est *III. per superleuteratio-*
superleuteratio seu oberleuteratio. Si nimi-*perleutera-*
rum sententia prima in leuterationis instan-*tionem.*
tia sit confirmata, vel etiam illi quid adje-
ctum, tunc idem, qui leuterationem propo-
suit, etiam oberleuterationem adducit cum
gravaminibus suis, & eodem modo procedi-
tur, quo in leuteratione, vid. Carpz. *in proc.*

Tit. 17. art. 1.

X. In aliis terris adhibetur remedium sup- *IV. per supplicacionem.*
plicationis, quod itid. intra 10. dies est adhi-
bendum, & dicitur supplicatio, quando ipsi
judici, qui sententiam tulit, preces offerun-
tur, quibus petitur, ut propter gravamina,
quæ afferuntur, sententia prior retractetur &
corrigatur. add. *R. A. zu Speyer de anno 1600.*
§. es soll aber den Unterthanen. 60. Berl. p. 1.
concl. 60.

XI. Referri etiam huc potest restitutio in *V. per restitu-*
integrum, qua non solum minores, it. civi-*tationem in-*
tates & universitates, utuntur contra senten-*integrum.*
tiam, qua læsi sunt, (qua de re sup.) sed &
nonnullis in locis receptum est, ut occasione
generalis clausulæ, quæ habetur *l.l. §. f. ex quib.*
cauf. maj. 25. ann. in genere contra quam-
vis sententiam, qua quis læsum se dicit, in-
stat alius remedii suspensivi, coram eodem
judice

judice adhibeatur remedium restitutionis in integrum.

VI. per ap- XII. Hæc remedia, ut diximus, coram eo-
pellationem. dem saepius judice, de cuius sententia con-
 L. 49. ff. t. querimur, proponuntur. Sequitur appellatio,
I. de ap- quæ est actus, quo inferioris judicis sententia,
pellat. & aliudve factum, iniuritatis arguitur, ac supe-
*relation.*rioris decisioni caussa legitime committitur.

l. t. pr. ff. de appell.

*Quibus in
caussis hæc
admitta-
tur,*

XIII. Admittitur regulariter appellatio in omnibus caussis, civilibus & criminalibus, se-
 cundum jus civile: hodie tamen in criminali-
 bus non admittitur. Præterea excipiuntur
 certi casus, nimis. 1.) quod non liceat appelle-
 lare a sententia in possessorio summariissimo,
 2.) in caussis moram non ferentibus, ut ali-
